Q
e:54

3 L e.17

Josephi Carpani Romani I.V.D. et in Urbis Gymnasio
Institutionum Civilium Publici Professoris

TRACTATVS
DE PRIVILEGIIS
CLERICORVM

IN QVO QVIDQVID CIRCA PRIVILEGIA CLERICORVM
in Curijs vtriusque fori in dubium reuocari potest,
distinctè, & quam breuissimè dilucidatur,
auctoritatibus adductis, præsertim
recentiorum.

AVCTORE

PAVLO SQVILLANTE
I.V.D. NEAPOLITANO

PROTHONOTARIO APOSTOLICO.
Canonico Cathedralis Ecclesiæ Neap. & eius Curiæ,
vno ex Consultoribus.

Cum duplici Indice, altero Priuilegiorum, & altero materiarum.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ALESANDRINA



SVPERIORVM LICENTIA.
NEAPOLI. Per Vincentium de Francho. M.D.C.XXX.
Expensis Dominici Vecchi Bibliop. sub signo sanctiss. Nominis IESV.

Ex legato Josephi Carpani ...



SĀTVS PHILIPPVS NERIVS CONGRE GATIONIS ORATORII FVNDATOR

EMINENTISS. AC REVERENDISS. PRINCIPI

D. FRANCISCO BONCOMPAGNO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,

ET NEAPOLITANAE VRBIS

ARCHIEPISCOPO MERITISSIMO.

IN constructione Tabernaculi (Cardinalis Eminentissime) toti hebreorum populo, orbiq; toto sacratissimi, celeberrimi, Religiosissimi: impleuit Deus Opt. Max. eiusdem supremus Diuinus Archetypus, sapientiæ, intelligentiæ, ac scientiæ spiritu, Beseleelem illum, vt sacer Exodi proloquitur textus, qui ad illius efformationem excogitaret quidquid fabrefieri posset ex auro, & argento, ex ære, marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum; Non satis hæc, sic profatur Deus ipse. dediq. ei socium Ooliab, qui facient omnia, quæ præcepi. At proh Deus immortalis; ad quid Beseleeli socius? num sine Ooliabì soci-

ſocietate conſummari tabernaculum, perfici egregium illud opus non valuiſſet? certe ſat erat ſapientiæ comitatus, intelligentiæ ſocietas, quid non ſcientiæ lumen à te luminum Patre in illum immiſſum deſuper, præſtaſſet conſilij, præbuiſſet auxilij, efficientiæ adminiſtraſſet? attamen adhibens ſocium, ſodalem addens, conſocians comitem, idipſum inſinuare videris, melius eſt duos eſſe ſimul, quam vnum, habent enim æmolumentum ſocietatis, ſi vnus ceciderit ab altero fulcietur; væ ſoli. Verum ſublimius quid in hac ſocietate latet, ſi enim à ſacræ interpretibus linguæ inueſtigemus, quid hæc præſeferant nomina, & Beſeleelem idem eſſe, ac in vmbra Dei, Ooliabum autem ſonare idem quod Protectio mea, Pater; accipiemus conſonum certe operi ſacro nominum etymon, quod non niſi in vmbra Dei, nec ſine protectione Patris vtique cęleſtis perfici potuiſſet.

Nemo eſt, qui neſciat (Præſul Eminentiſſime) Eccleſiaſticum Virum ſacrum eſſe Dei tabernaculum Orbi toto, cæloq; toto multo ſacratius, celebrius multo, quod vel ipſi omnium terribilium terribiliſſimo Tartaro terrori eſt, ac formidini: quid ni tabernaculum dixerim illum, qui medius poſitus eſt inter terram, & cęlum, quod illi reddat propitium, ex quo Diuina promanent oracula, & veluti ex montibus æternis illuminans mirabiliter Deus, ſuſcipiatur pax populis. Quis abnuet tabernaculum Dei appellare illum, qui totus ex auro puriſſimo compactus fulgorem vndique vitæ ſanctitatis emittat, quin & congeminato præfulgens lumine Diuinarum, humanarumq. rerum, quæ ſe mutuo contuentur, humanis à Diuinis non diſcrepantibus, Cherubica ſuper Propitiatorium refert ſimulacra. Nec deſunt, quæ illud miro decorabant honore, legis Tabulæ, Mannæ vrna, Aaronis frondens virga: ſunt autem hæc, Diuinæ legis tum cognitio, tum obſeruantia, quæ requiruntur ex ore, & manibus Sacerdotis, cuius eſt Diuinum conficere, & fidelibus tradere Manna; qui inſuper validiſſimæ nititur eccleſiaſticæ auctoritatis virgæ frondentis ſemper, numquam areſcentis.

Quor-

Quorſum hæc? velut Beſeleeli tributa tibi à Deo, tãquam Maieſtatis ſuæ Præcelſæ, ac Diuinæ (dicam audacter) bono ſocio; Sapientiæ, Intelligentiæ, & Scientiæ plenitudo ad ſanctam fidem propagandam, Eccleſiam Dei illuſtrandam, Sedem hanc Neapolitanam, tanto cum decore, vt agis, regendam; Sed ſtatim, ac ego prælibatarum aliquid ſcientiarum ſummis hauſi labijs, ac libello alteri, qui de obligationibus fuit clericorum, publicam conceſſi lucem, occultum ilico in corde ſenſi radium exoriri alterum, vt in hoc etiam collaborarem, qui de Clericorum Priuilegijs diſceptaret; & iure quidem optimo; vt quorum pateſeceram onera, non reticerem honores; quorum explicaueram in ferendis obligationum oneribus labores, exponerem, & præmia; ac demonſtrarem tot Priuilegijs liberos, qua libertate Deus ipſe, & ſacroſancta eos Mater ditauit Eccleſia. Elaboratum eſt opus, & in vmbra Dei tantiſper completum, iam communi edendum eſt luci, ſed Te Patronum huic Opuſculo ſtatui, Eminentiſſime Cardinalis BONCOMPAGNE, vtpotè in ſacris doctrinis, cęleſtibusq. arcanis Diuinum Oliabum; vtq. vel ab ipſo cognomine manifeſtum fit, Dei, Eccleſiam tuentis, ac dirigentis optimum ſocium: quæq. tua benignitas eſt, defenſorem, ac Dominum libello huic meo adhibui: Tu Pater, ac Protectio mea, tu Currus veræ ſapientiæ, & auriga eius. Aquauiuæ antepręde ceſſori tuo Vrbis, Orbisq. Cardinali, & Ciuitatis huius Paſtori inclyto, opus alterum illud de Obligationibus Clericorum dicaui; verè Aquauiua, quæ largiter fluens Protectionis aquis inaquoſa libelli abundè rigauit; Te nunc optimum cęli Rectoris Socium, humillime expoſtulo, vt hunc, Cardinalis Eminentiſſime, noſtræq. Vrbis digniſsime Antiſtes, ne deneges accipere, ac fouere. Tibi Principi optimo, Benefactori meo, cui Canonicatus inſignia accepta refero, Diuino Ooliabo labores hoſce offero, conſecro, Dico. Suſcipe benignè, vt ſolent Principes munuſcula, tuitionem offer tuam, nam væ ſoli. opuſculum iſtud tot orbis terrarum ſpatia peragrabit viarum inſcium, ignorat ſemi-

tas, pericula non præuidet; at ſub tali nitidiſſima face, ſecurus erit. Ito igitur libelle; ito, ſi cecideris, habes te ſubleuantem Eminentiſſimum Cardin. BONCOMPAGNVM, à quo erigeris ſi corruas, ſi dormieris foueberis, ſi quiſpiam reſiſtet tibi, neutiquam præualebit. Amplitudini tuæ Deus Opt. Max. ad communem huius, totiuſque Eccleſiæ vtilitatem longiſſimum tribuat vitæ curſum, optimęq. valitudinis incolumitatem.

Amplitudinis Tuæ Eminentiſs. & Reuerendiſs.

Humillimus, & addictiſs. ſeruus

Paulus Squillante.

STVDIOSO LECTORI.

*E*N tibi (Studiose Lector) opus alterum de Priuilegijs Clericorum. Primo, quod fuit de eorumdem obligationibus, non incongruum; optassem ne, & huic etiam concederetur lux; sed & amicorum violentis precibus, & à communi vtilitate abreptum est è manibus. Ecce igitur in publicum prodit, qualecumque sit, libenti animo suscipe; spero fortasse non prorsus inutile. Quippe elaboratum non modo in euoluendis Doctorum monumentis, sed etiam collectum ex non paucis, quas à me petiere quamplures, eisque transmisi in hac materia, consultationibus, dum Vicarij, & Locumtenentis Generalis personam gessi in Episcopatu, tum Larinen. apud Reuerendiss. D. D. Ioa. Thomam Eustachium è Congregatione Oratorij Neap. ad resignationis vsq; tempus in manus eiusdem, à quo acceperat Pontificis fel. recor. Pauli Papæ V. quo seruus hic Dei Liæ fere impatiens, actiuaq. vitæ turbationes non ferens, ac vitæ contemplatrici addictus, mancipatusque, ad eamdem, quam ex Pontificis, non nisi iussione reliquerat, reuersus est Congregationem, vt in nidulo suo moreretur. Tum etiam in Regio Arianen. Episcopatu apud bon. memor. Eminentiss. & Reuerendiss. D. D. Octauium Rodulfum S.R.E. Cardinalem eiusdem Ciuitatis Antistitem. Tum denique in Episcopatu Auersano apud Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Carolum Carafam ex Principibus Roccellæ; Ciuitatis eiusdem meritissimum Præsulem, tunc temporis S.D.N. D. Vrbani Papæ VIII. Nuntium apud Cæsaream Maiestatem. Non igitur, non tibi gratum opus futurum credo, vtpotè ex tot annorum praxi desumptum; Suscipe, perlege, & si quid boni inueneris in eo, æternæ adscribe sapientiæ, cuius est totum, quod est optimum; nam quidquid non boni, Ecclesiastica litura deletum volo, tuæq; charitatis pallio te obducturum confido. Vale.

ELEN-

ELENCHVS

Singulorum Priuilegiorum, quæ in hoc tractatu ex ordine continentur.

De-



CATALOGVS DOCTORVM
quorum doctrinæ Auctor innititur.

Abbas Panormit.
Achill. de Graffis
Aegidius ConincK
Alber. de Rosa
Albericus Oliua
Alciatus
Aldrete
Alexander Moneta
Alexander de Neuo
Alexander de Imola
Aloysius Riccius Episc. Vici Equensis.
Alphonsus de Leone
Ancharanus
Andr. Gayl
Andreas Tiraquellus
Andreas de Isernia
Andreas Molfesius
Angelus
Antoninus Sanctus
Antoninus Diana
Antonius Capycius
Antonius de Butrio
Antonius Gabriel
Antonius de Virgilio
Anton. Piagg.
Antonius Ragucius
Aragona
Archidiaconus
Armendariz
Armilla summa
Astensis summa
Aufrer.
Augustinus Barbosa
Augustinus Sanctus
Auila
Azo.
Azorius.

Baiardus ad Clar.
Baldus
Balthaxar Benedellus
Bartholom. à Metina
Bartholom. Vgolinus
Bartholom. à S. Fausto
Bartholom. Gauantus
Bartolus
Benedictus Aegidius
Bertacchinus
Bolognettus
Bonauentura Sanctus
Bossius
Bouadilla
Bursatus
Butrigarius

Cabellin.
Caccialupus
Caetanus Cardin.
Cagnolus
Camillus Præsid. de Curte
Camillus de Laratha
Camillus Borrellus
Campagna
Capella Tholosana
Caprauilla
Caputaquens.
Carauita
Carolus Regens Tapia Marchio Belmont.
Carolus de Graffis
Carolus Grimaldus ad Tartaglia
Cassaneus
Caualc.
Cepolla
Corduba
Cornel. Benincasa
Corneus
Corrarius
Cosmus Philiarcus
Crauetta
Crescentius
Curtius Iunior

Decianus
Decisiones Rotæ
Decius
Didacus Couarruuias
Dynus
Directorium Inquisit.
Dominicus
Domitius Chamerota
Duarenus
Durandus

Emanuel Sà
Emanuel Rodriq.

Fabius de Anna Consiliarius.
Federicus de Senis
Felynus.
Ferrett.
Firma.
Follerius
Franciscus Cardinalis Toletus
Franciscus Suarez
Franciscus Mazzia
Franciscus Pegna
Franciscus Leo
Franciscus Antonius de Iudice
Fraxinellus
Fulgosius
Fuluius Regens Constãtius March. Corleti

GAleitus
Geminianus
Gometius
Gonsalez
Gramaticus
Gratian.Rot.March.
Gregor.Sayrus
Gregorius de Valentia
Gregorius Lopez
Guglielm.de Bened.
Guido Papa
HEnriquez.
Hieronymus à Sorbo.
Hieronymus Epis.Cãpanilis
Hieronymus Lamas
Horatius Gãbarupta
Hostiensis
IAcob. de S. Georg.
Iacobus Sbrotius.
Iacobus de Graffiis.
Iacobus Benium.
Iason
Ignatius Lopez de Salcedo
Imola
Innocentius
B. Ioannes à Capistr.
Ioannes de Amicis
Ioannes de Deo
Ioannes à Metina
Ioannes Gutierrez
Ioannes de Anania
Ioannes Gars.Gallec.
Ioan.Gars.à Saabedra
Ioannes Monacus
Ioa.Aloys.Mormil.
Ioannes Andreas
Ioannes Malderus
Ioannes Cruz
Io.Andr.Georg.
Io.Anto.de Nigr.
Io.Baptista de Toro
Io.Frãc.de Pont.Regẽs
Io.Maria Bellectus
Io.Maria Nouarius
Io.Paulus Galterius
Ioseph de Sesse
Iulius Clarus
LAncellotus
Lazarius
Lælius de Zanchis
Leonardus Lessius
Leonardus Duardus
Lucas de Penna
Ludouicus Lopez
Ludouicus Miranda
MAceraten.
Maiolus
Mantica Cardinalis
Maranta
Marc.Ant.Genuens.
Marc.Ant.Blanc.
Marcell.Megalius.
Marcellus Calà
Marc.Anton. Cuchus
Marius Giurba
Marius Alterius
Marsil.
Martinus de Ledesma
Martinus Fornarius
Martinus Laudens.
Mascardus
Massobrinus
Mastrillus
Masullus
Matthesilan.
Mattheus Brunus
Melchior Zambrano
Menochius
Minadois
Molina
Monaldus
Muscatellus
NAld.
Natta
Nauarrus
Neapodanus
Negusantius
Nicolaus Garcia
Nicol.Carbonus
Nuntius Tartaglia.
ONufrius.
PAdill.
Paludanus
Pauinus
Paul.Montan.
Paulus Comitolus
Paulus Laymann.
Paulus Galterius
Petrus de Bellapert.
Petrus Magdalen.
Petrus à Soto
Petrus Cenedus
Petrus Rebuffus
Petrus de Ledesma
Petrus Duenas
Philippus Francus
Pichard.
Pinell.
Pyrrus Alfanus
Posseuin.
Prosper Farinacius
Prosper de Augustino
Puteus
REbuffus
Ricciullus
Riminaldus

Ri-

Ripa
Robertus Bellarminus Cardinalis.
Rocc. Placentinus
Rolandus
Romanus
Rosella summa
Ruinus
SAlas
Salicetus
Salonius
Sebastianus Vantius
Seraphin.
Sigismundus Scacc.
Siluanus
Siluester Aldobrandi.
Siluestrina summa
Simanca
Soan. de Paz.
Soccinus Iunior
Soccinus Senior
Sotus
Speculator
Spino
Stephanus Gratian.
Stephan. Quaranta
Staphileus
Surdus
TAbiena
Thesaurus
S. Thomas de Aquino
Thomas Sanchez
Thomas Triuisanus
Thomas Zerola
Thomas Valascus
Thom. Actius
Tuscus Cardinalis
VAlerius Reginal.
Valenzuola Reg.
Vasquez
Vega
Vestrius
Villaut
Vincentius Præsid. de Franch.
Vincentius Filiucius
Vincentius Honded.
Viuius
Vrsillus ad Afflict.
ZAbarella Cardinalis.

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM

Priuilegia à iure Clericis concessa, nonnulla esse non est, cui manifestum non sit; Præcipua tamen in hoc tractatu simul collecta dilucide, & quam breuissime referemus. Addita resolutione quamplurimorum dubiorum frequentius occurrentium in singulis hisce Priuilegijs: Allatis etiam diuersorum Auctorum doctrinis præsertim recentiorum.

CAP. PRIMVM.

De priuilegio obtinendi, & exercendi iurisdictionem Ecclesiasticam in foro interiori.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio Ecclesiastica, aut ordinatur ad forum internum, aut externum,*
2 *Iurisdictio fori interni ordinaria, aut delegata est.*
3 *In quibus reperitur iurisdictio ordinaria, vel delegata.*
5 *Quid intersit habere ordinariã, vel delegatam.*
6 *In delegante, quid requiratur, vt validè possit delegare.*
8 *Forum conscientiæ & forum pœnitentiæ, an sit idem.*
10 *An, & quando habens hanc iurisdictionem ordinariam, vel delegatam possit absoluere à censuris extra sacramentalem confessionem.*
11 *Qui sint capaces huius iurisdictionis in foro interno.*
12 *An clericus coniugatus.*
14 *Quando conferatur hæc potestas*

A iu-

vtatur, sed vt illam alijs sacerdotibus committat, & sic eam habet Vicarius Episcopi non sacerdos.

68 *Delegari non potest validè hęc iurisdictio suspensis à iurisdictione, vel excommunicatis vitandis, & num.* 81

69 *Sed, an sacerdoti irregulari, vel suspenso ab ordine, vel interdicto personaliter.*

70 *Parochus an, & qbus possit delegare hanc iurisdictionem pro ouibus suis.*

71 *An Parocho, qui fuit declaratus insufficiens defectu scientiæ.*

72 *An sacerdoti approbato pro certis personis tantum.*

73 *Et an Parochis, & sacerdotibus appprobatis ab alio Ordinario.*

74 *Referũtur quædã declarationes Sacræ Congregationis.*

75 *Quam sit durabilis hęc iurisdictio ordinaria, vel delegata.*

77 *Quid de concessa ad beneplacitum dignitatis, vel personæ concedentis.*

Vel si fuerit cõcessa pro vno anno ad beneplacitum.

78 *Quid si hæc delegata iurisdictio fuerit reuocata & ignoretur reuocatio, vel adsint duæ opiniones probabiles circa iurisdictionem confessarij.*

79 *An cesset hęc iurisdictio per delictum hæresis.*

80 *An duret hæc iurisdictio in delegato, si delegans post delegationẽ fuerit suspẽsus à iurisdictione, vel excommunicatus vitandus.*

81 *Iurisdictio delegata ab excommunicato, an valeat.*

82 *Hęc iurisdictio exerceri non potest à suspẽso à iurisdictione, & excõmunicato vitando.*

Et quid si communiter ignorabatur esse vitandum, an valeat absolutio ab eo data.

83 *Vel si pœnitẽs solum sciebat esse vitandum.*

84 *An habens hanc facultatem ad tempus possit eo trãsacto prosequi confessionem antea cœptam.*

85 *An possit pœnitẽs eligere alium confessarium si vnus pronunciauit rescriptum dispensationis à Sac. Pœnitentiaria obtẽtum esse subreptitium, vel idemmet confessarius illud exequi velit mutata sententia.*

86 *An hæc iurisdictio fori interni expiret morte Episcopi, vel amotione eiusdem concedentis.*

89 *Religiosus generaliter approbatus in dięcesi, si ab ea recedat, & postea iterum redeat, an teneatur nouam approbationem, & licentiam petere.*

90 *Quid dicendum de Parocho delegante alteri Parocho, vel sacerdoti approbato.*

93 *An hæc iurisdictio exerceri possit*

sit

sit extra territorium, erga subditos proprij territorij, siuè diœcesis.

94 *An quis possit absoluere subditum extra diœcesim ab excõmunicatione.*

96 *An hæc iurisdictio exerceri possit in propria diœcesi, siue territorio erga alterius subditos iteragentes per eius territorium.*

97 *Et quid si extraneus iteragat solum ad finem euitandi proprium Parochum, & alteri confitendi.*

98 *An sacerdos generaliter approbatus in diœcesi possit absoluere omnes ad se accedentes, etiam si accedant animo euitandi proprium Parochum.*

99 *An religiosi approbati ab Ordinario possint confessiones, etiam extraneorum audire.*

100 *An, & quando habens, hanc iurisdictionem in foro interno, possit absoluere iteragẽtes, & peregrinos à casibus reseruatis Prælato pœnitentis.*

102 *Et quid si aliquis fraudulenter accesserit extra diœcesim, vt absolueretur à reseruatis.*

103 *Et quid si non haberet casus reseruatos suo Episcopo, sed solum in diœcesi in qua confitetur.*

104 *Et quid si talis pœnitens alterius diœcesis esset aliqua censura innodatus.*

105 *De dispensatione ab irregularitatibus ex delictis occultis prouenientibus, & de absolutione ab alijs casibus iuxta decretum Sacr. Conc. Triden. remissiuè.*

PRimum igitur (vt hinc exordiar) Clericorum Priuilegium est obtinendi, & exercendi iurisdictionem ecclesiasticam ligandi, atque soluendi à Christo Domino suæ Ecclesiæ relictam, Math. 18. Ioa. 20. cap. omnis vtriusque sexus de penit. & remiss.

Quæ duplex est, vna, quæ ordinatur ad forum externũ, hoc est
1 ad gubernandum Ecclesiam per iudicia, pœnas, præcepta, & alia necessaria ad regendum hominũ Rempublicam, de qua in sequenti cap. Altera, quæ ordinatur ad forum internum quod pertinet ad conscientiã, & bonum internum animarũ, de qua summatim hic agẽdum proponimus, quatenus pertinet ad forum sacramentale.

Hæc autem iurisdictio, aut est or-
2 dinaria, aut delegata.

Ordinaria est illa, quæ competit ex proprio officio, & munere
3 ecclesiastico, & hæc reperitur in Summo Pontifice, cui facta electione per Cardinales, Christus confert iurisdictionem vni-

vniuersalem; In summo Pœnitentiario eiusdem Pontificis; In Episcopis, Archiepiscopis, & alijs in ordine Hierarchico superioribus, habentibus proprias diœceses; In Pœnitentiario maiori Cathedralis Ecclesiæ; In Parochis, & alijs, quibus ex officio competit cura animarum.

4 Delegata iurisdictio est illa, quæ alicui competit ex delegatione ab habente iurisdictionem ordinariam, aut potestatem delegandi, qualem habent Sacerdotes deputati ad audiendas confessiones, quibus non competit ius ex officio audiendi confessiones.

Et ad hanc reduci potest iurisdictio ex cõcessione iuris, quam habet ille, qui absoluit aliquẽ, cui à iure, vel ex priuilegio cõcessa est facultas eligendi confessarium.

5 Quid autem intersit habere hãc ordinariam, vel delegatam iurisdictionem.

Dico, illud præcipuũ discrimen esse, quia habens ordinariam, potest eam alijs delegare, seu cõmittere, cum illam habeat ex officio iure proprio, & in se ipso radicatam; Habens vero delegatam, seu commissam, nõ potest eam delegare nisi specialiter hoc ei concessum fuerit, cum nihil habeat propriũ, vt manifestè colligitur ex *cap. fin. §. fin. de offic. deleg. & ibi Panorm. num. 3. & gl. in verb. commissum*, & notant *Sayr. de censur. lib. 2. c. 19.* & alij.

6 Vt autem delegans possit suam iurisdictionem delegare, necesse est vt eã potestatem habeat nõ ita impeditàm, quin actum suum exercere valeat, saltem vt factum teneat: ideo si ipse delegãs fuerit censura excommunicationis, vel suspensionis innodatus, & publicè denunciatus, vel publicus percussor clerici, iuxta Extrauag. ad euitanda, non poterit validè eam alteri delegare; cũ hæ censuræ impediãt vsũ spiritualis iurisdictionis, secus si nõ fuerit denunciatus, q̃a etsi peccet vtendo in tali statu iurisdictione, tamen valida erit delegatio, vt dixi in *tract. de oblig. cler p. 3. num. 90.* & tradunt Suarez de *cens. disp. 2 sect. 4. nu. 2.* & post alios *Mart. Bonacin. eod. tract. de cens. disp. 2. q. 2. punct. 5. §. 2. nu. 5.* & dicemus inferius num. 69.

7 Quibus verò possit delegari hęc iurisdictio, dicemus nu. 57.

8 Est tamen aduertẽdum circa hãc potestatem fori interni, quod illud interdum vocatur forum conscientiæ, interdum verò forũ pœnitentiæ, quæ duo (secundum aliquos) non conuertuntur, quia forum cõscientiæ generalius est, & comprehendit forum

forum pęnitentiæ; nam illud etiam eſt quodam forum conſcientiæ; latius verò extēditur, quia multi ſunt effectus ad cōſcientiam pertinentes, qui extra Sacramentum pęnitentiæ fieri poſſunt, ſicut eſt abſolutio à cenſura, vel diſpēſatio ab irregularitate, vel cōceſſio, vel adeptio indulgētiæ, &c. forum autem pęnitentiæ eſt forum ſacramentalis iudicij pęnitētiæ, quod eſt magis limitatum; vnde fit ſecundū eos, vt conceſſa in foro pęnitētiæ non ſolū pro foro conſcientiæ tm̄ valeant; ſed etiam nō poſſint exerceri, niſi per ſacerdotem audiētem confeſſ., & iudicantem in foro conſcientiæ. Conceſſa vero in foro conſcientiæ, etiam extra Sacramentum Pęnitentiæ ad ſecuritatem, & fructum ſolius conſcientiæ exerceri poſſint, etiam per nō ſacerdotem quandiù per hominis miniſterium applicanda ſunt, vt in abſolutione à cēſura. *ita Rodriq. tom.1. quæſt. regul. q.20. ar 7. Henriq. lib 7. c. 13. num 2. Auila de cenſ. p. 1. c 7. diſp. 3. dub. 13 Sanch. lib. 4. ſum. c. 43. num. 17. & 18. & alij.*

Suarez vero in tract. de legib. lib. 8 c. 6. nu. 15. exiſtimat forum pœnitentiæ non eſſe limitatū ad forum Sacramentale pœnitentiæ, quia illa reſtrictio, nec in proprietate verborum, nec in communi vſu habet fundamentum, neque in re ipſa, cum pœnitentia etiam eccleſiaſtica non tantum ſacramētalis, ſed extra ſacramentum, aliquod etiam iudicium pœnitentiale exerceri poteſt. Sed vnicam tātum differentiā cenſet conſtituēdam eſſe inter forum pœnitentiæ, & conſcientiæ, ſcilicet, quod forum conſcientiæ per ſe non ſupponat culpam, nec ordinetur ad remittendū, vel vindicandum aliquem defectū, vel aliquod vinculū apud Deum, multa enim conceduntur in foro conſcientiæ per ſe propter bonum, vel fauorem concedendum, & non propter malum tollendum. Forum autem pœnitentiæ dicitur in ordine ad tollēdum aliquod vinculum, vel malū apud Deum, ſiue illud tollatur per propriū ſacramentum pœnitentiæ, ſiue per alios actus, & hanc differentiam rectè fundari in proprietate verborum, & in vſu, firmat Suarez cit. loc.

Infertur igitur, quod quando priuilegiū, ſiue facultas abſoluendi conceditur in foro pœnitentiæ per illa verba ſignificari, non extendi ad forum contentioſum, & externum, ſed limitari ad forum conſcientiæ, qa eſt communis vſus, & ſenſus illorum veborū, ac etiam ſignificari illam conceſſionem dari

ad

ad aliquod malum, vel vinculũ apud Deum tollendum. An vero illud vinculum per talē concessionem sit tollendum in ipso Pęnitentiæ sacramento, necnè, per ea verba minimè explicatur, sed iuxta vinculi qualitatem est explicandum, nã si fuerit vinculum culpæ requirit forum Sacramenti; si vero fuerit vinculum pęnæ, aut censuræ sine Sacramēto tolli poterit imposita pęnitētia salutari, quod est exercere aliquod iudicium pęnitentiale, *ita Suar cit. num.* 10. & sequitur *Mart Bonacin. de censur disp.* 1. *q.* 3. *punct.*6. *nu.* 8. quidquid in contrarium probare conetur *Garcia de benef. par.* 11. *c.* 10. *nu.* 139.

Vnde sequitur, quod habens facultatem absoluendi à censũris in foro pęnitentiæ, posset etiam absoluere extra confessionem iniuncta pænitentia salutari; cum hæ censuræ sint materia, ad quam per se non requiritur absolutio sacramentalis. Similiter habens facultatem dispensandi in foro interno, posset id exequi extra confessionem; sicut etiam Episcopus qui à *Sacr. Conc. Trid. sess.* 24. *c. de reform.* habet facultatem absoluendi à quibuscumque casibus occultis in foro conscientiæ, potest absolnere extra confessionem, vt dicemus infra *c.* 4. *num.* 181. nam illa verba [vt absoluatur in foro conscientiæ] nõ importãt, vt absolutio sit in solo pænitentiæ foro, sed vt nullatenus pro foro externo prosit, quãuis *August Barbos. de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 39. *num.* 8. aliter sentiat.

An autem habens limitatam facultatem à superiore à censusuris absoluendi tantum in Sacramentali cõfessione, vel cõfessionibus auditis, possit absolutionem conferre extra confessionem.

Negant *Nauar. c* 26. *num.* 31. *Vinc. Filiu. tract.* 11. *c.* 9. *quæst.* 8. *num.* 294 *Sayr. lib.* 6. *c.* 11. *num.* 105. *Vasq. de excommun. dub.* 20. *num.* 9. & alij, nam facultas, & iurisdictio est exercenda, iuxta cõcedentis facultatem.

Sed Sanch dicto lib. 8. *de matrim. disp* 34. *num.* 19. *& in summa lib.* 4. *c.* 54. *num.* 16. *Coinch. d.* 14. *dub.* 16. *nu.* 253 quos etiam refert *Bonacin. de cens disp.* 1. *q.* 3 *pun.* 6. *nu.* 7. & alij existimãt probabile absolutionem censurarum impendi posse extra confessionem; quamuis in concessione facultatis dicatur, auditis confessionibus absoluatur à peccatis, & censuris annexis, quia illa particula [auditis confessionibus] refertur ad absolutionem à peccatis, quæ requirunt absolutionē sacra-

sacramentalem, & hanc opinionem nouissimè sequitur *Barthol. à S. Fausto in tract. de indulg. lib. 4. q. 114.* vbi alios refert.

His præmissis, vt huius priuilegij strictim, & dilucidè vtiliora, & necessaria pateāt, de nonnullis breuiter discutiemus, & præcipue:

PRIMA DVBITATIO.

11 QVI sint capaces huius iurisdictionis in foro interno sacramentali.

Dico, solū sacerdotes esse huius iurisdictionis capaces, vt possint eamdem validè exercere, cum ad exercitium talis iurisjurisdictionis character sacerdotalis in exercente simpliciter necessarius sit. eademq. iurisdictione possunt esse capaces alij clerici nondum sacerdotes, propter aliquod officium, vel dignitatem obtentam, vt Episcopatus, Vicariatus, vel beneficij Parochialis: nō tamen quoad exercitium, sed vt eam valeant alijs sacerdotibus delegare, seu committere, vt illam exerceant in eorum subditos, & hoc tradūt omnes DD. ita *S. Thom. in addit. ad 3. par. q. 8. ar. 3. Onufrius de sigillo sect. 3. quæst. vnica dub. 5. Vasq. q. 93. ar. 1. dub. 1. Mart. Bonac. tract. de sacram disp. 5. q. 7 pun. 1. & punct. 4. §. 1. num. 12. Syyr. de pœnit. c. 24. num. 1.* & alij communiter.

An autem clericus coniugatus cum vnica & virgine, habitū, & tonsuram clericalem deferens, possit esse Vicarius Episcopi, vel alias obtinere hanc iurisdictionem, vt illam alijs sacerdotali charactere insignitis

delegare valeat.

Negat *Sbrotius de offi.Vicar.q.31 num.5. Berth. in repert. verbo clericus coniugatus. Aug. Barbosa, qui alios refert de offic. & potestate Episcopi par. 3. alleg. 54 num 6. & Io. Maria Bellectus disquisit.cleric.tit de fauore cler.reali § 3 nu.20.*

Quid vero dicendum sit de irregulari, vel aliqua censura irre-
13 tito, patebit solutio ex dicendis inferius num.68. & in cap. seq.num.50. vbi etiam nu.12. de viro religioso, & alijs verba faciemus.

SECVNDA DVBITATIO.

QVando conferatur hæc
14 iurisdictionis potestas in foro interno sacramentali.

Dico, breuiter, quod potestas absoluendi confertur in ipsa ordinatione sacerdotis per illa verba [accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.] Iurisdictio vero, siue subiecta materia, in quam potas illa exerceri debet, confertur per hominẽ, cum dat subditos, & per consequens in foro conscientiæ curam animarum, siue per delegationem, siue per alicuius muneris ecclesiastici collationem, per quod aliquis pastor, & superior aliorum constituitur, alij vero eius subditi efficiuntur, *ita Suar. 4.tomo disp. 16.sect.3.num.7. Metina Codice de pœnit.tract.2.q 35. concl. 3. Valentia tomo 4.disp.7.q 16 puncto 1. Vasquez de pœniten. q.93 art.1.dub.2.à num 5 Chamerota de Sacramentis tract. 7. de confess.dub.12 fo.477. Dom. Riccius dec.22.par.4.nu.1. Bonacina, de pœnit.disp.5.q 7.puncto 1.num.5 & alij*, & prædicta roborantur ex verbis *Sac. Conc. Trid sess.14. c.7. ibi, quoniam.*

Vnde est obseruandum, quod sacerdos, cui Episcopus post or-
15 dinationem non dixit illa verba [Accipite Spiritum Sanctũ, quorum remiseritis peccata, &c.] non posset valide à peccatis absoluere, licet obtineat hãc iurisdictionem ordinariã, vel delegatam, siue subditos, vt dictum est, cum requiratur ea potestas prius tradita in ordinatione, vt per *D. Thom. in addit.ad 3.par. q.8. ar. 3. Vasquez d.q.93.art.1.dub.2. Suar. cit.loco, Bonacina cit. puncto 4. num.5* & alios communiter.

Neque erit valida absolutio data ab eo, qui non est sacerdos, quamuis communi errore, & titulo colorato existimetur Sacerdos, quia adest impedimentum iuris diuini, quod ab Ecclesia suppleri non potest; nã potestas absoluendi à peccatis iure diuino, competit tãtum

tum veris sacerdotibus, ita *Sanch.lib* 3.*disp*.22. *Bonacina tract.de matrim. q.* 2. *punct*.8. *num*.36. & alij.

Dices, si simplex sacerdos in sua ordinatione non recipit hanc
16 iurisdictionem, vt dictum est num. 14. cur potest absoluere constitutum in articulo mortis à peccatis,& cẽsuris reseruatis,iuxta decretũ *Sac. Conc. Trid.sess.*14.*c*.7.*de sacram.peniten.*

Resp.quod eo casu,simplex sacerdos absoluit non ex vi characteris sacerdotalis tantũ, sed quia habet iurisdictionem delegatam in eo articulo,ex cõcessione Ecclesiæ, ita *Suar.* 4. *tomo disput*.26 *sect*.4. *num*.8. *Sanch in summa lib*.2.*c*.13 *nu*. 1.*Vasquez q* 93.*ar*.1.*dub*.3.*&* 6.*nu* 5.*Nauar.c*.27. *num*.271. *Bonacina de Sacramen. disp*. 5. *q*.7.*pun*.1.*nu*.9.*& alij.*

An autem simplex sacerdos possit ex vi suæ ordinationis, saltẽ
17 à pec.ven. absoluere?

Aliqui affirmant,moti ex eo,quia iurisdictio non est necessaria ad absoluendum à pec.ven. cũ non sit materia necessaria.

At vero cum *Suar.dicta disp* 26. *sect*.5.*nu*.5.*Vasq.& Bonac* qui alios refert,dicendum est, non ex vi characteris sacerdotalis tantum posse à pec.ven.absoluere, sed quia ex concessione ecclesiæ, habet iurisdictionem delegatam absoluendi à p. v. cum Minister in hoc sacramẽto nihil operari possit,nisi habeat ordinariam, vel delegatã iurisdictionem,iuxta præfatam doctrinam Sac. Concil.

Et quamuis simplex sacerdos possit à p.v.absoluere,non tamen poterit absoluere ab excommunicatione minori, vt dixi in *tract. de obligat cleric. par.* 3. *num*. 124. *cum Suar. disput*.7. *sect*.4 *nu*.17. qui hoc admittit in Parocho non dum sacerdote,licet aliqui aliter sentiãt de simplici sacerdote.

Hinc etiam constat eũdem, simplicem sacerdotem posse absoluere à pec. mor. iam alias
18 confessis sacerdoti approbato,cum sit eadem ratio,quæ in materia p.v. *ita Nauar.cap*.4. *num*.5 *Coninck disp*.8 *dub*.2. *nu*.17.*Bonacina cit.loc Eman. Sà verb.absolutio num*.5 *Graf. lib*.1.*c*.17. *num* 6. *Valentia* 4. *tomo disp*.7 *q*.10.*punct*.2. *circa fin.& Suar cit.num*.5.

Qui ex prędictis infert,simplicem
19 sacerdotem excommunicatũ vitãdum,non posse à prædictis peccatis absoluere,cum sit priuatus iurisdictione.

Huius occasione sunt plura notanda, & Primò licet *Sotus* 4.*dist*.18. *quæst*.4. *art*.4. *Zero-*
20 *la in praxi cap.* 15. *quæsito* 7. *Valentia loco citato*, *& alij apud Vasquez quæst*.93 *art*.1.

 dub.

dub.3. num.5. mortis articulum, in quo potest simplex Sacerdos absoluere, vt dictum est num.16. strictè intelligant, vt sumatur pro solo mortis articulo, qui tunc tantum cõtingit, quando mors est in fieri, & ita certa, & proxima, vt moraliter certa sit, & ferè ineuitabilis, siue id ex causa naturali proueniat, vt morbo, siue ex causa violenta, vt si quis morte plectendus sit; Tamen verius est, vt probant, & tenẽt *Suar. 4.tomo disput.26.sect.4.num.3. Coninck disp.8.num.17.* & alij quos referunt *Zambrano de casibus articuli mortis prælud.1. nu.7.& Bonaci.de sacr. disp.5. q.7.puncto 1. num.10.* quo ad
21 hunc effectum, sumi pro eodẽ, articulum, & periculum mortis, atq; ita, sicut in mortis articulo potest quilibet sacerdos absoluere ab omnib. peccatis, & censuris, ita in periculo mortis; Ratio est, quia cum causa huius concessionis fuerit necessitas pœnitentis, ne absque remedio in æternum pereat, merito talis erit reputanda necessitas periculi mortis; Si quidem in ea ad confessionem obligat ius diuinum, perinde, ac si in articulo mortis; & morale periculum ita in malis debet caueri, ac euẽtus ipse, ac propterea peccat mortaliter, qui se exponit periculo culpæ læthalis; Tunc autem cõtinget hoc periculum, quãdo est probabile dubium de morte, & frequenter in eo casu euenire solet; vt cum fœmi-
22 na partui appropinquat, & experta est imminens ex partitibus periculum vitæ; vel eius
23 est complexionis, vt id periculum verisimiliter timeatur; vel
24 eo anno solent communiter parientes periclitari. Item
25 tempestas grauis exorta, vel
25 nauigationis periculosæ, aut conflictus in bello, aut in itine-
26 re prædonibus interficere solẽtibus expositi aggressio; aut cum quis in morbum incidit
27 periculosũ, qui maiori ex parte mortem solent inferre, vt docent *Suarez dicta sect. 4. Ioa. Maria Bellectus par. 1. disquisit. clericalis titul. de disciplina clericali §.1. num.48. fol.8. Bonacina de censur. disput. 1. q.3.punct.3.num.4. Zambrano dicto prælud.1.à nu.1.* qui alios citat *D. Carolus de Grassis de effectibus clericatus effect.9 nu. 153. Vasquez de pœniten. q.93 art.1. dub.5. & Sanchez in summa 1 tomo lib. 2. cap.13. num.1. qui num.3.* ait, duplici cum limitatione esse accipiendum, quod est dictum, æquiparari articulum, & periculum
28 mortis; Prior est, cum periculum mortis propè est, & velut in fieri, secus qnando diutius

mor-

mortem differendum, eſt ferè certius, in quo tēpore poteſt occurrere oportunitas habētis facultatem legitimè abſoluendi. Quod tūc ceſſet neceſſitas, quæ cauſa fuit huius cōceſsionis; ita *Zambrano nu.*8. *Couarru.*4.*decretal.*1.*par.*§.11 *num* 8. *& Cordub. in ſumma q.*18 *punct.*2.*dicto* 4.Poſterior eſt, vt morali neceſsitate cogente abſoluēdus in id pericu-
29 lum incidere debeat, vt si neceſſe illi ſit ex cauſa vrgenti, nauigationem periculoſam, aut prælium, aggredi, quando enim propria ſponte aggreditur, non dicitur conſtitutus in periculo mortis, ſed ipſe vult ſe conſtituere, ita *Cordub. cit. loco*.

Secundo,eſt notandum, quod in hoc articulo, siue periculo mortis,quiuis ſacerdos,quam-
30 uis excommunicatus, irregularis,aut degradatus,vel hæreticus, ceſſante periculo peruersionis, poteſt abſoluere ab omnibus peccatis,& cenſuris, vt notant *Zābrano, multis citatis,de caſibus in articulo mortis cap.*4.*dub.*4.*num.*20. *Belleĉtus cit.num,*27.*fol.*7. & alij, & dicemus inferius num.35.

Tertio eſt notandum, quod prædicta conceſsio facta cuilibet ſacerdoti pro articulo, ſeu periculo mortis, vt poſsit abſol-
31 uere ab omnibus casibus, & cenſuris, vt ſupra num.16.intelligenda eſt,quādo deeſt copia Superioris potentis abſoluere,& proprij ſacerdotis, ſeu alterius expositi ad confeſsiones audiendas,ſecus si adeſſet ſuperior, cui reſeruatur, & si ipſe absit, debet etiam abeſſe Sacerdos expositus, nam in Sacroſancto Conc.Trid. dicto c.7. dicitur, quod ſemper fuit cuſtoditum in eccleſia,vt quilibet Sacerdos in eo articulo abſoluere poſsit,quare ius nouum non condidit, ſed approbauit conſuetudinem; at ea conſuetudo ſolum obtinuit,vt quilibet Sacerdos poſsit abſoluere, quando non eſt prædictus recurſus,vt cōnſtat *Conc. Carthagin.*3.*canone* 32. *& refertur in cap. presbyter* 26. *q.*6. item quia idem Conc.Trid.dicit, id eſſe indultum ratione neceſsitatis, ne æger abſque confeſsione decedat, quæ in hoc caſu ceſſat, ita *Sotus* 4. *diſtinct.*18.*q.*4 *art.*4.*Vgolin.de cenſur.tab.*1.*cap.*4.§.5. *Suarez* 4.*tomo diſp.* 26.*ſect.*4. *num.*4. *& tomo* 5.*diſp.*22.*ſect.*1. *num.* 62. *Molina*,referens ſic declaraſſe Greg.XIII.*tomo* 4. *de iuſtitia diſput.*63. *Zambrano de caſib articul.mort.cap.*4.*dub.*4. *num.*3. qui nonnullos alios refert,*Azor.tomo* 1.*lib.*8 *inſtit. moral. cap.*19. *q.*5. *Bonacina*, *de*

de censur.disput.9.q.3.punct.3.
num 3. Sanchez in summa di-
cto lib. 2. cap. 13. num. 7.
Quāuis, quod possit in eo ar-
ticulo simplex sacerdos, etiam
præsente cōfessario approba-
to, & confessarius approbatus
etiam præsente alio superiore,
ægrum absoluere ab omnibus
casibus, & censuris, probabile
censeant *D.Ricc.decis.26. par.*
4. & Antonin. Diana qui alios
refert, *resolut.moralium par.1.*
tract. 5. resolut. 5. fol. 122.
cum Concil. absolutè, & indi-
stinctè dicat, omnes sacerdo-
tes ea potestate gaudere in eo
articulo.

Est tamen aduertendum, quod
idem erit, non adesse legitimū
confessarium, & adesse, & nol-
le, vel non posse audire confes-
32 sionem existētis in eo articu-
lo, quia in vtroque casu mili-
tat necessitas, ac verum est nō
dari copiam cōfessoris, vt tra-
dit *Zambra.d.dub. 4. num.24.*
ex omnium mente, & declara-
tione Illustriss. DD. Cardin.
qui cum Henriq. de pœnitent.
lib.6.cap. 11. num.3. & San-
chez dicto cap. 13. num. 8.
33 ait, simplicem sacerdotem, nō
debere in hac re esse nimis
scrupulosum, sed in dubio an
oportune adueniet sacerdos
expositus, debere absoluere,
ne periculo infirmum expo-
nat.

Sic etiam posset sacerdos abso-
lutionem impendere casuum,
vel censurarum, quando dubi-
tatur, Vtrum pœnitens in ar-
ticulo mortis existens expe-
ctare posset, & superuiuere do-
nec facultas obtineatur à Su-
periore, nulla alia facultate
expectata, nam Superior, non
censetur velle casus reserua-
re, cum periculo damnationis
alterius, ita *Reginald. lib. 9.*
num. 10. Gambarupta de casib.
reseru.pagin.35. Sanchez cit. &
alij apud *Bonacinam de censur.*
disput.1.q 3.pun.3.num.6. &
Molin. 4.tomo de iust. tract. 3.
disp.63.

Quarto est notandum, quod non
posset absoluere simplex sacer
34 dos, si adesset sacerdos, qui in
alia diœcesi Parochus, aut ap-
probatus esset ad audiendas
cōfessiones, nō tamen in illa,
quia licet hic respectu huius
diœcesis sit simplex sacerdos,
tamen alicubi est approbatus,
atq; proinde potius ius habet,
quam sacerdos oīno simplex,
nullibi approbatus, vt tradunt
Suarez 4 tomo dicta disput. 26
sect.4.num.4 Zambrano cap.4.
d.dub.4 nu.16.Sanchez d.lib.2
cap.13 num 10. & Bonacina
de censur.disp. 1. q. 3. puncto 3.
num.7

Quinto est notandum, quod si
adesset sacerdos excommuni-
35 catus vitandus, seu suspensus,

aut

aut præcisus, non posset absoluere si adsit simplex sacerdos, quia illis est interdictum hoc ministerium, nisi in casu extremæ necessitatis, quæ tunc non occurrit, eo quod adest simplex sacerdos, ijs impedimẽtis non affectus, vt dixi cũ *Suar. de censur. disp.* 11. *sect.* 1. *num.* 12. *in tract. de oblig. clericorum par* 3 *num.* 11. *& tenent Vasq. de pœnit. q* 93. *ar.* 1. *dub.* 4. *nu.* 9. *& Bonaci. cit.*

Quod si adesset sacerdos catholicus, quocũque impedimento affectus, est præferendus hæretico, vel schismatico. & inter
36 catholicos, irregularis est præferendus excommunicato vitando, quia tunc cum tali excommunicato non potest participari, atque suspensus, vel interdictus, est præferendus irregulari, quia illa sunt minora impedimenta. & omnes hi sacerdotes catholici, et excommunicati vitãdi sunt anteponendi degradato, eo q hic maximo impedimẽto laboret, ita *Zambrano de casibus articuli mortis dicto cap.* 4. *dub.* 4 *num.* 21. *Sanchez dicto cap* 13. *num.* 10. *Bonacina dicta disput.* 1. *q.* 3 *pun.* 3. *num.* 7. *Vasq loc. cit. Nugnus in addit. ad* 3 *par. q* 8. *ar.* 6 *dub.* 4 *& alij.*

Sexto est notandum, quod tunc censendum erit non esse copiam superioris, vt possit sacerdos inferior absoluere à
37 reseruatis in articulo, seu periculo mortis, vt supra, quando nec constitutus in eo periculo potest personaliter superiorem adire, nec eum commode accersere, quia aut non veniet, aut magna nota erit, *sm Henriq. de pœnit. lib.* 6 *c.* 9. *num. final. & alios apud Sanch. in summa dicto lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 14.

Et licet *Zambrano dicto cap.* 4. *dub.* 4 *num.* 15 *& dub.* 6. *num.* 4. quem sequitur *Bonacina de censur. disp.* 1. *q.* 3. *puncto* 3. *num.* 5. supponat, non dici deesse copiam superioris, quando infirmus etsi illum adire, nec accersere possit, potest tamen confessor illum adire, ac facultatem petere, atque ita ait, ægrum in eo periculo constitutum, qui præsentem superiorem habere nequit, debere per literas, aut confessarium, aut alium petere facultatem à superiore, vt ab eo reseruato absoluatur, nisi periculum sit in mora; tamen vt notat Sanchez, quẽ etiam sequitur *Anton. Diana resolu. moral. par.* 1. *tract.* 5. *resol* 5 *fol.* 123 hoc o-
38 nus adeundi superioris ad absolutionem obtinendam, non est grauamen confessoris, sed ipsius pœnitentis in pœnam sui delicti, dum ergo pœnitens superiorem adire nequit, vel eũ

ac-

accerſere, dicetur verè impeditus, & carere ſuperioris copia; nec inquit Sanchez, placet vt per literas petat eam facultatem, quia exponeret ſe periculo ſui criminis detegendi, ſi, vel literæ amitterentur, vel ab alio aperirentur, atque ob id periculum Doctores non obligãt ad peccata ſcribenda, ne memoria excidant. Quamuis Bonacina cit. dicat, quod hoc periculum caueri poteſt admonendo confeſſarium, vt ipſe ſcribat tacito nomine pęnitentis.

Septimo eſt notandum, quod ſi deficiẽte ſacerdote approba-
39 to, ſimplex ſacerdos confeſſionem conſtituti in articulo, ſeu periculo mortis, vt ſupra, audire cepit, vel inferior approbatus, defectu ſuperioris, cui caſus reſeruantur, & ante abſolutionẽ adeſſet ſuperior, vel legitimus confeſſarius, poſſet ſimplex confeſſionem cęptam perficere, quia veram habebat iuriſdictionem, quando alio deficiente cepit audire, nec eius aduentu expirat, cum res non ſit integra; non enim ſimplici ſacerdoti hoc caſu conceditur iuriſdictio ad tempus, ſed omnia iura abſolute eam ipſi concedunt, quando deeſt copia expoſiti ad audiendas confeſſiones, &c. ita *Henriq. dicto lib. 6. cap. 11. num. 8. Sanch. dicto lib. 2. cap. 13. num. 15. Bonacina dicta diſp. 1. de cenſur. q. 3 num. 3. & alij.*

Si vero talis pęnitens haberet caſum reſeruatum ratione
40 excommunicationis, & ante abſolutionem ſuperueniret ſuperior, cui erat reſeruata excommunicatio, non poſſet ſacerdos, ſiue ſimplex, ſiue expoſitus ſit, qui cepit audire confeſsionem, abſoluere ab illa excommunicatione, ſed id à ſuperiore ſuperueniente præſtandum erit, & deinde ſacerdos ille, qui cepit, poſset à peccatis abſoluere, ratio eſt, quia, cum hoc caſu confeſſarius teneatur pœnitenti iniungere, vt quam pri-
41 mum commode poterit legitimo ſuperiori ſe præſentet, *cap. eos qui, de ſentent. excommun. in 6.* Tenebitur vtique si tunc adsit, & commode poſſet pœnitens ſe illi præſentare, vel ſaltem per confeſſarium, vel per alium petere facultatem abſolutionis obtinendæ, cum nulla alia ratione hoc caſu concedatur facultas abſoluendi ab illa excommunicatione reſeruata, nisi quia tempore, quo eſſet præſtanda abeſt ſuperior, vel habens facultatem abſoluendi, ita *Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 20. num. 27. Sanch. cit. c. 13. nu. 15. & Bo-*

& Bonaci. dicta disp. 1. q. 3. puncto 3. num. 3.

Quod si iam simplex sacerdos in eo articulo à peccatis absoluit, non posset superueniente legitimo cõfessore audire pec-
42 cata oblita, vel quæ æger non potuit fateri, vel existimatum est eum non posse, & sic à reliquis, quæ manifestare in confessione potuit, fuit absolutus, quia est noua confessio, & à priori independens. ita *Suar. 4. tomo disput. 23. sect. 1. num. 2. Bonacin. cit loc. & Sanchez dicto lib. 2. c. 13. n. 15. qui n. 16.* existimat, quod si penitens in eo articulo simplici sacerdoti
43 mentitus est in ea confessione adhuc posset detecto illo mẽdacio à Sacerdote illo simplici iterum absolui, quia is veram habuit iurisdictionem ad priorem illam confessionem, & dũ absolutio validè non est præstita, non censetur finita.

Octauo est notandum, quod talis cõstitutus in articulo mortis, absolutus à simplici sacer-
44 dote à peccatis, & censuris ẽt reseruatis, vt supra, si post absolutionem obtentam superuixerit, non tenebitur, vt communiter tradunt Doctores, quibus accedunt *Coninck de pœnit d. 8 dub. 2. & Bonacina n. 19.* eadem peccata, etiam reseruata iterũ confiteri, & ab eis absolutionem de nouo obtinere, cum absolutè, & simpliciter fuerit absolutus à simplici Sacerdote ex iurisdictione, quam delegatam habebat pro illo articulo, in quo, vt dicitur, *in Sac Concil. Trid. sess. 14. c 7.* nulla est reseruatio, iuxta communem vsum ecclesiæ; sed à censuris reseruatis, licet tunc
45 vere absoluatur, ita vt si moriatur, vel conualuerit alia absolutio non requiratur; tamen cõualescens manet obligatus se præsentare illi superiori, cui censura erãt reseruatæ humiliter ab eo suscepturus mãdatum eius, & nouam pœnitentiam, si iniungat, & si id non faciet, reincidet in eamdem excommunicationem, *cap. eos qui de sentent. excommun in 6. Ita Sot. in 4. dist. 18. q. 4. art. 4. Nauar. cap. 26. num. 26. Auila de censur. lib. 2 cap. 20 num. 27. Suarez 4. tomo dispu 30 sect. 3. num 6. & 5 tomo disput. 7 sect. 1. num. 5. & Sanch. in summa lib. 2. cap. 13 num. 27. qui censet cum Abb. in cap. de cætero de senten. excom. & Suar. 5 tom. disp. 2 sect. 1. n. 62* prædictum,
46 non incidere in eamdem censuram numero, si impedimento cessante nõ se præsentauit, nec ob eam causam; sed in aliã similem, ob nouam illam inobedientiam, & dici in tex. in eamdem censuram, quia similis est, & reseruata, vt prior

erat . ita etiã docent *Coninck. disp.*14. *dubio* 16. *num.*216. *&* *Bonaci. dicta disput.*1. *q.* 3. *puncto* 3. *num.*16. *qui alios refert*.

Nono, & tandem est notandum, quod censuræ, à quibus iuxta Sac. Conc. Triden. citato loco quilibet sacerdos eo casu, po-
47 test absoluere, sunt eæ solæ, quæ Sacramentis ab ægro recipiendis, & sepulturæ ecclesiasticæ obstant; Quales sunt excommunicatio, interdictum personale, suspensio à Sacramentorum prædictorum receptione, & ab ecclesiastica sepultura, non autem irregularitas, suspensio ab ordine, officio, vel beneficio, quia licet non sic restringat Sac. Conc. Trid. tamen ratio, quam affert ne hac occasione aliquis pereat, apertè designat sic limitandum. ita *Zambrano de casibus articuli mortis cap.* 4. *dubio* 4. *num.* 17. *Sanchez dicto lib.* 2 *c.* 13. *num.* 12. *&* *Bonaci. de censur. dispu.* 1. *q.* 3. *punct.* 3. *num.* 8.

An autẽ infirmo, qui non potuit petere absolutionem peccatorum, possit, absolutio censurarum impendi?

Affirmat *Bonacina cit. loco num.* 10. *ex Suar. disp.* 7 *sect.* 7 *nu.* 7. *Nauarr. cap.* 27. *num.* 271. *&* *Reginald. lib.* 9. *num.* 8. vt recipere possit reliqua sacramenta, ac in loco sacro sepeliri ex ratione allata, modo sit capax reliquorum Sacramentorum.

Idemq. tenet Sanch. loco citato, & ibi etiam dicit, an in eo articulo possit clericus absoluere à censuris deficiente sacerdote, vel laicus, si nec etiam adsit clericus, vt per eum.

TERTIA DVBITATIO.

Ex quo dictum est in præcedenti dubitatione num. 13. huiusmodi iurisdictionem fori interni extra Sacramentum Ordinis dari, &c. Quando ergo, quis censeatur eam obti-
48 nuisse, per collationem solum dignitatis, vel muneris ecclesiastici; an verè post adeptam possessionem eiusdem dignitatis, vt Episcopatus, beneficij Parochialis, & similium?

Resp. tunc censeri obtinuisse hãc iurisdictionem, quando post collationem, etiam possessionem adeptus fuit dignitatis, beneficij Parochialis, vel alterius muneris ecclesiastici, per quod competit ex officio cura animarum. ita *Suar.* 4. *tomo disp.* 16. *sect.* 3 *nu.* 18.

Sic etiam post delegationem, & concessionem habentis potestatem ordinariam, vel facultatem delegandi, vt dicemus inferius num. 55.

QVAR-

QVARTA DVBITATIO.

Quia in eadem secunda dubitatione num. 12. diximus hanc iurisdictionem dari per 49 extrinsecam hominis concessionem, siue delegationem. Qua igitur forma, vel modo delegetur hæc iurisdictio pro foro interno.

Dico, quod nulla forma in hoc requiritur, nisi, vt delegans habẽs legitimam potestatem explicet suam voluntatem alicui eam delegandi, seu committendi, siue oretenus, siue in scriptis, quia per hoc sufficienter censetur concessa. ita *Suarez 4 to. disp.* 25. *sect.* 1. *nu.* 14. *& alij.*

Sed an licentia tacita, quæ ha-50 betur ex ratihabitione, sufficiat.

Negant *Anton.* 3. *par tit.* 17. *c.* 4. *Adrian. q.* 5. *de confess.* & alij, quibus accedit *Suarez dicta disput.* 25 *section.* 1. *num.* 14. & mouentur ex eo, quia spes futuræ ratihabitionis non sufficit ad cócedendam hanc iurisdictionem de præsenti, prout necessario requiritur, cum Sacramentum pœnitentiæ nõ pendeat ex futuro euentu, nec dari posse existimant ratihabitionem de præsenti, cum ratihabitio proprie respiciat tẽpus futurum.

Alij vero censent, sufficere licẽtiam tacitam, quæ habetur ꝑ ratihabitionem de præsenti, quando, scilicet, sciente, & tacẽte Ordinario, vel Parocho, potentiq. contradicere, quis hanc iurisdictionem exercet, seu audit confessionem, quia illa scientia, & patientia inducit consensum, & legitimam licentiam. ita *Angel. verbo confessio* 3. *num.* 30. *Sylu confessor* 1. *q.* 6. *Caietan. absolutio ex parte absoluentis vers. licentia, Victoria de confess num.* 153. *Sot.* 4. *d.* 18. *q.* 4. *ar.* 3. *Nauarr. cap.* 9. *num.* 6. *& alij, quos sequitur Sanchez de matrimon. lib* 3. *disput.* 35. *num* 21. *qui addit cum Henriq. lib.* 6. *de pœnitent. cap.* 13. *num.* 13. eam præsentiam cum taciturnitate non esse approbationẽ,
51 & licentiam simpliciter, sed ꝑ eo actu, quia licet daret licentiam expressam ad audiẽdam illam confessionem, non esset licentia simpliciter. quamuis *Bonacina de sacrament. disp.* 7. *quæst.* 7. *puncto* 4. §. 1 *num.* 14. dicat, quod taciturnitas, & patientia superioris ꝑ se loquendo non sufficit, vt talis sacerdos validè absoluat, sed requiritur signũ aliquod externum, ex quo sufficienter colligatur superiorem ratam habere absolutionem, seu facultatem concedere ad absoluẽdum.

An autem, si Ordinarius, vel Parochus videns, & tacens alienum sacerdotem audire con-
52 fessiones subditorũ, non consentit interius, valeant illę cõfessiones.

Negat *Petrus de Ledesma de matrimon quæst.* 45. *ar.* 5 *punct.* 3. *dub.* 2 *fol* 192. *conclus secunda*, in simili casu, quando Ordinarius fictè concedit licentiam alicui sacerdoti audiendi confessiones; quia cum dicta licẽtia inualida sit, titulus est nullus. & in simili idem tenet *Medina tract. de confess. quæst. de multipl licen. alien. confiten.* vbi ait, si Prælatus videns, & tacens alienum sacerdotem audire confessiones, & re vera non consentiat, nec det licẽtiam, excusari ratione probabilis ignorantiæ; at confessionem esse inualidam defectu iurisdictionis.

Sanchez tamen *de matrim. lib* 3. *disput.* 22. *num* 64. existimat, vtroque casu, validam esse cõfessionem; nã primo casu concurrit licentia collata à legitimo superiore, eiusque nullitas est occulta, atque ita adest cõmunis error cum titulo præsumpto, sicuti licentia audien-
53 di confessiones concessa excommunicato alibi vitando, inualida est, sed dum in hoc loco est occulta excõicatio, validæ sunt confessiones auditæ virtute talis licentiæ, ratione communis erroris, vt probat idem *Sanch. disput.* 22. *num.* 9. *& sequitur Bonacina de matrimon quæst.* 2. *pun.* 8. *nu.* 33. In posteriori autem, quia ratihabitio de præsenti reputatur in iure, & apud Peritos vera licentia, sicut licentia expresse concessa, & ita concurrit titulus præsumptus, & cõmunis error, & eam ratihabitionem de pręsenti reputari legitimam, dictum est supra num. 51. ex eodem *Sanch. lib.* 3. *disp.* 35. *num.* 20

Sed vtrum quandoque sufficiat, vt hæc licentia petita sit, & nõ
54 obtenta.

Minime fatendum est, quia sola petitio huius facultatis nõ est satis ab obtinẽdam illam, imò ex illa negatione constat, nolle dare facultatem, nec voluntas debita, seu potius obligatio volendi in certis casibus, sufficit ad conferendam alteri hanc iurisdictionem, nisi adsit voluntas, quia aliud est debere, aliud est facere. ita *Suarez* 4 *tomo disput.* 27 *sect.* 4. *nu.* 10.

QVINTA DVBITATIO.

55 QVi possint hanc iurisdictionem fori interni delegare?

Dico, quod omnes habentes eandem iurisdictionem iure ordinario

nario, possunt eam delegare & habentes delegatam cum speciali facultate eam subdegandi, vt dictum est supra n.5. Quibus autem possint Parochi delegare, dicemus inferius num.71.

Sed quid si aliquis ex prædictis sit irregularis, an possit alteri hāc iurisdictionem delegare.

Et posse, censet *Suar. de censur. disput 40 sect 2.nu.45 & dixi in tract de obligat. cleric. par.6. num.14.*

An autem Parochi non proprietarij, quos Episcopi constituūt
56 & ad nutum ipsorum amoueri possunt, vt curā totius Parochiæ regant; vt quia proprius Parochus nō est sacerdos, vel quia ipse Episcopus est immediatus Parochus totius Diœcesis, vel alicuius Parochiæ, possint alijs delegare hanc iurisdictionem, prout posset Parochus proprietarius.

Et dicendum est, non posse delegare omnem curam, sed solū aliquas causas Parochialis officij; & sic possent delegare alteri sacerdoti assistētiam matrimonio, quia sunt delegati ad vniuersitatem causarum, cum præficiantur ad omnes causas parochialis officij in tota parochia, vt dicemus in cap. sequenti num. 33. ita *glo. in clem 1. de priuil. verbo presbyteri, Nauar.cap.27.nu.102. & alij apud Sanch. de matrim. lib.3.disp.31.nu.13.*

SEXTA DVBITATIO.

57 Quibus possit committi, seu delegari hæc iurisdictio in foro interno.

Pro solutione præmittēdum est, quod hæc iurisdictio duobus modis potest committi, vel vt ipsemet delegatus illa vtatur, vel vt alijs eam cōmittat, seu subdeleget. Hoc posito.

Dico, Primo modo, solum delegari posse sacerdoti, cum ipse solum possit per se exercere actum huius iurisdictionis, vt dictum est num. 11. vt autem recte, & valide fiat delegatio, necesse est, vt talis sacerdos sit idoneus, quoad scientiam, prudentiam, & probitatem huic muneri necessariam, & vt sit approbatus, iuxta dispositionem Sacri Conc. Trid. *sess.23 cap.15. de reform. Vgolin de offic. & potest. Episp.2.c.34. Vasq. q.93. ar.3. dub.3. & alij.*

Approbatio autem prædicta debet esse per examen, aut alia
57 ratione ab Episcopo, iam cōfirmato, & habente subditos, iuxta Trident. cit. aut à Vicario generali, qui personā Episcopi sustinet, & ipsius vices gerit, aut à Capitulo sede vacante, quod succedit in iurisdictio-

dictionem Episcopi, *cap. dum olim de maior. & obed.* aut ab alio habente iurisdictionem Episcopalem in populum exẽptum à iurisdictione ordinaria; hic enim habet iurisdictionem episcopalem, cõsequenter ad ipsum pertinet approbare sacerdotes in suo territorio. ita *Sanch. lib. 3. de matrimon disput. 29. num. 14. Reginald. lib. 1. nu. 180. Vasquez q. 93 art. 3. dub. 3. Bonacin. de sacramen. disp. 5. q. 7. pun. 4. § 1. nu 9. & alij apud Sanchez cit.*

Vtrum vero censeatur sacerdos approbatus, & consequenter
59 idoneus ad audiendas confessiones, qui fuit approbatus, & admissus ab Episcopo sciente illum non esse idoneum.

Suarez disp. 28 sect. 1. num. 7. Reginald. lib. 1. num. 197. & post alios Bonacina citata disput 5. quæst. 7. puncto 4. §. 1. num. 29. probabilius existimant, non censeri approbatum; nam Sac. Conc. Trid. dicto cap. 15. exigit, vt sacerdos, qui beneficium Parochiale minime habet per examen iudicetur idoneus; hic autem verè non iudicatur idoneus, sed fictè, cum Episcopus interius sentiat, & iudicet non idoneum; vnde Sac. Conc. ibi requirere videtur approbationem cum iudicio, & iudicium cum approbatione; idest interius iudicari debet idoneus, & exterius approbari, & hanc opinionem sequitur nouissimè *Barth. à S. Fausto in tract. de indulg. lib. 4 q. 79.*

Sed quid dicendum sit quando Episcopus iudicat idoneũ aliquem sacerdotem, & illũ tan-
60 quam idoneum approbat, sed re ipsa non est idoneus, an valida censenda sit talis approbatio.

Et validam esse, fatendum est, ea ratione, quia Sacrum Concil. requirit talem approbationẽ, qua sacerdos idoneus iudicetur; hic autem idoneus iudicatur, cum Episcopus putet ipsum esse idoneum, quamuis re ipsa non sit idoneus. ita *Suarez. Bonacina, & Reginal. locis citatis quibus accedit Bart. à S Fausto cit. q. 80.*

Ad validitatem autem approbationis, non requiritur, vt detur in scriptis, cum id non requirat Sacrum Concil. sed vt gratis concedatur, quamuis si gratis non concederetur, valida esset; illicitè tamen cõcederetur, quia Sac. Conc. non irritat approbationem aliter concessam, sed solum præcipit gratis dari, vt notant prę citati Doctores, & alij.

Consultius tamen esset in scriptis dari approbationem prædictam, vt confessarius possit

eam

eam exhibere, quoties expedierit, aut opus esse iudicauerit.

Sed an sacerdos debeat approbari ab Episcopo pęnitentis, vel ipsius confessarij.

62 Et in hoc dico, esse approbãdum ab Episcopo ipsiusmet cõfessarij, tum quia approbatio est actus iurisdictionis, qui exercetur in subditũ; ergo approbatio faciẽda est ab Episcopo, cui subditus est confessarius, qui approbatur; tum etiam ex declaratione Sac. Cõgr. vt refert *Coninck. disp.* 8. *dub.* 7. *n.* 50 & sequitur *Bonacina loco cit. num.* 15.

Posset quoq. Episcopus approbare sacerdotem alterius diǫcesis, si aliqua ratione fiat subditus ipsi Episcopo; vt si fiat ei subditus rõne alicuius ministerij, ad quod obligatur in ipsius Episcopatu, aut ratione domicilij, aut habitationis pro aliquo tempore, pro quo saltem posset illum approbare; tũ quia hoc nullo iure prohibetur; tũ etiam, quia sic vsus, & praxis indicat, vt patet in Regularibus, q. licet sint exẽpti à iurisdictione Episcopi; nihilominus fiunt ipsi aliquo modo subditi ratione domicilij, vel habitationis in territorio Episcopi, quæ subiectio est sufficiens, vt approbentur. ita *Bonacina cit. Reginald. lib.* 1. *num.* 187. & alij, quibus accedit *P. Alphonsus de Leone de offic. & potesta confess. tempore iubilei extraordinar. quæst.* 4. *num.* 28

Qua autem pęna puniri debeat Regularis, qui absque licẽtia, & approbatione Episcopi, fidelium confessiones audiret, habes apud *D. Ricc. par.* 2. *dec.* 145.

63 Est tamen notandum, quod approbatio Episcopi, non est delegatio iurisdictionis, sed aliquid præuium ad illam; cũ approbatio nil aliud sit, quam quædam publica sentẽtia, seu authentica contestatio de sufficiẽtia talis sacerdotis ad audiendas cõfessiones, quam sacrum Conc. Trid. voluit esse necessariam dispositionem, vt simplex sacerdos sit proxime capax huius iurisdictionis, & eligibilis per priuilegia; Ideo posset Episcopus aliquem approbare, & ei nõ delegare iurisdictionem; nam concessio iurisdictionis, est veluti quædã gratia, quam liberaliter facit Episcopus. Approbatio vero, est veluti opus iustitiæ, vel posset aliquem simpliciter approbare, & ei delegare iurisdictionem ad tempus, vel vita sua durante, & tũc licet per mortem Episcopi cesset iurisdictio, non tamen approbatio. ita *Suarez* 4. *tomo disput* 28. *sect.*

sect.4.num.22.& per Bonacin. cit.quæst.7.pun.4. §.1.num.31. Coninck.de pœnit.disp.8 dub.7 nu.49.& alios.

An autem huiusmodi approbatio semel concessa reuocari possit.

64 Dico, cum *Suarez dicta disp.28 sect.8.nu.1.Vasquez q 93 ar.2 dub.4.Bonacin.de sacram.disp. 5.quæst.7.pun.4 §.1.num.16.* approbationem prædictam posse reuocari, donec tamen reuocetur semper durare, ita ut nec per mortem concedẽtis extinguatur; sicut de præsentatione mendicantium facta Episcopo, docuit *Nauarr. c.27.nu.266.* & ratio est, quia hæc non solum est gratia, sed etiam iuridica declaratio, quæ suam vim retinet, quamdiu nõ reuocatur; posset tamen reuocari ex iusta causa, vt tradunt Suar.& Bonacin.cit.loc. cum fundamentum talis approbationis nõ sit immutabile; nam fundatur in scientia, moribus, & alijs conditionibus necessarijs ex parte cõfessoris ad hoc ministerium conuenienti modo exhibendũ; potest autem sacerdos mutari, quoad hæc omnia.

Et confirmatur à simili, ex *capit. accepimus de ætat. & qualitat.* in illis verbis [nisi fortè postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos:] posset igitur, qui idoneus erat, fieri non idoneus, ergo, & approbatio eius reuocari.

65 Vnde nouus Episcopus, vt suæ conscientiæ satisfaciat, posset vocare ad examen omnes approbatos à prædecessore, & quod idoneos nõ repererit reprobare, atque ita, approbationes reuocare, vt ꝑ Suar. loc cit. qui hunc modum, ait, non tam facile esse admittendum in eodem Episcopo, qui approbationem dedit, quamquam in rigore habere videtur hanc potestatem in suos subditos, quod ex *Bulla Pij Quinti, edita in anno* 1571. *incip. Romani Romani Pontificis*, colligi potest; nã speciali priuilegio conceditur, ibi, Mendicantibus, vt semel tantum ab eodem Episcopo examinari possint, ergo secluso priuilegio habet Episcopus hoc ius, vt ibi supponi videtur. Quod si approbatio concessa fuerit sine præuio examine, posset etiam Episcopus semel à se approbatos in examen vocare: imò etiam, quoad Mendicantes hoc videtur supponi in dicta *Bulla Pij Quinti, ibi. Qui semel ab Episcopo præuio examine approbati fuerint, &c* & sic quod à successore Episcopo, pro quiete suæ cõscientiæ possent, etiam Regulares de nouo examinari,

ri, vt per *Suarez loco cit.nu.*5. & ſequuntur *Campanil.in diuerſorio rubr.*12.*cap.*13. *num.* 70. *& Miranda in ſuo manuali q.*45.*ar.*7.*concluſ.vnica tom.*1.

Intellige autem de Regularibus, qui ſecularium, etiam ſacerdotum confeſſiones audire intendunt, qui ab Epiſcopo illius diœceſis, in qua audituri ſunt confeſſiones ſunt approbādi, iuxta diſpoſitionem præfatam Sac.Conc.Trid. nam Religioſorum confeſſarius à ſuo Superiori eſt approbādus, vt per *Eman. Sà ver. confeſſor num.*4.*& D. Ric.p.*4. *dec.*326. *num.* 6.

Quæ Bulla Pij V. eſt in viridi obſeruantia, nec fuit reuocata per reductionem priuilegiorū ad terminos S. C. Trid. per Greg.XIII.fęl.rec.ſicut declarauit Sacra Congregatio, vt referunt *Campanil. loc cit. & Nouar. concl.*2. *de confeſſ. ſacram.&c.*

*Henriquez tamen in ſumma lib.*6 *de pœnit.c.*6 § 6. cēſet ſucceſſorem nō poſſe reuocare, niſi exiſtente cauſa, illaq; cognita, & probata, nominatimq; facta, itaut neq; generalis ſufficiens ſit reuocatio, & notat etiam *P.Alph.de Leone d q.*4. *nu.*31.

Pro corroboratione cuius opinionis refert Nouar. loc. cit. declarationem Sacrę Cōgreg. ſequentis tenoris.

Cum Sacræ Congregationi Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & regularium præpoſitorum innotuerit confeſſarios regulares grauiter conqueri, quod ab ab Archiep. Epiſcop.locorumvè Ordinarijs ab audiendis confeſſionibus, quauis de cauſa diſcriminatim ſuſpendantur, & propterea ſæpe contingere, vt ab eiſdem Archiepiſ.Epiſcop.& locorum Ordinarijs, omnibus ſimul vnius conuentus confeſſarijs cōfeſſiones audiendi facultas adimatur. Illuſtriſſimi Patres rati vix fieri poſſe, vt hæc ſine ſcādalo, magnaq. animarum pernicie contingant, re mature perpenſa ad omnem ſcandali materiam ſubmouendam, & quo magis ſpirituali piarum mentium conſolationi conſulatur, ſtatuunt, ac decernunt Archiepiſcopis, Epiſcopis alijsq; Ordinarijs locorum ad quos confeſſarios Regulares alias ab ipſis libere approbatos ab audiendis cōfeſſionibus ſuſpendere poſt hac minime licere niſi ex noua cauſa, eaq. ad confeſſiones ipſas pertinentes, aut ob non ſeruatum interdictum ab ipſis Ordinarijs poſitum. Statuunt inſuper eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorumq; Ordinarios confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul vnius conuentus regularibus confeſſarijs eadem ſa-

cra Congregatione inconsulta nullo pacto adimere posse. Quod quippe decretum vt ijdem Illustrissimi Patres opportunum, & necessarium duxerint, ita inuiolabiliter iubent obseruari. Romæ 20 Nouembris 1615. A. Mar. Episc. Host. Card. Gall. V. Theatin. Secr.

Est tamen obseruandum, quod Regulares ad confessiones secu-
66 larium audiendas, non solum possunt ab Episcopo, & Examinatoribus approbari generaliter, si idonei reperti fuerint, sed etiam si nō adeo idonei reperiuntur, si petierint se admitti arbitrio Ordinarij, relinquitur ipsos cum limitata facultate, prout magis expedire videbitur, probare, & admittere; hoc est, ad determinatum tempus, ad certum locum, & ad certum genus personarum. vt declarauit Sacra Congregatio, ita *Gutt. canon. quæst. lib. 1. c. 27 n. 18. Mirand. in d. manual. prælat. q. 45. ar. 10 concl. 1. & Suar d. disp. 28. sect. 7. dub. 6.*

Est quoque obseruandum, Religiosum approbatum in vna diœcesi, non censeri approbatum in alijs diœcesibus, vt tradunt *Siluest. confess. 1. §. 14. Eman. Sà eod verb. n. 5. & per Ioa. Crux de statu relig. li. 2. c. 6. dub. 5. & Bar à S Fau. l. 4. q. 75*

Et hodie ex cōstitutione S.D.N. D. Vrbani Papæ VIII. 12 *Septembris* 1628. sunt reuocata omnia priuilegia quibusuis Religiosis, Societatibus, &c. audiendi secularium confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione.

Item est obseruādum, quod Moniales, quibus virtute iubilei conceditur facultas eligendi ad libitum cōfessarium ab Ordinario approbatum, nō possent eligere confessarium simpliciter approbatum, non autem quoad Moniales, absque expressa Ordinarij licentia, cū sit prohibitus accessus ad Moniales, vt tenent *Suar. d. disp. 28. sect. 3. nu. 3. Rodriq. in summa p. 1. c. 60. num. 4. Barth. à S. Fausto in tract. de indulg. lib. 4. q. 78. P. Alph. de Leone de offic. confess. temp iubil. extraor. q. 2. nu. 25. & alij.* prout sic ēt fuit resolutū in facti contingentia in Curia Arch. Neap. vt testatur *D Ric. p. 4. dec. 326.* licet aliter sentiāt *Bonac. de sacr. disp. 5. q. 7. pun. 4. §. 1. nu. 22. & alij.*

Secundo modo, potest alicui cōmitti hæc iurisdictio, non vt p
67 se illa vtatur, sed vt eam alijs committat, licet hæc non videatur proprie delegatio iurisdictionis, cum delegatus sit ad exercēdam iurisdictionem, & sic eam habet Vicarius Episcopi, nondum sacerdos, qui eam exercere nō potest, cum

careat

careat sacerdotali charactere, sed tantum alijs Sacerdotibus delegare, ita *Suar.* 4. *to. disp.* 25. *sect.* 2. *nu.* 2.

Est tamen aduertendum, quod hæc iurisdictio valide non potest delegari suspensis à iuris-
68 dictione, vel excommunicatis vitandis, vt etiam dicemus nu. 81. prout, nec habens ordinariam, eam poterit validè exercere, vel delegare, si eodem impedimento fuerit detentus, vt dixi in *tract. de oblig. cler. p.* 3. *n.* 88. *& par.* 4. *nu.* 26 *& per Bonaci qui alios refert in tract. de censu. disp.* 2. *q.* 2 *pun.* 4. *n.* 3.

An autem possit eadem iurisdi-
69 ctio valide delegari alicui Sacerdoti irregulari.

Affirmat Suar. 5. *tom. d* 40. *sect.* 2. *nu.* 45 & dixi in tract. *de oblig. cler. par.* 6. *nu.* 14. cum non sit incapax talis iurisdictionis, neque sit aliquod ius, quod illam delegationem nullam, & irritã faciat; sed solum posset esse inualida, si per deceptionẽ obtineretur, vel per subreptionem, tanquam gratia subreptitie obtenta. quamuis ordinariam iurisdictionem de nouo non posset obtinere, cũ non possit ei valide conferri beneficium, officium, seu prælatura.

Habentem verò hãc iurisdictionem ordinariam, siue delegatam ante irregularitatem, existimat, illam non amittere absolutè, & simpliciter ipso facto per irregularitatem: sed non posse licitè illa vti per seipsum, absoluendo Sacramentaliter à peccatis, cum sit priuatus ordinis executione; & non potest, vti illa iurisdictione, quin ordine vtatur, & saltem grauiter peccaret, ex hoc capite, licèt probabilius censeat, validam esse talem absolutionem, quantum est, ex parte eius, idest si in pœnitente non inueniat obicem contrarium substantiæ Sacramenti; nam nihil deest ex parte ministri, quod sit de substantia, & valore talis absolutionis, ideo licet sit prohibita, erit valida; sicut est valida consecratio, & administratio cuiuscunque alterius Sacramenti, ita *Suar. loc cit.* Qui num. 46. probabilius idem dicendum esse censet de suspensione ab ordine, nam si præcisa sit, non impedit executionem iurisdictionis, sed ordinis tantum; & ideo neque hanc iurisdictionem tollit, sed solum concomitanter prohibet talem illius vsũ; quod non satis est ad irritandum actum. Idemque iudicat dicendum de interdicto personali Sacerdotis absoluentis, quia seclusa excõmunicatione, non videtur per se tollere iurisdictionem; nã talis inter-

D 2 dictus,

dictus, si sit ordinarius, potest suam iurisdictionem delegare, & alios actus iurisdictionis validè exercere, & nullum est ius quod tribuat hunc effectũ tali censurę secundum Suarez. loco cit. licet *Bonaci de sacram disp. 5. q. 7 punct. 4. §. 1. nu.* 8. simpliciter dicat iurisdictionem, tam ordinariam, quã delegatã impediri per superuenientem excommunicationem, vel suspensionem, vel per interdictum ab officio, vel iurisdictione, modo, qui huiusmodi censura detinetur vitãdus sit, in tantum, quod non poterit valide actus iurisdictionis, tam ordinariæ, quam delegatæ exercere, & consequenter neque absoluere extra mortis articulũ, nisi adsit communis error, & titulus coloratus, vt dicemus inferius num. 83.

Est quoque obseruandum, quod Parochus nõ potest suam iurisdictionem delegare pro suis ouibus, nisi alijs Parochis, vel
70 Sacerdotibus approbatis ab ordinario, iuxta dispositionem S.C. Trid. dicta *sess. 23. c. 17 de reform.* Vnde à fortiori, non poterit eam delegare alicui, qui dimiserit beneficium Parochiale, quia Concilium requirit, vt habeat beneficium; nec Parocho, qui fuerit insufficiens declaratus à suo Episcopo, ex defectu scientiæ, vel morum, & propterea cum
71 prohibuit, & dedit ei coadiutorem, (nam aliàs pro solo arbitrio Episcopus non posset priuare Parochum hac approbatione dum beneficium retinet, cum illam habeat à iure communi), quia non censetur expositus, nec idoneus, & licet nõ sit beneficio priuatus, est tamen iuste impeditus, Cõcil. autem debet intelligi de habente benefic. & vsum eius sine iusto impedimẽto. neque etiam Sacerdoti approbato
72 ad tempus, vel pro certis personis, quia eo tempore transacto, & præter illas persouas, non censetur approbatus ab ordinario, ita *Suar. 4 tom. disp. 28 sect. 4. nu. 12. & 20. & sect. 7. nu 3 Rodriq. tom. 1. c. 60. nu. 4. Ric. dec. 34. p. 4. & alij apud Bonaci. de sacram. disp. 5. q. 7. pun. 1. §. 1. nu. 24.*

Quibus autem Parochis, & Sa-
73 cerdotibus approbatis, possit hanc iurisdictionem delegare, dissentiunt doctores.

Nam Suar cit. disp. 28 sect. 4. n. 17. existimat, posse Parochum suã iurisdictionem delegare omnibus Parochis, etiam alterius diœcesis cum Conc. Trid. indefinite loquatur, sed non omnibus Sacerdotibus approbatis ab alio ordinario, quam ab ordinario loci, vbi erit exercẽ-

da

da hæc iurisdictio; Cur autem possit omnibus Parochis, non autem omnibus sacerdotibus approbatis iurisdictionē prædictam delegare, cum Concil. indefinitè loquatur de vtrisq; non reddit disparitatis rationem.

Guttierez verò lib. 1. *canon quæst. c.*27. *nu.* 21. *cui accedit Garcia p.*5.*c.*8.*nu.* 32 censet eam delegare posse Parochis tantum eiusdem diœcesis, vbi delegans habet beneficium Parachiale, nō autem alijs Parochis extra diœcesim, & sacerdotibus tm̄ approbatis ab Ordinario loci, vbi exerceri debet hæc iurisdictio, & pro roboratione huius opinionis referūt idem *Gutier. & Eman Rodriq. in expos. Bullæ* §. 5. *& Gar. cit. & n.*87. duas responsiones Sacræ Congreg. quarum prima est in hæc verba. *An obtinens Parochiale beneficium, vbique censendus sit idoneus absque*
74 *alia Episcopi approbatione, ita quod audire possit confessiones eorum, qui non habent priuilegium sed Parochorum consensum. Congregatio respondit non posse.* Secunda est in hæc verba: *Congregatio Concilij respondet, approbatum ab alio, quam à Valentino Episcopo in diœcesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario.* ita etiam docet *Vgolin. de offic. & potest. Epis. p.* 2. *c.*34 dicēs esto sacerdos ab alio alterius diœcesis Ordinario sit approbatus, si in alia diœcesi pœnitētiæ Sacramētum administrare velit, probatus etiam ab Ordinario esse debet, alioquin si contrarium diceremus, in vna diœcesi approbatus, in toto orbe terrarū probatus esset, quod absurdum esset, & idcirco nō dicendum, *l. nam absurdum ff. de bon lib.*

SEPTIMA DVBITATIO.

75 QVam sit durabilis hæc iurisdictio?

Dico, quod ordinaria durat, donec, quis retinet dignitatem, vel munus ecclesiasticum, cui est annexa ea iurisdictio; in tātum, quod nec morte concedentis expirat, cum sit gratia facta, excepta ea, quæ fuit cōcessa Vicario Episcopi, ex quo coheret iurisdictioni Episcopi tanquam accessoria, & extincta principali extinguitur, accessoria. ita *Sanch. lib.* 3. *de matrim. disp.* 39 *num.* 13. *Suar, disp.* 28. *sect.* 8. *& alij.*

Delegata vero iurisdictio, si fuerit concessa ad tempus præfi-
76 xum, pro illo tempore durabit, sed si fuerit concessa absq; temporis limitatione, durabit vsq; adeo non fuerit reuocata, *Suar. cit. Vasq. q.* 93. *art.* 3. *dub.* 5.

5. *nu.* 2. *Zerola in prax. de pœnit. c.* 16. *quæst.* 2. *Bonaci. de sacram disp.* 5. *q.* 7. *pun* 3. *nu.* 2. *& punct* 4. §. 1. *nu.* 7.

Quid autem dicendum sit, de cōcessa ad beneplacitum dignita-
77 tis, vel personæ concedentis.

Pro solutione dico, quod si fuerit concessa ad beneplacitum cōcedentis, eius morte extinguitur; Secus verò si ad beneplacitum dignitatis. ratio diuersitatis est, quia morte perit voluntas personæ, non autem dignitas, quæ eadem in successore reputatur.

Quod intelligendum est, si dignitas perpetua sit, & successorē habens, non autem si nō esset perpetua, vt est legatus Pontificis, & Vicarius Episcopi, quibus mortuis, vel cessantibus ab officio extinguitur eorum dignitas, vt etiā dicemus cap. seq. num. 136. & 150. ita *glo. in cap. si gratiosè de rescrip. in* 6. *Couar. lib* 3. *var. resol. c.* 15. *nu.* 4. *Sanch. lib* 3. *de matr. disp.* 27. *nu.* 8. *& disp.* 28. *nu.* 50 *Suar. de legib. lib* 8. *c.* 32. *nu.* 2. *& alij.* Quamuis si prædicti gratiam concederent simpliciter, absq; temporis limitatione, non expiraret per obitum, vel finito eorum officio, vt tradit Sanch. dicta disp 28. num. 84. & dicemus cap. seq. nu. 151.

An autem si talis iurisdictio, & facultas fuerit concessa pro vno anno ad beneplacitum; expiret, si intra annum concedens moriatur; sic etiam an elapso prædicto anno expiret, si cōcedens viuat; an vero duret, quoad vixerit concedens, vel vsquequò ab illo non reuocetur. Applicanda sunt, quæ dicemus in seq. cap. nu. 140.

Sed quid si hæc iurisdictio delega-
78 ta, fuerit reuocata, & ignoretur talis reuocatio.

Et dicendum est, non esse irrita, sed ad huc valere gesta per talem cōfessarium, quando adest communis error, & communiter ignoretur talis reuocatio, vt tradunt passim Doctores ex *l. Barbarius ff. de off. Prat.* quia dum concurrit communis error, & titulus à legitimo superiore collatus, eiusque extinctio est occulta, Ecclesia supplet iurisdictionē, ita *Less. lib* 2. *c.* 29. *dub.* 8. *Bonac. qui alios refert, de pœnit. disp.* 5. *q.* 5. *sect.* 2. *pun.* 3. *Suar.* 4. *tom. disp.* 26 *sect.* 2 *& alij.* Qui idem dicunt, quando adsunt, duæ opiniones probabiles de iurisdictione confessarij, quarū vna defendit Sacerdotem habere potestatem absoluendi, & illi opinioni adheret Sacerdos, cum militet eadem ratio.

Si vero talis iurisdictio absoluendi erat limitatè concessa per annum, ipso expleto, aliqui dicunt

cunt ad huc valere gesta per ipsum concurrente communi errore, vt per *Henriq.lib. 6.c. 6.* quamuis contrarium sentiat *Mascar. 1.tom.concl* 138. & alij quibus accedit *Bonaci.de matr. q.2.pun.*8.*nu.*29 ex eo, quia non videtur adesse sufficiens titulus, cum potius sit contra formam datam,

Sed vtrum cesset hæc iurisdictio
79 ordinaria, vel delegata, per delictum hæresis.

Thomas Sanch.in sum. to. 1. lib. 2. c.9 nu. 10. existimat, quod minime cessat, donec talis hæreticus nominatim denuncietur excommunicatus, prout dicemus de iurisdictione in foro externo, in cap.seq.num.86.& per *Bonaci.de legib disp. 3.q. 4. pun.vlt.§ 5.nu.*8.

Sed an duret hæc iurisdictio in delegato, si delegans post delegationem fuerit suspensus à
80 iurisdictione, vel excommunicatus vitandus,

Dico, hoc casu durare delegati iurisdictionem, in hoc foro cōscientiæ, nec esse suspensam, etiam re integra, prout est suspensa iurisdictio in foro externo, vt dicemus in cap. sequenti num. 118. cum sit gratia iam facta, vt dicemus in sequenti dubitatione; secus autē
81 esset dicendum de eadem iurisdictione delegata, postquam delegans fuerit prædictis censuris innodatus vitandus; cum tunc nulla sit huiusmodi delegatio. ita *Suar.4.tom. disp. 26. sect.3.nu.* 16. *& alij.*

Si vero habens hanc iurisdictionem ordinariam, vel delegatā, fuerit censuris innodatus vi-
82 tandus, non poterit, nec licitè, nec validè illam exercere, vt per Doctores communiter, quibus accedit *Bonaci. de sacram. disp. 5.q.7.pun.4. §.1.nu.* 8.& dictum est supra num. 68. vbi etiam de irregulari, suspenso ab ordine, & interdicto personaliter.

An autem absolutio à tali Confessario ordinario, vel delegato data, valeat.

Resp. valere, si in eo loco communi errore habebatur pro vero confessario, nec credebatur excommunicatus vitandus, nec penitens sciebat illum esse excommunicatum, quia hoc casu Ecclesia supplet iurisdictionem, ita *Sanch.lib 3 disp.22.nu* 46. *Regiral. lib. 1.nu.* 117.*Bonaci,*
83 *de matrim.q.2.pun* 8.*nu.*31.*& alij,* qui tamen existimant, pęnitentem nō esse validè absolutum, si sciebat prædictum confessarium esse vitandum, quamuis in eo loco haberetur pro legitimo Confessario, & non vitando, & hoc non defectu iurisdictionis, cum Sacerdos eo casu illam habeat per erro-

errorem commuem, cum titulo colorato; sed ratione participationis in diuinis cum excommunicato vitando; participans enim cum tali excommunicato in diuinis, p. m. nisi excusetur ratione necessitatis, vel alio iusto titulo, vt per eos.

Quid autē, si hæc iurisdictio fuerit delegata ad tempus, an eo
84 tempore transacto duret, re non integra; hoc est, an exerceri posit cū aliquo, qui ante quam tempus concessæ iurisdictionis expiraret, cepit cōfessionem, & aliqua iusta causa eam non compleuit.

Affirmat probabiliter *Petrus de Ledesma in sum sacram c.12. post quintam conclus. dub. 2. quem refert Sanch. in sum. 1. to. lib. 2. c 13. n. 15.* qa non cessat iurisdictio confessoris quoad confessiones ceptas, sicuti iurisdictio delegata in foro externo non cessat per mortem delegantis, re non integra, vt dicemus in sequenti cap. dub. 10. nu. 93. & 115. ita etiam nec iurisdictio fori interni.

Quid vero dicendum sit, de dispensationibus, quæ Confessori expediendæ committuntur in foro conscientię per sa-
85 cræ pœnitentiariæ rescriptū, vbi pænités semel literas præsentauit alicui confessario, An possit eo dimisso alterum eligere, si pronunciauerit dispensationem esse subreptitiam, & an idem confessarius possit dispensationem ipsi im re melius inspecta, mutata sētentia exequi. dicemus opportuniori occasione in seq. cap. num. 212.

OCTAVA DVBITATIO.

86 AN huiusmodi iurisdictio fori interni delegata expiret morte Episcopi, vel eius amotione concedentis.

Quidam eam expirare existimāt, & ducūtur ex eo, quia hæc potestas est delegata ad exercēdam iurisdictionem, & res est integra, quoad omnes eas psonas, quorum confessiones nō sunt ceptæ audiri; at potestas iurisdictionis delegata, perit morte concedentis re integra, vt dicemus cap. sequēti dub. 10. nu. 115 ergo. ita *Paludan. 4. 17. q. 4. ar vlt. concl. 7. n. 25. & D. Anton. 3. par. tit 17. c. 9.*

Sed quamuis hæc opinio probabilis sit, tamen probabilius est, eam iurisdictionem non expirare, siue concessa sit ab Episcopo, siue à quouis alio Ordinario potente eam concedere; nam omnia iura decidētia potestatem iurisdictionis delegatæ perire, morte delegantis, re integra, agunt de potestate cōtentiosa, qualis

lis non est hæc: illa enim non computatur inter gratias, sed inter literas iustitiæ, hæc autē inter gratias, quare eius duratio, non est metienda iuxta literarum iustitiæ naturam, quę gratiæ si factæ sunt, non expirant concedentis morte. & confirmatur, quia & si licētia audiendi confessiones, sit in pœnitentium fauorem, cōputatur merito inter gratias factas, quia, cum non concedatur respectu personæ determi
87 natæ, in peculiarē illius fauorem, ad ipsiusuè petitionem, reputatur potius gratia facta ipsismet sacerdotibus, vtpote, quæ in maximum eorum fauorem redundat, & statim, ac ipsis conceditur, est perfectè concessa à nulliusque executione depēdens, quæ gratiæ factæ definitio est: at gratia facta non expirat concedētis obitu, licet res sit integra, vt dicemus in cap. sequenti num. 136. Denique quia ita praxis ipsa testatur, quippe Episcopo mortuo, solent confessarij ab
88 ipso expositi audire cōfessiones, donec licētia, seu delegata iurisdictio à capitulo, aut à successore Episcopo reuocetur, ita *Henriq. lib. 6. de pęnit. c. 6. nu. 7. Graff. decis. aur. lib. 1. c. 13. nu. 49. Sayr. de cens. lib. 7. c. 14. nu. 7. Sanch. lib. 8. de matr. disp. 28. n. 72. Garc. p. 6. c. 2. nu. 320. Campanil. in diuers. rubr. 12. c. 13. n. 69. Domitius Chamerota de sacram. tract. 7. de confess. dub. 27. fol. 488. Barbos. de off. & pot. episc. p. 2. alleg. 25. nu. 21. & alij.*

Hinc fit, quod Religiosus, qui semel fuit generaliter approbatus, si recedat à diœcesi, in qua
89 fuit simpliciter approbatus, & postea iterum redeat, non tenetur nouam quærere approbationem, & licentiam, etiam si interim fuerit mutatus Episcopus in illa diœcesi, modo non fuerit reuocata, ex iusta causa, vt diximus nu. 64. ita *Beneuen. in prax. de sacram. pęni. c. 16. quæsit. 2. vers. 5. Barbos. cit. loc. Zerol. in prax. de sacram. pęni. c. 16. quæsit. 2. & alij apud Bonaci. de sacr. disp. 5. q. 7 pun. 4. §. 1. nu. 16*

An autem idem dicendum de Pa
90 rocho delegante alteri Parocho, vel sacerdoti approbato, iuxta relata num. 73.

Negat *Palud. dist. 17. q. 4. nu. 25.* Id autem affirmare non audet *Suar. 4. to. disp. 26. sect. 3. nu. 12* sed ait consulendam esse consuetudinem, quia videtur hoc pendere ex tacita, aut expressa Episcopi voluntate.

Sanch. vero li. 7. disp. 28. n. 7. in fi. existimat casu, quo Parochus
91 possit dare eam licentiam, nō expirare concedentis morte, quia est gratia facta, ac proin-

de eius naturam sequitur. Denique *Garc. cit. c. 2. nu. 325.* simpliciter ait, idem esse in iuris-
92 dictione à Parocho delegata ad audiẽdas confessiones suorum subditorum, ac delegata ab Episcopo, cum talis delegatio habeat rationẽ gratiæ.

NONA DVBITATIO.

AN hæc iurisdictio fori interni exerceri possit extra territorium erga subditos propriæ diæcesis; & sic an possit
93 Episcopus, vel Parochus, vel alter sacerdos absoluere extra diæcesim, in qua fuit approbatus.

In hac dubitatione communiter Doctores docent, posse Episcopum, aut Parochum absoluere suos subditos inuentos, vel secum ductos extra diæcesim. ratio est tum, quia, cum *in cap. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss.* fiat mentio sacerdotis, cui peccata confitenda sunt, non vero fiat mẽtio loci, sequitur, non esse determinatum locum, & territorium, in quo subditi possunt suo Episcopo, vel Parocho sua peccata confiteri. tum etiam, quia hæc iurisdictio, quæ absq; strepitu iudicij exercetur, potest extra territorium, & diæcesim exerceri, argum. *text. in cap. si. de off. deleg. ita Sanch. de matr. lib. 3. disp. 34. nu. 2. Suar. 4. to. disp. 25. sect. 1. nu. 17. de Graff. in pract. cas. reseru. lib. 1. c. 4. n. 57. ConincK. disp. 8. dub. 3. n. 22. Ledes. 2. p. q. 7. ar. 5. dub. 9. & alij communiter.*

Et aduertendum est, quod si Parochus, qui habet casus reser. audit suum subditum, in alieno episcopatu, casum habentem, ibi, reseruatum, sed non reseruatum in Episcopatu Parochi, posset eum absoluere, quia, cum hic Parochus, absoluat auctoritate sui Episcopi, subditum suum legitimè confitentem, & casus à suo Episcopo non sit reseruatus, validè absoluit. ita *Possaui. de off. curat. c. 7. nu. 49.* quem etiam refert, & sequitur *Barbos. p. 3. alleg. 52. nu. 16*

De alijs autem cõfessarijs habẽtibus hanc delegatam iurisdictionem, dissentiunt Doctores.

Aliqui enim putant, non posse extra diæcesim, in qua fuerunt approbati, exercere hanc iurisdictionem, & absoluere. vt tenent *Silue. verb. confessor 1. quæsit. 14. Zerol. de sacr. pœnit. in prax. c. 16. quæst. 3. cum plerisq; alijs relatis per Sanch. d. disp. 34*

Alij vero contrarium cẽsent, rationibus supra adductis, cum hæc iurisdictio sit super personam subditam, quæ iudicanda est

est absque strepitu iudicij, & ideo, qui eam habet, siue iurisdictionem ordinariã, siue delegatam, poterit erga suos subditos, ubicumque voluerit, illam exercere, & ius dicere. ita tenent *Ledes. d.q.7.ar.5.dub.9 Angles Flor.* 1.*par.q.3.de confess.ar.8.dub.4.fol.*195. *Victoria summa de confess.num.*151 *Sotus* 4.*dist.*18.*q.*4.*ar.*3.*Sanch. dict.l.*3.*disput.*34. *num.*2. *Bonacina de sacr.disp.*5.*q.*7. *pun.* 2.*nu.*10.*& de legib.disp.*1.*q.*3. *pun.*6.*nu.*9.*ConincK. cit.loco, Suar. d.tom.*4. *disp.*35. *sect.*1. *nu.*17.*& alij.*

Et est notandum, quod habẽtes
hanc iurisdictionem, sicut pos
94 sent intra territorium, in foro pænitentiæ, suos subditos absoluere ab excommunicatione minori, & à maiori lata in iure, & nõ reseruata, vel ab homine generaliter, & nõ reseruata satisfacta parte, vt tradunt *Sotus dist.*22.*q.*2.*ar.*3. & alij, & notat *Molf. in summa tract.*7.*c.*6.*nu.*60. nam ab excommunicatione lata ab homine contra particularẽ personam nõ absoluit, nisi excõmunicator, vel successor eius aut superior, qui non absoluit irrequisito excõmunicatore, si ex officio procedit, ac etiã parte citata, si ad eius instantiam fuerit lata, vt per *Abb. in cap. per tuas de sent. exco. Tol. lib.*1.*c.*17.*num.*9.*Vasq.dub.*20 *nu.*8.*Valen.*4.*to.d.*7.*q.*17.*pun.* 8.*Bonaci.de censur.disp.*1. *q.*3. *pun.*1.*nu.*5.*& alios.* ita etiam possent extra territorium, secundum *Eman. in bulla §.* 9. *num.* 54, *& alios.* Quamuis per superiorem posit, quis à censuris absolui, etiam extra diæcesim sine strepitu iudiciali in foro cõscientiæ, vt dicemus in sequenti cap. num. 58.
Sed vt aduertit *Garc. de benef.p.*5
*c.*8. *num.*132. stante decreto
*S.C.Trid.sess.*25.*c.*15. *de refor.*
95 isti delegati debent esse approbati in diæcesi, in qua audiunt huiusmodi cõfessiones, nec sufficit approbatio alterius Episcopi, etiam si ille sit episcopus confessoris, vel pænitentis, & ita etiam tenent *Io.Gutt.canon.quæst.lib.*1.*c.*27 *Vgol.de off.& pot.ep. p.*2.*c.*34. *Zerol.in prax.penit. c.*16. *q.*3. *& Sorb.in comp.mendic. verbo absol.pag.*62. & in hoc affert Garcia declarationem Sacræ Congreg. quam refert, & vidisse ait, *Man.Rodriq. in expl. bull.cruc.d.§.*9.*nu.*5. prout dictum est supra num. 74.

DECIMA DVBITATIO.

AN hæc iurisdictio exerceri
posit in propria diæcesi,
siue territorio erga alterius
96 subditos; & sic an habens hãc

iurisdictionem, siue ordinariam, siue delegatã, possit absoluere subditum alterius Prælati, iter agẽtem per eius territorium.

Dico, ex cõmuni doctrina, posse illum absoluere à casibus non reseruatis, & hoc ex tacita Prælatorum concessione, cõsuetudine introducta. ita *Sotus dist.18.q.4.a.2.ConincK. disp.8.dub.8.n.61. Bonaci.de sacr.disp.5.q.7.pun.2.n.5.Vasquez q.93.ar.1.dub.4. num.4. & alij.*

Hæc tamen sententia, limitatur à præfatis Doctoribus, modo,

97 extraneus iteragat bona fide, idest modo iter non faciat in fraudem legis, ea solũ de causa, vt possit alijs confiteri, & & euitare proprium Parochum.

Obseruandum autem est, quod sacerdos generaliter appro-

98 batus ad omnes audiendos in aliqua diæcesi, posset omnes illius diæcesis ad se cõcurrentes audire, etiam si ad ipsum accederent animo vitandi proprium Parochum, vt per *Bonaci.d.disp.5.q.7.pun.1.nu.7.*

Obseruandum quoque est, Sixtũ Quintum concessisse facultatem Religiosis audiendi con-

99 fessiones extraneorum, si ad ipsos confessarios accedant causa confessionis, modo religiosi sint approbati ab Episcopo loci, ipsi vero Religiosi nõ possunt ad aliam diæcesim proficisci, vt ibi confessiones audiãt, nisi speciali priuilegio gaudeant. *Suarez disp.28.sect.7.nu.11.Reginal.lib.1.nu.204. Rodr.quæst.regul.q.40.nu.62. & alij apud Bonacin. cit. loco num.8.* qui idem dicit de alijs confessarijs habẽtibus talem facultatem à sede Apostolica, vel à legitimo superiore.

Sed dubium est, an habens hanc iurisdictionem siue ordinariã,

100 siue delegatam, possit absoluere extraneos iteragentes, aut peregrinos à casibus reseruatis prælato ipsius pœnitentis.

Et in hoc dissentiunt Doctores. nam quidam negant, moti ex eo, quia licet per tacitam Prælatorum concessionem, consuetudine introducta, vt supra, generaliter censeatur cõcessa omnibus expositis hæc facultas absoluendi suos subditos in quacumque diæcesi, tamen in hac generali concessione non comprehenduntur casus reseruati, iuxta *tex.in c.2.de pœnit.& remiss.in 6. ita Sotus in 4.dist.18.q.2.ar.4. & Medin.lib.1.c.10.*

Alij vero probabilius censent, posse talem pœnitentẽ ibi cõfiteri, & absolui, quia hoc ipso, quod quis versatur in alieno Episcopatu, potest ibi mo-

re incolarum illius loci absolui, & ita intelligenda est consuetudo prædicta. vnde huiusmodi pœnitens poterit absolui à Prælato illius diæcesis, vel alio confessario, siue habeat facultatem absoluendi à reseruatis, siue non, dum peccata alteri Episcopo reseruata, ibi nō sint reseruata, cum iudicādus sit iuxta ritum diæcesis, in qua confitetur.

Si vero eadem peccata essent reseruata in eadem diæcesi, vbi confitetur, tunc non posset,
101 absolui, nisi ab eo, qui potestatem haberet à reseruatis absoluendi in eadem diæcesi. ita *Caiet. verb. absol. 2. Palud. dist. 17. q. 3. Reginal. lib. 8. n. 68. Anton. 3. p. tit. 17. c. 4. Suar. 4. to. disp. 30. sect. 1. nu. 4. Barbos. de off. & pot episc. p. 3. alleg. 52. nu. 15. Bonaci. de sacr. disp. 5. §. 2. num. 9. & D. Iac. de Graff. in pract. cas. reser. lib. 1. c. 4. reg. 15 nu. 57. pag. 23.* qui addit, quod si talis pœnitens fraudulenter
102 accesserit extra suam diæcesim, vt absolueretur à casibus suo Episcopo reseruatis, non esset absoluendus, vt dictum est num. 97. similiter si concurreret excōmunicatio, sicut in furtis, nam tūc pœnitens ad excommunicatorem esset remittendus ad absoluēdum in foro exteriori, quia præsumitur fraudulenter accessisse, *Silu. verb. confessor 1. nu. 6.* imo (inquit) etiam in foro exteriori. sic quoq; si peccatum esset notorium, quo casu remittitur aliquando causa satisfactionis, & scandali vitādi, & nō ratione absolutionis, vt *de Graff. loc. cit. notat.*

Sed quid si talis pœnitens haberet aliquos casus non reserua-
103 tos suo Episcopo, sed solum in diæcesi, in qua cōfitetur, an possit absolui à confessario non habente, ibidem, facultatem absoluendi à reseruatis.

Aliqui existimant, posse absolui, ex quo talis reseruatio non cōprehendit culpam talis pœnitentis, cum non sit subditus Episcopi reseruantis.

Contrarium tamen dicendum est, quia & si non sit subditus, tunc vt subditus iudicatur, & vt incola illius loci, & consequenter iuxta modum, & iurisdictionem ibi concessam. *ita Caet. Suar. Bonaci. Graffiis num. 56. & alij supra citati.*

Quid autem dicendum sit, si talis pœnitens alterius diœcesis es-
104 set aliqua cēsura innodatus, an possit illum absoluere.

Respondeo, quod posset illum absoluere ab excommunicatione minori, & à maiori lata in iure, & non reseruata Episcopo pœnitentis, vel ab homine lata, & non reseruata, satisfacta parte, iuxta notata in.

in præcedenti dubit.num.4.& *per D.Ricc.decis.Cur.Arch.p.j. dec.86.*nam ab excommunicatione reseruata,ille,cui est reseruata,absoluit, *cap.nuper de sent.excommun.* ratio est,quia eo ipso, quod superior nō reseruat absolutionem, cēsetur cuiquam confessario cōcedere facultatem absoluendi, teste communi consuetudine, ita *Nauar.c.27.nu.59.Vgolin. tab.1.c.18.Filiuc.c.9.quæsito 4. ConincK.disp.14.dub.16.num 230.Reginal.lib.9.num.12.Bonacin.de censur.disp.1.quest.3. puncto 1.Suar.disp.7.sect.3.& sect.4.& alij.*

105 De dispensatione ab irregularitatibus ex delictis occultis, & de absolutione ab alis casibus, iuxta dispositionem *S.C.Trid.sess.24.c.6. de refor.* oportuniori occasione dicemus infra cap.4.à num.151.& cap.6.num.108.

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. II.

De Priuilegio obtinendi,& exercendi iurisdictionem ecclesiasticam in foro exteriori.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio ecclesiastica fori externi, aut est ordinaria, aut delegata.*

3 *In quibus reperitur ordinaria, vel delegata.*

4 *Quid intersit habere ordinariam,vel delegatam.*

5 *Quæ requirantur in delegante, vt valide possit iurisdictionem delegare.*

6 *Item hæc iurisdictio alia contentiosa,& necessaria,alia voluntaria.*

7 *Quale discrimen sit inter eas, & quando exerceri possit extra territorium.*

8 *An delegata iurisdictio voluntaria exerceri possit extra territorium.*

9 *An possint conferri beneficia, & expediri dimissoriæ ad ordines ab episcopo existente extra suam diœcesim,aut cōferri ordines.*

10 *An parochus, vel alius de eius licētia valide assistat matrimonio extra parochiam.*

11 *Qui clerici sint capaces huius iu-*

per diligentem examinationem, per te adhibitis examinat. synod. &c. an possit subdelegari examen prædictum.

50 *Quibus possit hæc iurisdictio delegari.*

51 *An clerico irregulari.*

52 *Causæ a Sede Apostolica delegantur personis in dignitate constitutis.*

53 *Delegatus Apostolicus, an possit subdelegare personis non constitutis in dignitate.*

54 *An, & quando laico possit delegari causa criminalis clericorum.*

55 *An Episcopus, vel alius superior habens iurisdictionem fori externi, possit eam exercere, & censuras ferre, etiam dum existit extra territoriũ.*

58 *Episcopus impeditus, ne iurisdictionem exerceat in propria diœcesi, vel ab ea expulsus, an possit illam exercere erga suos subditos in aliena diœcesi.*

59 *Quando, & quomodo Prælatus possit absoluere subditos ab excommunicatione, dum existit extra suam diœcesim.*

60 *An delegatus Apostolicus possit procedere extra ciuitatẽ, in qua fuit deputatus.*

61 *An sufficiat tacitus consensus Ordinarij loci, & partium, vt possit procedere extra locum suæ deputationis.*

62 *An Episcopus, vel alius habẽs iurisdictionem fori externi, possit per statutum ligare censuris, suos subditos, in alieno territorio, existentes.*

63 *Et quid si superior intendat per statutum ligare sibi subditos, & extra diœcesim, existentes.*

64 *An clericus existens in aliena diœcesi, possit ligari censuris, si non resideat, aut ad Synodum non accedat.*

66 *Et quid de contrauenientibus statuto proprij Prælati, ne sub censura aliquid deferatur extra diœcesim.*

67 *An faciens contra censuram proprij Episcopi, in loco exẽpto, ligetur censura.*

68 *An Monasterium exemptum Religiosorum, intelligatur locus exemptus, in casu prædicto.*

69 *An ille, qui furatur extra propriam diœcesim, ligetur censura lata a proprio prælato.*

71 *Vulnerans in territorio, in quo est lata censura, an ligetur censura, si vulneratus moriatur extra territoriũ, in quo non est lata censura.*

72 *An Episcopus, vel alius superior possit per sententiam ligare suos subditos, in alieno territorio existentes.*

73 *Vtrum sacerdos celebrãdo extra diœcesim incurrat suspẽsionem latam a proprio Episcopo, contra celebrantes extra*

tra diœcesim.

74 *An possit Episcopus ferre censuram contra fures, qui in sua diœcesi furati sunt, nisi restituant, si se recipiant in aliam diœcesim.*

75 *Extraneus, an ligetur censuris a superiore loci vbi existit.*

Episcopus, an possit punire clericum suum, qui alibi deliquit.

80 *Subditus ratione delicti, an, & quando possit censuris ligari, si a diœcesi, in qua deliquit discessit.*

82 *Quam sit durabilis iurisdictio fori externi.*

83 *Ordinaria iurisdictio non expirat morte concedentis.*

84 *Et quid, si fuit concessa ad beneplacitum concedentis, & concedens moriatur re integra.*

85 *Iurisdictio ordinaria Vicarij expirat morte Episcopi.*

Vtrum, iudex possit impendere absolutionem censurarum, quas tulit contra eum, qui a se appellauit.

86 *An hæc iurisdictio expiret per delictum hæresis.*

87 *Delegata iurisdictio, pro quo tempore durat.*

88 *Quamdiu duret potestas delegata executoribus literarum Apostolicarum, quibus mandatur, vt inducant prouisũ in beneficij possessionem, & defendant inductum, facientes eũ admicti ad beneficiũ, sibiq; integre responderi de fructibus.*

89 *Quid si negentur fructus non ratione tituli, vel gratiæ, sed ex alio capite.*

91 *Si prouisus fuit plene inductus in possessionem, quanto tempore durabit potestas executoris, & effectum illius clausulæ, ad illum defendendum, si turbetur in possessione.*

92 *Impediens, vel tentans impedire executionem literarũ delegatorum sedis Apostolicæ, an possit excommunicari.*

93 *An iurisdictio, seu potestas delegata, tam ad literas iustitiæ, quam gratiæ exequẽdas, expiret morte, vel cessatione officij delegantis, & nu. 114*

94 *Quando res dicatur integra, & non integra.*

95 *An requiratur citatio, vel litis contestatio, vt res desinat esse integra.*

96 *Vtrum, sufficiat quilibet actus, vt est electio Notarij, & alia iudicij præparatoria, absque citatione.*

98 *An sufficiat actus æquiualens citationi.*

99 *An citatio debeat peruenire ad notitiam partis.*

101 *Si citatio sit irrita ex defectu alicuius requisiti, an sufficiat, vt res non dicatur integra.*

103 *Si citatio fuit circumducta, & pars absoluta a citationis instantia, an res dicatur integra.*

104 *An per solam præsentationem rescripti factam iudici, res desinat esse integra.*

105 *Per subdelegationem alteri factam a delegato, an res desinat esse integra.*

106 *Quando res desinat esse integra in rescriptis gratiæ, vt in commissionibus dispensandi, quæ non agitantur inter partes.*

107 *Si plures causæ, vel articuli in vno rescripto committantur, an eo ipso, quod in vna causa, vel articulo ceptum sit, censeatur, quoad cætera, res non integra, & proinde quoad omnia illa perpetuetur iurisdictio, vsq; ad n. 113.*

113 *Potestas delegata ad exequendas literas iustitiæ expirat, si re integra delegans moriatur; secus si non re integra.*

117 *Idemq; erit, finito officio delegantis.*

118 *Quid, si delegans fuit censuris innodatus.*

119 *Iurisdictio Vicarij Episcopi excommunicati est suspensa quoad negotia cepta, & non cepta, & quare.*

120 *Vicarius talis Episcopi remanet verus Vicarius, & habitualem retinet iurisdictionē.*

121 *Si ab alio delegetur aliqua causa dicto Vicario Episcopi, non dum absoluti, an procedere possit.*

122 *An suspensa Episcopi iurisdictione per cēsuras, possit eius Vicarius valide assistere matrimonio, vel alijs cōmittere.*

123 *Episcopus quando est suspensus a Pontificalibus, non prohibetur illi exercitium iurisdictionis, sed ab his, quę sunt alias permissa, vt Pontifici, & si contraueniret, an efficiatur irregularis.*

124 *Si mors delegantis ignoretur, an gesta tunc per delegatum, qui ante delegantis mortem nō ceperat vti iurisdictione sint irrita.*

125 *Quid de Vicario Episcopi in longinquis mortui.*

Vel si Vicarius reuocatus fuerit, & ignoretur.

126 *An talis reuocatio debeat intimari.*

127 *Si delegetur alicui potestas iurisdictionis, donec ipse delegans voluerit, vel non reuocauerit, an, & quando per obitum delegantis expiret.*

128 *Si primus Ordinarius delegans moriatur, re integra quoad delegatum, qui vti non incepit, non autem quoad subdelegatum, qui iam vti ceperat, an expiret iurisdictio subdelegati.*

129 *Et quid si moriatur primus delegans, re non integra, quoad*

ad delegatum, sed re integra, quoad subdelegatum.

130 *An expiret iurisdictio subdelegati, si superstite primo Ordinario delegante, moriatur delegatus, siue iurisdictione vti ceperit, siue nõ, re tñ integra, quoad subdelegatũ, ex quo iurisdictione vti nõcepit*

132 *Limitatur conclusio supra num. 115. quod delegata expirat obitu delegantis re integra, si iurisdictio sit accessoria gratiæ iam factæ.*

133 *Item, vt intelligatur, quando datur noua potestas ad actũ, per illam commissionem; secus si non datur noua potestas, sed excitatur antiqua.*

134 *Item, nisi ea potestas delegata commissa sit nomine dignitatis committentis.*

135 *An commissiones Ordinarijs concessæ ad dispensandũ censeantur a Põtifice factæ sub nomine propriæ dignitatis.*

136 *Potestas delegata ad exequendas literas gr̃æ, an, & quando expiret morte delegantis.*

137 *Quãdo dicatur gratia facta, vel facienda.*

139 *An gratia expiret morte concedentis, si est concessa ad eius beneplacitum, vel Sedis.*

140 *Vel si fuerit concessa gratia pro vno anno ab beneplacitum, si intra annum moriatur concedens.*

142 *Et an expiret elapso anno, si concedens viuat.*

144 *Vtrum expiret gratia per obitum concedentis, si fuerit cõcessa, donec reuocauero, vel aliter ordinauero, & dũ superstes fuit id non fecit.*

146 *Vel, si concedatur gratia, donec cõcedens aliquid fecerit, & id non fecit dum vixit.*

147 *An gratia ad beneplacitum expiret finito officio concedentis*

148 *Et quid si concedens fuerit excommunicatus, vel suspensus.*

149 *Vel si in futurum incidat.*

150 *An gratia concessa ad beneplacitum dignitatis expiret per obitum, vel cessationem ab officio concedentis, si eorũ dignitas non est perpetua.*

151 *Et quid si prædicti simpliciter, & absolute gratiam concedant, an expiret.*

152 *Et si fieret aliqua gratia ad beneplacitum personæ, & dignitatis, quæ est perpetua, an per obitum concedentis extinguatur.*

153 *An concessio dicatur ad beneplacitum personæ, vel dignitatis, si fuerit ad Episcopi beneplacitum.*

154 *Quando gratia est concessa absolute, si est gratia facta non expirat, si est gratia facienda, expirat re integra; secus re non integra.*

156 *Sed, quid si esset gratia facienda*

expresso utroque nomine.

181 *Item, aut realis est, aut personalis, talis commissio.*

182 *Quomodo cognoscatur, an commissio sit realis, vel personalis.*

184 *An commissio alicui facta, solo nomine dignitatis, aut solo nomine personæ, expresso, censeatur personalis, & proinde delegati morte extinguatur, vel realis, & ad successorem transeat.*

185 *Et quid, si res fuerit integra.*

186 *Vel, si commissio illa contineat iurisdictionem, aut nudum ministerium.*

187 *An commissio delegata Vicario, Episcopi expiret eius morte, vel transeat ad Vicarium successorem.*

188 *Et quid si fuerit facta Vicario Capituli sede vacante, vel aliorum Prælatorum.*

189 *Quid de commissione facta Canonico, an per eius obitũ transeat ad successorem in canonicatu.*

190 *An commissio facta alicui expresso nomine dignitatis, & personæ delegati, censeatur realis, vel personalis.*

192 *Quid si delegatus nõ obijt, sed officio, vel dignitate iam functus est, an extinguatur delegatio personalis, realis vero ad successorem transeat.*

193 *Et quid si res esset integra.*

195 *Vel delegatus sit officio, vel dignitate priuatus in pœnam alicuius delicti.*

196 *Aut delegatus prædictus deposita dignitate ad statum incompatibilem transiisset.*

197 *An commissiones dispensandi in matrimonij impedimẽtis, vel literæ in forma dignum, & in alijs, quæ solent committi Vicario Generali dicecesis, eo reuocato transeat ad successorem, vel ab ipsomet expediri possint.*

198 *Et quid, si idem Vicarius esset factus Episcopus eiusdem diœcesis.*

199 *Si Vicario Episcopi succedat Vicarius capituli, an possit eam dispensationem exequi, & cognoscere de quauis simili delegatione.*

201 *Si duo essent Vicarij generales Episcopi, & delegatio fiat simpliciter, cui ipsorum censeatur facta commissio.*

203 *Si præsẽtetur rescriptum uni ex pluribus delegatis eque principaliter, an possit alter delegatus adiri.*

204 *Et quid si fuerit infirmitate, vel alia causa impeditus, vel nolit procedere, vel lẽte procedit.*

205 *Et quid accedente consensu primi iudicis, & partium.*

206 *Si Vicarius Episcopi, uti delegatus, pronunciauerit, rescriptum esse subreptitium, an possit prædictam suam senten-*

sententiam retractare, si se deceptum inuenerit.

207 *Et quid si iure ordinario iudicauit, vel contra formam mandati iudicauit.*

209 *Vel si pronunciauit validam esse dispēsationem, & postea inueniat se deceptum, vel errasse.*

210 *Et quid de dispensationibus, quæ confessori expediendæ committuntur in foro conscientiæ, per rescriptum sacræ Pœnitentiariæ, an vno electo, possit pœnitens eo dimisso alterum eligere.*

211 *Vel, si vnus pronunciauit dispensationem esse subreptitiam, possit alium confessarium adire.*

212 *Vel eūdem confessarium, qui melius re inspecta, exequi possit eam dispensationem, mutata sententia.*

213 *Et quid si semel absoluit, aut commutauit votum, &c.*

214 *Quid dicendum, vbi Ordinarius, cui fuerunt directæ literæ in forma, dignū, infra triginta dies nō conferat beneficium impetrāti, sub prætextu, quod non sit idoneus, vel literæ sint subreptitiæ, & ita declarat; possit ne recurri ad secundum executorem, vigore bullæ exequutoriæ, quæ dicitur rigorosa, vt eū examinet, & constando eum esse idoneum, aut literas iustificatas, illi beneficium cōferat, vigore Bullæ prædictæ.*

217 *An Ordinarius primus executor possit demandare dictas literas in forma dignum executioni, & conferre lapso termino triginta dierum, postquam ei præsentatæ fuere, & sic re integra, moram purgare; an vero lapso termino statim in secundū executorem deuoluatur ista potestas, vt primus si velit non possit iā parere mandato, & procedere ad literarum executionem, etiam parte volente.*

218 *Sed data in veritate negligentia primi executoris, secundus, cui de ea non constat, si procedit, an valeat eius executio, & processus.*

SEcundum Clericorum Priuilegiū est obtinendi, & exercendi iurisdictionē ecclesiasticam, quæ ordinatur ad forū externum; hoc est ad gubernādum ecclesiam per iudicia, pœnas, præcepta, & alia necessaria ad regendam hominum Rempublicam.

Hęc autem iurisdictio ordinaria, aut delegata est.

Ordinaria est illa, quæ competit
1 ex proprio officio, & munere ec-

ecclesiastico.& hæc residet in Summo Pontifice super omnes fideles in rebus ad salutẽ animæ pertinentibus. Qualẽ, etiam, habent Episcopi, Archiepiscopi, & alij in ordine Hierarchico superiores habentes proprias diæceses respectu subditorum (nam si essent solum titulares non haberent hanc iurisdictionem.)

2 Præterea hac eadem iurisdictione fruitur legatus à latere Summi Pontificis, *cap.legatus de off.leg.in 6.* eamdem habet Vicarius generalis Episcopi, vt probat *Sanch.li.3.de matr. disput.29.& DD.cõiter in cap. licet.de off.Vicar. quidquid aliqui apud Aug.Barbos.de offic. & pot.epis.p.3.all.54.num.30.* aliter sentiant, quamuis ipsius iurisdictio cesset morte Episcopi, *cap.quoniam de off.deleg.* similiter hanc iurisdictionem habet Capitulum sede vacante; nam succedit in iurisdictionem Episcopi. *Pauin.de potest. Cap sede vacan.2.p.princ.q.10.* eamdem quoq; iurisdictionem habent alij, quibus ex officio, & statuto ecclesiæ cõpetit, vt sunt quidam Abbates, Archidiaconi, & Priores Ecclesiarũ habentes iurisdictionem in foro exteriori, vt per *Couarru. lib.3.var.resol.c.20.num.6. & Azo.3.p.lib.13.c.13.* item Prælati Religionum, vt Prouinciales, & Guardiani, *Suar.5.to.de cens.disp.2.sect.2.n.8.ex cap.cũ in ecclesiis, de maior. & obed.* Idem militat in Cardinalibus respectiue ad Ecclesias, in quibus iurisdictionem habent in foro exteriori, *Suar. disp.2. sect.2.n.9. Marti.Bonaci. in tract.de legib.disp.10.q.2.pu.1. n.3.& in tract.de censur. disp. 1.q.1.pun.1.& 2.nu.5. Filiuc. tract.12.c.1.quæsit.5.nu.11.& alij.*

Delegata iurisdictio est illa, quæ alicui competit, nõ ex officio
3 vel dignitate, sed ex cõcessione, vel cõmissione illius, q. potestatem habet ordinariam, vel delegandi, vt dicemus, num.17.

Quid autem intersit habere ordinariam, vel delegatam iuris-
4 dictionem.

Dico, multum interesse, & præcipue, quia habẽs delegatam, seu commissam, semper pendet à concedente, & cessat, si concedens moriatur, vel iurisdictionem amittat, si causa inchoata non sit, vt dicemus inferius, quæ dependentia nõ est in eo, qui habet ordinariã. sic etiam habens delegatam, non põt eam subdelegare, nisi specialiter hoc ei cõcedatur; vel nisi sit delegatus Principis, vel ad vniuersitatẽ causarum, vt dicemus n.30. habens vero ordinariam potest eam

eam alijs delegare,& committere,vt dicemus num.21

Vt autem delegans possit suam iurisdictionem delegare, vel
5 subdelegare, necesse est, vt eã potestatem habeat non ita impeditam, quin actum suum exercere valeat, saltem, vt factum teneat, ideo si ipse delegans fuerit censura excommunicationis, vel suspensionis innodatus, & denunciatus, vel publicus percussor clerici, iuxta *Extrauag. ad euitanda scandala*, non poterit valide eam alteri delegare; cum hæ censuræ impediant vsum spiritualis iurisdictionis, secus si non fuerit denunciatus, nec publicus clerici percussor, qa & si peccet vtendo, in tali statu, iurisdictione, tamen valida erit delegatio, vt etiam dictũ est in cap. præcedenti nu. 6.

Rursus, eadem iurisdictio, aut est contentiosa, & necessaria, quæ, scilicet, habet contradictorem, & exercetur inter cõ-
6 tendentes, ac inuitos, & reluctantes redditur, *l. inter stipulaniem §. 1. ff. de verb. obl.* aut est voluntaria, quæ exercetur in solos subditos volentes, sine causæ cognitione. *glo. in l. 2 ff. de off. procons. & per Maran. de ord. iudic. p. tit. an simplex, dist. 18. n. 1. & per Reuerẽdis. D. Ric. decis. Cur. Arch. Neap. p. 2. decis. 187.* licet quandoq; iurisdictio voluntaria assumat naturam contentiosæ, quando scilicet exerceri nequit, nisi cum causæ cognitione, vt est in manumissione exercenda per minorem, *Marian. Socc. in cap. licet ratione nu. 91. de foro comp. & Sanch. de matr. lib. 3. disp. 19. nu. 7.*

Discrimen inter has iurisdictiones illud est precipuum, quod contentiosa non potest extra
7 pprium territorium à iudice exerceri, sine licentia Iudicis illius territorij, ne ei iniuriam inferat, nec sine consensu litigantium, cum inuiti extra territorium trahi nõ possint, vt dicemus inferius in 5. dub. nu. 58. voluntaria vero iurisdictio, vbique exerceri potest, cum nullam causæ cognitionem requirat, nec iudicem, pro Tribunali, sedentem petat, *l. 2 ff. de off. procons. cap. nouit de off. deleg. & per Couar. l. 3. var. resol. c. 20. nu. 8. Sanch. cit. nu. 7. & alios apud D. Ricc. par. 3. dec. 7.*

Vtrum, vero supradicta delegata iurisdictio voluntaria exer-
8 ceri possit extra territorium.

Quidam negant, vt est videre apud *Sanch. d. li. 2. disp. 34. n. 1.* sed verius est posse, etiam delegatam, extra territorium exerceri, quia *tex. in d. l. 2. & cap. nouit*, indistinctè loquuntur

tur, voluntariam iurisdictionē extra territorium posse exerceri; nec vim faciunt quod iurisdictio exercentis ordinaria sit, sed quia nulla iniuria irrogatur iudici alieni territorij; cum absque strepitu, & figura iudicij exerceatur, quæ ratio militat, tam in iudice ordinario, quam delegato. vnde non tantum Episcopus, sed etiam Vicarius habens speciale mādatum posset conferre beneficium extra diæcesim, præter quam in Curia præsente Papa, quod est de stylo. ita *Gemin. in cap. vlt. de off. Vic. in 6. Couar. lib. 3. var. resol. c. 20. nu. 8. Iac. Sbort. de Vicar. Episc. q.* 9 102. *Sanch. d. lib. 3. disp.* 34. *n.* 2 *Garc. de benef.* 1. *to. p.* 5. *c* 8. *nu.* 126. *Rota dec.* 4. *de off. Vicar. in nouis, D. Ric. collect. decis. par.* 3. *dec.* 143. *& p.* 5. *dec.* 599. *& d. p.* 3. *decis. Cur. Arch. dec.* 7. *Boer. dec.* 30. *& alij.*

Et nō solum proprius Parochus, sed etiam sacerdos de illius licentia posset matrimonio va-10 lide assistere, extra Parochiā; nam hæc assistentia ad voluntariam iurisdictionem reducitur, licet non sit propriè actus iurisdictionis, vt *per Sanch. & alios per ipsum citatos.*

Et tam Episcopus, quam Vicarius habens facultatem possent concedere dimissorias in aliena diæcesi, *Vgol. de pot. epi. c.* 4. *§.* 14. *nu.* 4. *Card. Tusc. lit. I. concl.* 546. *August. Barbos. de off. & pot. epi. p.* 2. *alleg.* 6. *nu.* 16 *& Stephan. Grat. discept. foren. c.* 127. *num.* 6. *& D. Ricc. d. p.* 3. *dec.* 7. Quamuis nō posset Episcopus con ferre ordines, etiā proprijs subditis, extra territorium, absque consensu Ordinarij loci, propter exercitiū Pōtificalium, vt patet *ex S. C. Trid. c.* 5. *sess.* 6. *& per D. Ricc. post alios, p.* 2. *dec.* 187.

His præmissis, vt huius priuilegij vtiliora, & necessaria pateant, de nonnullis summatim & dilucide discutiendum est, & præcipue.

Qui clerici sint capaces huius iurisdictionis num. xj.

Quando conferatur, num. xv.

Qui possint eā delegare, vel subdelegare, num xxj.

Quibus possit delegari, nu. 50.

An habens hanc iurisdictionem possit eam exercere, & censuras ferre non solum dum existit in territorio; sed etiam extra territorium, nu. 56.

An possit ferre censuras per statutum contra subditos, in alieno territorio, existentes, num. 62

An per sententiam ligare, censuris, subditos extra territoriū existentes, num. 72.

An possit ligare censuris, extraneos; ita vt accedentes ad proprium territorium afficiantur

G cen-

PRIMA DVBITATIO.

11 QVI clerici sint capaces huius iurisdictionis.

Pro solutione Dico, omnes clericos, etiam primæ tonsuræ, esse huius iurisdictionis capaces, secundum ordinarium vsum ecclesiæ, & ex communi doctrina. rationē affert *Suar. 5.tom.de censur.disp.2. sect.3. num.x*. quia hæc iurisdictio p se, & natura sua non supponit characterem, cum ad forum contentiosum pertineat. Vnde id non est iure diuino necessarium, sed neque iure humano id statutum est, sed solū quod non sit laicus, vel quod sit clericus: at per primam tōsuram constituitur quis in clericorum ordine, vt probatur in *cap. cum contingat, de ætat. & qualit. ordin.* ergo illa sufficit ad hanc potestatem obtinendam.

An autem clericus coniugatus, vel vir religiosus, qui non sit
12 clericus, eius sit capax.

Negant communiter Doctores *in cap. sane 1. de cler. coniugat.* prout non posse cler. coniugatum cum vnica, & virgine, & si habitum, & tonsura n deferat. neque bigamum esse Vicarium Episcopi, tradunt *Sbroz. de off. Vic. q.31. n.5. Bertach. in repert. verb. cler. coniugatus, Bellect. disq. cler. tit. de fauore cler. reali §.3. nu.20. D. Carol. de Graff. de eff. cler. eff. 8 nu.6. & alij quos refert, & sequitur Augu. Barbos. de off. & pot. epis. p.3. alleg. 54. nu.6.* & licet de viro religioso, *glos. in cap. mulier 23. dist.* contrarium indicare videatur. Tamen eadem cōmunis opiniō, quā sequitur *Suar. d. disp.2. sect.3. num. xj.* hac potestate iurisdictionis incapacem esse existimat, vti consentaneum sacris canonibus.

Prædicta, autem, intelligenda sunt, vt præfati Doctor. aiunt cum *Nauar c.27. nu.6.* secundum legem ordinariam Ecclesiæ; nō vero de Summi Pontificis absoluta potestate, cum hoc statutum sit de iure positiuo, in quo potest idem Summus Pontifex dispensare, iuxta *glo. in cap. præter hoc §. verū verb. duci dist.32. & in c.1. ver. præcipimus dist.94. & in c.2. de iudi-*

iudicijs,verb.non præsumat.
Ex quo sequitur, quod laicus de potestate absoluta Sũmi Pon-
13 tificis posset esse capax huius iurisdictionis,eamq.exercere, vt docent *Silu. verb. excom.* 1. *nu.*6.*Nauar.conf.*73.*de senten. excom.& c.*27.*nu.*7.*Vgol.Tab.* 1.*de cens.c.*2.§.7.*num.*5. & alij communiter, quibus accedit *D.Carol. de Graff. de eff. cler. eff.*j.*nu.*30
14 Sed vtrum idem dicendum sit de fœmina.
Negat *Auila de censur.p.*j.*dub.*6. contrariũ vero tenet *Armilla ver.excom.num.*24,quod probabile esse dicit *Palud. in* 4. *dist.*19.*q.*2. *art.*j. *& sequitur Suar.d.sect.*3.*nu.*7. & ante eũ tenuerunt *Nauar.& Vgol.locis citatis, & refert Aug.Barbosa de off.& pot.epis.p.*1. *tit.*2 *glo.*17.*sub nu.*33

SECVNDA DVBITATIO.

15 QVando conferatur hæc iurisdictio fori externi.
Dico, duobus modis conferri, Primo,per collationem alicuius dignitatis,vel officij ecclesiastici, ꝑ quod aliquis Pastor, & Superior, reliqui eius subditi efficiuntur, vt Episcopatus, vel alterius muneris ecclesiastici habentis Episcopalem, vel quasi episcopalem iurisdictionem in aliquos, q̃a tunc simul traditur ordinaria iurisdictio in hoc foro exteriori circa subditos.
An autem possit ea iurisdictio exerceri ante captam corpo-
16 ralem possessionẽ Episcopatus,vel alterius muneris ecclesiastici.
Quidam affirmant,quando alius non est in possessione illius dignitatis,seu prælaturæ,*ex cap. nosti,cap.trãsmissam, cap.qualiter, & cap.nihil,de elect. & & cap.auaritiæ,eodem tit.in* 6. quæ iura solum videntur exigere confirmationem ad administrationem . ita tenent *Innoc.Hostiens. Io.And.Card. & Abb. in d.cap.transmissam, Selua de benef.*2.*p.q.*15.*Duare. de benef.l.*3.*c.*4.*Couar.l.*3.*var. resol.c.*16.*nu.*6.*Suar.*4.*to. de pœnit.disp.*55.*sect.*3. *nu.*18. *& alij communiter.*
Alij vero negant, & hi sunt *Archid.Lapus,& Anchar. in cap. eum qui,de præben.in* 6. *Imola in cap.transmissam, & Felin. cons.*40.*nu.*5.
*Garcia,tandem,to.*j. *de benef.p.*5. *c.*4 §.3.*nu.*250.*quem sequitur Molf. in summa p.*j *tract.*2.*c.* 17.*nu.*4.existimat,quod,attẽto iure communi, tenenda est prima opinio, communiter recepta: Hodie tamen *per extrauag.Bonif VIII* quæ incipit: Iniunctæ,de elect.Episcopi,& alij Prælati in Curia

promoti, etiam literis expeditis, non possunt conferre, nec administrare ante illarum ostensionem, & præsentationem, factam Capitulo, vt patet ex illis verbis. *Nullique eos absque dictarum literarum ostensionem recipiant, aut eis pareant, vel intendant, &c.* & ita tenuit *Rota in vna Burgen. canonicatus 3. Iunij 1583. coram D. Bubalo*, & ita consultos respondisse testantur *Gonz. ad reg. oct. cancell. glo. 15. §. 2. nu. 8 & Garc. num. 213* qui addit, quod iura supra allegata non excludunt ostensionem, & notificationem literarum faciẽdam Capitulo, cui aufertur administratio, quod tradunt etiam *Augu. Barbosa de off. & pot. epis. par. 3. alleg. 54 nu. 160. & Moneta de decimis, c. 9. nu. 219.*

Confertur secundo, per delegationem, seu commissionem habentis potestatem ordina-
17 riam, vel potestatem subdelegandi, quia tunc in eo, cui aliquid committitur, siue sit delegatio, confertur simul iurisdictio in eodem foro circa sibi commissum, & in eos, de quorum negotio, siue causa tractatur, iuxta *tex. in cap. præterea, de off. deleg. ibi, ex eo, quod causa.*

Est tamen notandum, quod hæc delegatio, siue cõmissio multipliciter fieri potest, vt notant *Sanch. de matr. l. 3. disp. 31 & Sbrot. de off. Vic. lib. 2. q. 91 & alij.*

Et Primo, ad vniuersitatem causarum, idest quando alicui cõ-
18 mittuntur causæ tali anno occurrentes, vel causæ à decem aureis infra, vel causæ talis oppidi, ita *Bar. in l. legatus nu. 4. ff. de off. procons.* similiter quãdo omnes causæ mutui talis loci alicui committuntur, secundum *Bal. in l. solet q. 4. ff. de iurisd. omn. iud.* & sic de similibus, quando alicui comittitur genus causarum sub vno nomine collectiuo, & si non sit generalissimum, sed sub alternum, quãuis sit restrictum, quoad tẽpus, vel quoad quantitatem, vel quoad locum, vel quando est vniuersalis respectu personarum; non tamen quoad causas, modis supra explicatis, vel quando delegatio est generalis, non tantum quoad causas, sed etiam, quoad personas, secundum *Bart cit. loco, & Sbort. cit. contra Bal. & Ias. in l. a Iudice C. de iudic.*

Secundo, delegatio fieri potest, quoad generalitatẽ causarum; specialis tamen, & coartata respectu personarum, idest, qñ
19 omnes causæ vertentes inter Caium, & Titium alicui committuntur, ita *Bald. & Salyc.*

in

in d.l.a iudice,& Alexa. in d.l. solet, Sanch.d.disp.31. nu.4. & alij communiter contra Bar. in d.l.legatus nu. 4.

Tertio, delegatio fieri potest, quoad certas causas, & inter certas personas, vel certarum
20 causarum numero limitato in tali oppido; vt si committantur alicui sex causæ talis loci, quia tunc commissio specialis erit, secundum *Bal.& Ang. in d.l.solet.*

TERTIA DVBITATIO.

21 QVI possint hanc iurisdictionem delegare, vel subdelegare.

Dico, quod nonnulli sunt, & Primo, habentes ordinariam iurisdictionem, possunt eã alijs delegare; quia iure proprio, & in se ipsis radicatam habent iurisdictionem. *l.more ff. de iurisd.omn.iud. l.cognitio §.cum propriam ff.de off.eius, cap.cum Episcopus de off.ord.in 6.& tradunt ibi Doctores.*

An autem delegatus inferioris Principis, qui non est ad vniuersitatem causarum, possit
22 subdelegare, quando Ordinarius delegans concessit illi potestatem subdelegandi.

Quidam negant posse subdelegare, vt videtur tenere, *glos.in cap.super quæstionum §.porro ver.transfert, de off.deleg. Card. in clement.* 1. *q.12. de offic. deleg. Bolognet.in l.1.nu.39.ff. de off.eius, & alij.* Quia quæ conceduntur lege specialiter, seu in priuilegium iudicibus ordinarijs, non possunt per eos transferri in alios, *l.1.ff. de off. eius*, sed potestas delegandi, specialiter conceditur Ordinariis, *l.more ff. de iurisd.omn. iud.* ergo non possunt hanc facultatem transferre in delegatum, concessa illi subdelegandi potestate.

Cõtrarium tamen alij existimãt, posse delegatum ab Ordinario subdelegare, quando Ordinarius delegans concessit illi subdelegandi potestatem. quia non videtur ipse delegatus subdelegare, sed Ordinarius delegans, iuxta *l.vnum ex familia §.si de falcidia ff.de leg. 2.l.item eorum §.si Decuriones ff quod cuiusq; vniuersitatis nomine, & c.1.§.1.de procu in 6.*

Nec obstat ratio contrariæ opinionis, & tex. nam ea, quæ spe
23 cialiter alicui conceduntur, nõ possunt in alium transferri, quando taliter cõceduntur maioribus, vt minoribus denegentur; at quilibet Ordinarius, quantumuis minimus potest delegare. ita *glos. in cap. is cui, verb. per alium, de offic.deleg.in 6. Bertach. in reper. lit.D.verb.delegatus, subdeleg. Marãta pract.4.par.d.1.principal.*

cipal. an iudicium sit ordinarium num. 63. Angelus verbo delegatus num. 6. Sanch. l. 3. de matr. disp. 31. num. 6. Vgolin. de censt. tab. 1. ca. 8. Sbrotius de off. Vicarij lib. 2. q. 66. num. 23. & alij communiter. Quamuis Garcia *de benef. p. 5. c. 8. num.* 162.
24 censeat præfatam communē sententiam procedere, quando ordinarius delegans, cum facultate subdelegandi, seu cū clausula per te, vel per alium, addat, ex nunc illi delegat, cui delegatus commiserit, vt per ipsum.

Sed vtrum substitutus à Vicario habente potestatem substi-
25 tuendi, possit eidem Vicario substituenti conferre beneficium.

Affirmant Corrarius de beneficijs 2. p. c. 8. num. 7. Garcia d. p. 5. c. 9. num. 135. Rebuff. in Praxi in forma Vicariatus nu. 77. Duaren. lib. 3. c. 7. Sbrotius de off. Vic. lib. 2. q. 92. & alij, quia cēsetur ab Epo substitutus, & iure Epi conferre, ad *l. item eorum §. si decuriones, & c. 1. §. 1. de procur. in 6.* quod ꝓcedere censet *Garcia cit. num.* 138. quando talis Vicarius haberet potestatem substituendi
26 cum clausula, quem nos cum eadē potestate substituimus, seu nomine Episcopi, quia tūc videtur ab Episcopo positus, & quod ab eo accipiat potestatem, ministerio Vicarij substituentis, & sola nominatio, seu electio personæ fit à Vicario substituente. *ita Sbrotius cit. num. 15. Rebuff. num. 77. Genuens. in praxi. Arch. Neap. c. 86. num. 13. Pauinus de offic. & potest. capituli sede vacan. 2. q. 10. num. 20. & alij.*

Non tamen posset Vicarius habens facultatē conferendi be-
27 neficia, ipsi Episcopo conferre beneficium, & si aliàs esset capax, cum vna eademq; persona censeatur, *Rebuff. cit. loco, & in reg. Cācell. verbo aut Vicarios perpetuos, in Princip. Sbrotius l. 2. q. 91. & 92. & alij, quibus accedit Garcia nu.* 143.

Qui hoc intelligit, quando Vi-
28 carius conferret, vt ordinarius, quia simul cum iurisdictione generali, & ordinaria potestate data est ei facultas conferendi; nam si Vicarius propter Episcopi impedimentum esset creatus Apostolica Auctoritate, tunc Episcopo poterit conferre, si alias esset capax, iuxta tradita per *Sbrotium dicta q. 91. num. 3.*

Huius occasione, quæritur, an Procurator constitutus à pa-
29 trono iurispatronatus, possit ipsum patronum præsentare, (cum certum sit, quod Clericus patronus nō potest seipsum præsentare, *c. per vestras de iure patron. & ibi glos.* verbo

bo præsētare, *vbi omnes Doct. quibus accedunt Campanil. & Parif loc.cit. D. Marcellus Megalius conf. 47. & alij.*)

In hoc quæsito. *Barbosa, qui alios refert par.3. alleg.72. num.87.* censet, quod talis Procurator non possit patronum præsentare, & quod neq; substitutus à tali Procuratore posset patronum, aut suum principalē Procuratorem præsentare, sed Prælatus, ad quem pertinet institutio, motu proprio poterit vocare clericum patronū, eiq; conferre beneficium vacans, in quo ipse clericus haberet ius patronatus, & sic tenebit collatio.

Nihilominus *D. Ric. in praxi fori eccl. rer. quotid. reso.179.* refert, quod in praxi obseruatur, vt patronus constituat procuratorem cū potestate præsentādi, & talis procurator virtute præfati mandati poterit clericum patronum ad eiusdem beneficium patronatus præsentare, *ex Lapo alleg.8. & alijs*, & ita fuisse in Rota decisum, & iuxta eam quotidie seruari testatur, *Caputaq. dec.138. p.2.* Quādo tamen adessēt alij cōpatroni, posset ab alijs cōpatronis præsentari, *Rol. conf.3. vol.1. & alij apud Ricc. loco cit. & Barbosa nu. 91.*

Secundo, subdelegare potest supremus Delegatus, qualis est Principis, vt habetur in *cap. fi. de off. deleg. & cap. cum causam*

30 *de appell.* talis enim Principis delegatus maior est quolibet Ordinario, quia Principis personam repræsentat, ad *tex. in cap. pastoralis de offic. ordin. & notat Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit.7. §.6. nu.11.*

An autem possit subdelegare cū

31 potestate subdelegandi.

Negant *glo. in cap. super quæstionum §. porro, verb. transfert, de offic. deleg. vbi Abb. & alij apud Sanch. lib.3. de matr. disput.31 nu.9.* cum in iure reperiatur ei concessa potestas subdelegandi, & nullibi, vt possit dare facultatem subdelegandi.

Contrarium tamen tenent *Fulgos. in l. more ff. de iurid. omn. iud. Ias. in d. l. a iudice nu.9. & Pyrr. Alph. in l.1. ff. de off. eius num.11.* qui existimat Principis delegatum iure proprio, non alieno beneficio, habere iurisdictionem, ppterea eius iurisdictionem potius esse cōparandam iurisdictioni iudicis ordinarij, quā iurisdictioni iudicis delegati ab Ordinario; nam qui mandatam suscepit iurisdictionem ab Ordinario Magistratu, nihil propriū habet, sed iurisdictionem eius exequitur, qui mandauit, *l. nostra §. qui mandatam, l. & si Prætor ff. de off. eius, & d. l. more.* Hinc sententia eius, cui man-

mandata est iurisdictio ab eo lata videtur, qui iurisdictionē mandauit, cum eius sit executus iurisdictionē, *d l.& si Prætor*, & propterea à sententia iudicis delegati ab Ordinario, non appellatur delegans, sed is, qui appellaretur, si iurisdictio non esset mandata, *l. 1. §. vlt. ff. si quis, & a quo*, sed à delegato Principis, ipse Princeps, qui delegauit, vel Præfectus prætorio prouocatur, *l. præcipimus §. huic C. de appell.*

Is igitur iure proprio habet iurisdictionem, non mandatam, alioquin ab eo, vt à Principis sententia, non appellaretur.

Tertio, delegatus ad vniuersitatem causarum potest subdele-
32 gare, sed non vniuersam suam delegationem, sed vnam, vel alteram causam, secundum *glo. in d. cap. cum causam, verbo delegatus, de appell. Abb. in cap. cum Bertoldus nu. 20. de sent. & re iudic. Maranta in pract. 4. p. d. 5. princ. an iudic. sit ord. nu. 27. Ias. in d. l. a iudice, Garc. p. 5. c. 1. num. 363. & Bonac. de legib. disp. 1. q. 3. pun. 8. §. 1. nu. 18.* non tamen poterit dare facultatem subdelegandi, vt p Doctores cōiter. cum in iure non reperiatur ei concessa.

Vnde Parochi delegati toti Parochiæ ab Episcopo, vt curam eius regant, vt quia pro-
33 prius Parochus non est sacerdos, vel quia ipse Episcopus est immediatus Parochus totius diœcesis; vel alterius parochiæ (vt est in multis locis) possunt alijs delegare vnam, vel alteram causam vti delegati ad vniuersitatem causarum, cum preficiantur ad omnes causas Parochialis officij in tota parochia, *glo. in clem. 1. verbo presbyteri, de priuileg. vbi Card. q. 19. Henr. lib. 6. de penit. c. 7. nu 2. & alij.*

Idemq; dicendum est de vicecurato à proprio Parocho, ob eius absentiam ad breue tempus, ita *Sanch. d. disp. 31. lib. 3. nu. 13. & Doctores per ipsum relati.*

Non tamen, possent prædicti Parochi delegati ad vniuersæ parochiæ curam, alteri delegare
35 omnem curam, dum absunt, etiam ad modicum tempus, nisi adesset consuetudo, vt dū ad breue tempus absunt, substituant aliquem ministraturū omnia sacramenta in parochia, quia Episcopus vicecuratos instituens, & conscius consuetudinis tacens, videtur tacitè dare facultatem ad eā substitutionem. & vbi extat dicta cōsuetudo posset sic institutus à vicecurato dare al-
36 teri licentiam assistendi matrimonio, aut ministrādi aliud sacramentum, quia est delegatus

tus ad vniuerſitatem cauſarum, & non cenſetur delegatus illius vicecurati; nam is non poterat ſic delegare, ſed eſt delegatus ipſius Ordinarii ſcientis, & patientis eam cõſuetudinem, ea enim, ſcientia, & patientia eſt tacita licentia, vt docet *Sanch. cit. Nauar. in cap. placuit nu. 71. de pœnit. diſt. 6. & Adrianus q. 5. de confeſſ. dub. 2.*

Si vero Parochus præſens aſſumeret Vicarium locantem
37 operas, vt ipſum adiuuet, hic Vicarius non poſſet delegare, quia non cenſetur illi vices ſuas plenas committere, ita Sanchez ibid.

Quarto, delegatum ad generalitatem cauſarum, poſſe vnam cauſam ſubdelegare. Quidam
38 affirmant. ſed contrarium alijs videtur verius; cum id nõ reperiatur ſibi conceſſum. ita *Ang. in l. ſolet nu. 1 ff. de iuriſd. omn. iud Saly. in d. l. a iudice nu. 4. C. de iudic. & Sanch. d. diſput. 31. nu. 4. in fi.*

Quod à fortiori procedit in delegato ad plures, vel vnam
39 cauſam. *Bonac. loco cit.*

Vnde ſacerdos delegatus ad aſſiſtendum alicui matrimonio
40 ex delegatione Epiſcopi, vel Parochi, non poteſt ſubdelegare, quia delegatus ad vnam cauſam non poteſt totam delegare, niſi ſit delegatus ſupremi Principis, vt per *Sanch. cit. num. 21*

An autem, delegatus inferioris Principis ad vnã cauſam, poſ-
41 ſit ſubdelegare aliquem articulum.

Reſp. poſſe ſubdelegare aliquem articulum, qui nudi miniſterij ſit; non autem articulum iuriſdictionis, qualis eſt examinatio teſtium. ita *Genuen. in praxi c. 85. n. 7. Sanch. n. 10. & Bonacin. de legib. d. diſp. 1. q. 3. pun. 8. §. 1. nu. 18.* Quamuis aliter ſit in delegationibus, & cõmiſſionibus Principis, qualis eſt Summus Pontifex, vt dicemus num. 46

Ex ſupradictis infertur Primo, q̃ Epiſcopus poteſt delegare ea
42 omnia, in quibus ius habet ea exercẽdi ex officio, vel dignitate, licet id contingat cauſa priuilegij conceſſi eidem dignitati. q̃a iuriſdictio ex principis priuilegio cõpetens non perſonæ, ſed perpetuo dignitati, vel officio, non eſt delegata, ſed ordinaria, & poteſtatis ordinariæ iura habet, & ſequitur, vt per *Bar. in l. ambitioſa n. 34. ff. de decre. ab ordin. facien. Couarr. lib. 3. var. reſol. c. 20. nu. 6. Silu. verb. delegatus nu. 4. Henriq. de matr. l. 12. c. 3. nu. 2. & alij apud Sanch. eodem tract. lib. 2. diſp. 40. n. 14. & 15.*

Hoc tamen limitant prædicti, quando res eſſet ardua, & magni

43 gni momenti, vt per aliũ nequeat expediri, qualis est potestas conferendi beneficia, quã soli Vicario generali delegare potest, secundum *glo. in cap.deliberatione, verb.cuicumque,de off.deleg.in 6. Sanch.nu.16.& alios apud Couar. d.c.20.nu.6.* & hoc casu sufficiet,vt sit in spiritualib.generalis, iuxta subiectam materiã collationis beneficiorum,quę est spiritualis, vt tenet *Garc. de benef.p.5.c.8.nu.122.*

Infertur secundo, Episcopũ posse alteri delegare facultatem 44 dispensandi in denunciationibus matrimonij, quia iure ordinario sibi competit, cum S.C.Tr.*sess.24.c.1.de matr.*hoc indefinite concedat omnibus Ordinarijs. *ita Silu. verb.delegatus,q.8.ConincK.de sacram. disp.27.nu.55.concl.3.Reginal. in prax.fori pęnit.lib.31. num. 235.Ludou.Lop. 1.p. instruct. 2.edit.c.284.*

Quod est verum, etiam de Vicario generali Episcopi, cum sit Ordinarius. ita *Sanch.d.lib.3. disp.7.nu.20.Bonacin.de matr. q.2.pun.6.nu.7. Gut.eod.tract. de matr.c.56.nu.13.Barbosa p.2.alleg.32.nu.37.& alij.*

Nec obstat,quod, Quidam contrarium asserẽtes,dicunt,hoc casu à S.C. Trid. esse electam industriam personæ,ideo non posse delegare, *ex cap.fin.§.is autem de off.deleg.&cap.is cui, eod.tit. in 6.* quia hoc fallit,qñ 45 similis delegatio fit personæ incognitæ, & indeterminatæ, vt Prælatis præsentibus,& futuris, prout hoc casu contingit, vt docent *Silu. verb, delegatus q.8. Menoch.de arbitr. lib.1.q.64.nu.17. Sanch.cit.loco,Greg.Lop.l.47.tit.18.p.3.& Nouar.concl.1.de dispens.*

Infertur tertio,quod ordinarius, cui à Sede Apostolica delegatur dispensatio in matrimonij impedimentis potest alte-46 ri receptionem testium, ac informationem committere; non tamen ipsam dispensationem per alium expedire. nam per illud rescriptum ei committitur iurisdictio veritatis precum examinandæ, ac nudũ ministeriũ exequendæ dispensationis à Summo Pontifice concessæ;At quoties committitur à Principe nudum ministerium vna cum aliqua iurisdictione, non potest nudum ministerium subdelegari, sed tantum illa iurisdictio, iuxta tradita per *Innoc. & Abb. in d.cap.fin.de off.deleg.ita Felin. in d. cap. fin. Meroch.cons.17. Gut de matr.c.125.n.20.Garc. par.6.c.2. num.105. Sanch.l.8. disp.27.n.43.& sequtur Bonac. de legib. disp.1.q.3.pun.8.§.1. nu.18.*qui ita vsu,& cõmmuni praxi receptum esse testatur.

Nec

Nec obstant illa verba, quæ in his rescriptis apponuntur: *Su-*
47 *per quo cõscientiam tuam oneramus. & discretioni tuæ, de qua in his specialem in domino fiduciam obtinemus, &c.* Ex quibus verbis videtur electa industria personæ. nam vt diximus, non censetur electa industria personæ, quando delegatio nõ fit personæ cognitæ, & determinatæ, sed dignitati, vt est in casu prædicto, & illa verba, *conscientiam tuam oneramus*, quando non diriguntur personæ nominatę, videtur posita in vim monitionis, & excitationis potius, quã in vim formæ delegationis. ita *Abb. in cap. fin. §. 1. de off. deleg. Nau. cons. 6 de off. deleg. Rota dec. 18. de conceff. praben. in nouis, Sanch. cit. Graff. dec. aur. lib. 1. c. 13. n. 13. & Reuerendis. D. Aloys. Ric. Epi. Vici Equen. in prax. var. resol. resol. 122.*

Infertur quarto, & denique, exequutores, maximè literarum
48 in forma dignum, posse alteri subdelegare, & committere vices suas, etiam, quoad examen, non obstante illa clausula: *Si per diligentem informationem eum ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus.* propter eãdem rationem, vt patet in *dec. 130. Rota diuers. p. 2.* & per *D. Ric. cit. loco, & in collectan. dec. 1047. p. 4. & sic tenuit Sacra Congreg. Concil. vt idem Ric. testatur.*

Si vero in commissione diceretur, *Conscientiæ tuæ committimus*, seu *secundũ conscientiam tuam*; tunc censetur electa industria personæ, & prohibetur subdelegatio, vt notant *Garcia cit. D. Ric. par. 5. collect. dec. 1689.* & patet *in d. decis. 130. Rotæ diuers. par. 2.*

Quod autem, prius dictum est, non solum procedet in beneficijs simplicibus, verum etiã
49 in parochialibus, in quarum literis dicitur: *Si per diligentem examinationem per te adhibitis Examinatoribus in diœcesana synodo deputatis*; poterit enim tũc Ordinarius, cui cõmissa est exequutio sub illa forma, committere, & subdelegare alteri examinationem faciendam, dummodo examen fiat cum Examinatoribus synodalibus. nam illa verba: *Per diligẽtem examinationem per te, &c.* non excludunt subdelegationem, sed ponuntur ad significandum examen faciendum esse, non solum per exequutorem, sed etiam cum Examinatoribus synodalibus. ita *Garcia d. c. 2. § 3. nu. 104. & D. Ric. d. resol. 122. nu. 3.* qui limitat non procedere, vbi essent dati ad prouidendum ecclesiæ, non expressa certa

persona, *vt in cap. is cui, de off. deleg. in 6. & in clem. vnica eod. tit. vbi Doct.*

Et quid si absolutio censurarum à Summo Pontifice delegata sit Ordinario, an possit ab eo subdelegari: Habes apud *D. Ricc. p.* 3. *dec.* 319. vbi fatetur, in quadam causa fuisse in Cur. Arch. Neap. conclusum, posse subdelegari, per *tex. in cap. quoniam §. cæterum de off. deleg.*

De cõiecturis tamen, ex quibus censetur electa industria personæ per delegationes Apostolicas, agit *D. Ric. p.* 1. *dec.* 88. *& par.* 2. *dec.* 269.

QVARTA DVBITATIO.

50 QVibus possit hæc iurisdictio in foro externo delegari.

Resp. posse delegari omnibus clericis, etiam primæ tonsuræ, ratione allata in prima dubit. nu. xj. Requiritur tñ, vt is, cui deleganda est, non sit censuris innodatus, vt licite, & validè eam obtinere, & exercere possit; vel saltem vt non sit vitandus, vt validè ei conferatur, vt dictum est in cap. præcedenti num. 68. & per *Bonaci. de cens. disp.* 2. *q.* 2. *pun.* 4. *nu.* 3.

An autem possit validè delegari alicui clerico irregulari talis
51 iurisdictio fori contentiosi.

Affirmat *Suar. de censur. disp.* 40. *sect.* 2. *nu.* 42. quia præcisè talis iurisdictio ordinatur ad actus, qui per se non requirunt ordinum exequutionẽ, & alioquin nullum est ius, quod irritet, vel directe prohibeat talem delegationem iurisdictionis, quæ sit ex commissione. & ex hoc infert per irregularitatẽ, non amitti hanc iurisdictionẽ delegatam ante irregularitatem, cum non sit ius, quod irregularem priuet ipso iure huiusmodi iurisdictione, nec eius vsum prohibeat in actibus nõ requirentibus ordinis potestatem; quamuis de nouo non possit recipere iurisdictionem ordinariam, quia validè non potest ei de nouo conferri beneficium, officium, seu prælatura, ex communi sententia. ita *Suar. cit. n.* 28. *&* 42. *& per D. Ricc. p.* 3. *dec.* 294.

Est tamen aduertendum, quod causæ à Sede Apostolica non
52 delegantur nisi personis in dignitate constitutis, iuxta dispos. *cap. statutũ de rescr. in* 6.

Ideo quæritur, quid in subdelegatione à delegato Apostolico,
53 an possit subdelegare personis nõ cõstitutis in dignitate.

Et in hoc dicẽdum est, quod subdelegare non potest, nisi canonicis, vel aliis in dignitate constitutis. quia eadem ratio viget in vtraque materia delegationis, & subdelegationis, pro-

propterea eadem debet esse iuris dispositio, ad *text. in l. in illud ff. ad leg. Aquil.* item quia subdelegatio dicitur, etiam delegatio, cum ab ea non distinguatur, secundum *Artam. cons. 22.* nisi quod illa est prima, hæc vero secunda delegatio nuncupatur; merito iura loquentia de legatione extenduntur ad subdelegationem, ita *Genuen. in prax. Neap. c. 85 n. 3. Reuerendiss. D. Ric. in prax. rer. quotid. resol. 420. & Garc. p. 6. c. 2. §. j. nu. 105.* Qui existimat, *tex. in cap. statutum,* non habere locum in meris exequutoribus gratiarum Apostolicarum, qui possunt subdelegare simplici clerico in dignitate nō constituto, nisi ex forma rescripti teneantur assumere partes iudicis, vt quã adest clausula vocatis vocandis, & ita quoque tenent *D. Ricc. & Genuen. loc. cit.*

Quæritur etiam, an laico possit delegari aliqua causa crimina-
54 lis clericorum.

Et breuiter concludendum est, minime posse delegari ab Episcopo, vel alio inferiori à Papa, *glo. & Doct. in c. 2. de iudic. verb. non præsumat, Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 70. Clar. §. fi. q. 41. nu. 5. Sbrot. de off. vic. lib. 2. q. 66. n. 20. Farin. tract. crim. q. 8. n. 4. & alij communiter, vt testatur Camil. de Curte in diuers. iur. feud. par. 2. c. 2. nu. 124. & Sbroz. cit. loco.* in tantum quod laicus neque posset de causis prædictis criminalibus ex delegatione Epi cognoscere, ēt si esset delegatus, simul cū clerico. neque ēt si esset clericus coniugatus, ut per *Clar. Decia. Sbrot. & Farinac. loc. cit.* Quamuis in talibus causis criminalibus posset Episcopus sibi assessorē laicū assumere, *vt per Abb. in cap. significasti de foro comp. & de Curte nu. 74.*

Limitatur tamen prædicta conclusio, per *D. Carol. de Grass. in tract. de eff. cler. eff. 1. num. 364.*
55 *& alios per ipsum relatos*, ubi pro delicto esset imponenda pęna mortis. uel si in partibus in quibus esset facienda delegatio, non adesset clericus sufficiens, & habilis, cui Episcopus posset tales causas delegare. uel in causis ciuilibus, & & temporalibus, præter potestatem imponēdi censuras, ut per eum. Qui etiam agit quãdo laicus procedit in causis criminalibus, & spiritualibus ex delegatione Summi Pontificis, ut in *eodem eff. 1. à num. 24.*

QVIN-

QVINTA DVBITATIO.

AN superior, seu habens hanc iurisdictionem fori externi possit eam exercere, & sic censuras ferre, non so-
56 lum dum existit in territorio, sed etiam extra territorium.

Pro solutione præmittendum est, ea, quæ fiunt extra propriũ territorium, esse in duplici differentia. alia enim pertinent ad iurisdictionem gratiosam, & voluntariam, quæ vt dictum est num, 7. non requirunt causæ cognitionem, seu processũ, seu strepitum iudicialem. alia pertinent ad iurisdictionem contentiosam, & hæc fiunt cum causę cognitione, & strepitu iudiciali.

Quando, ergo, ea, quæ fiunt extra proprium territorium requirunt iurisdictionem contentiosam, tunc exerceri non possunt extra proprium territorium, cum talis iurisdictio exerceri minime possit extra proprium territorium absque licentia ordinarij, *cap. fin. de constit. in 6.* Si vero non requirunt iurisdictionem contentiosam, tunc possunt extra territoriũ exerceri. *ita ConincK. disp. 13. dub. 5. num. 39. Nauar. c. 27. num. 6. Vgolin tab. 1. c. 27. §. primo num. 4. Manuale prælatorum q. 3. ar. 8. concl. 2. & alij.*

Ideo dicendum est, quod non posset Episcopus, seu alius superior extra propriam Diœcesim ferre censuram sedendo pro Tribunali, & cum causæ
57 cognitione; secus vero sine causæ cognitione, quia posset illam ferre, & sic posset ferre censuram per modum statuti, aut pro re manifesta, quæ non requirit causæ cognitionem; vel si eam requirit, facta est in proprio territorio. Sicut etiã posset eam ferre, dum habet licentiam ordinarij illius loci, *ita Sayr. lib. 1. c. 14. nu. 4. Gonsalez ad regul. 8. Cancell. glo. 63. num. 11. Barbosa de off. & pot. ep. par. 2. all. 6. num. 17. Bonacina de censur. disp. 1. pun. 11. num. 4. Auila 2. par. c. 3. disp. 2. dub. 1. Reginal. lib. 0. num. 155.*
58 *& alij.* Qui addunt, quando Episcopus impeditur, ne iurisdictionẽ exerceat in proprio territorio, vel esset expulsus à sua Diœcesi, posset illam exercere in aliena Diœcesi, erga suos subditos petita, licet non obtenta licentia, *iuxta tex. in clem. vnica de foro compet. Barbosa par. 3. all. 80. num. 10. & par. 1. tit. 1. c. 6. num. 19. & D. Riccius par. 4. decis. 277.*

Similiter dicendum est, quod nõ posset Prælatus absoluere extra suam Diœcesim ab excom
59 municatione in foro contentioso, cum strepitu iudiciali,

suum

suum subditum, quem excommunicauit in sua Dioecesi, nisi de consensu Praelati illius loci; secus in foro conscientiæ sine causæ cognitione, *Siluest. verbo absolutio num* 11. *Auila de cens. d. p.* 2. *c.* 7. *disp.* 1. *dub.* 12. *Bonacina cit. loco num.* 4. *& alij*.

Sed quid dicendum in delegato Apostolico, an possit proce-
60 dere extra Ciuitatem, in qua fuit deputatus.

Et in hoc dico, per *tex. in c. statutum, §. in nullo quoque, de rescrip. in* 6. quod non posset talis delegatus inuitis partibus procedere extra Ciuitatem, vel Dioecesim, in qua fuit deputatus; nam delegatio stricti iuris est, secundum *Bald. in c. vnico de mutuis petitionibus num.* 6. *Rota diuers. decis.* 8. *p.* 2. Nec in rescripto delegatorio locum habet extensio de loco, ad locum, vt probatur in *in c. Petro de offic. deleg.* Item quia delegatus non obtinet iurisdictionem, nisi in loco suæ deputationis, & consequenter extra illud procedere nequit, *ad tex. in l. extra territorium ff. de iurisd. omn. iud. c. vt animarum de const. in* 6. *Ita D. Ricc. in praxi rer. quot. resol.* 422. *& in decis. cur. arch. Neap. p.* 2. *decis.* 187. & delegatus censetur deputatus in certo loco, vbi dignitas ipsius iudicis est expressa in rescripto. vt si dicatur Episcopo Auersano, videtur committi Auersæ, nisi diceretur in rescripto Auersæ, vel alibi commoranti, vt *per Ricc. loco cit.*

An, autem, sufficiat tacitus consensus ordinarij illius loci, & partium, vt possit procedere
61 extra locum suæ deputationis.

Negat D Ricc. cit. resol. 122. *& in decis. cur. arch. Neap. p.* 4. *decis.* 54. *num.* 9. *ex Monald. cons.* 92. *num.* 3. *vol.* 1. *post Alban. cons.* 60. *num.* 6. in tantum, quod si citentur, & partes non contradicant, ad huc iudicium erit nullum, iuxta id quod voluit *glo. in d. §. in nullo*.

Vgolin. tamen, de cens. tab. 1. *c.* 7. *§.* 1. *num.* 5. *& Sanch. lib.* 3. *de matr. disp.* 19. *num.* 8. existimãt sufficere tacitum consensum partium, qui habetur, quando vtraque pars sciens esse territorium alienum, potensq; prohibere non prohibet; & quod Iudex censetur assentiri si sciens, & potens prohibere tacet, argum. *tex. in l. sæpe ff. de re iudicata*.

SEXTA DVBITATIO.

AN superior, seu habens hanc iurisdictionem fori externi, possit ferre censuras
62 per statutum contra subditos

in

in alieno territorio existentes. Et dicendum est, non posse; in tantum quod delinquens extra proprium territoriũ non incurret censuram latam in ꝓprio territorio, siue diœcesi ꝑ per modum statuti. Vnde ciuis Arianen. qui Neap nõ obseruat statutũ Episcopi Arianen. non incurrit censuram latam contra uiolantem statutum Episcopi. ita *communiter DD. apud Salas de legibus disp.14.sect.5.nu.6.& sequitur Em.Sa verb.lex nu.33. & constat ex cap 2. §. statuto Episcopi, de constitut. in sexto.* ratio est, quia extra territorium ius dicenti impunè non paretur, idest, nulla pœna imponitur, non obedienti superiori extra ipsius iurisdictionem; quando, scilicet, censura lata est per statutum, *l.fi. ff.de iurisd.omn.iud.* statutum, enim, per se, & directè absolute non fertur in personas, sed in diœcesim pertinentem ad ad iurisdictionem talis Prælati pro illius pace, & gubernatione. ita *Suar.de censur. disp.5. sect.4.nu.4.Regin.lib.9.n.146. Filiuc. tract.11.c.5.quæsit.9. Bonac.eod.tract.de censur.disp. 1.q.1.pun.xj.nu.6.& alij communiter.*

Et licet superior intẽdat per statutum ligare sibi subditos exi-
63 stentes extra proprium territorium, re vera non ligat; ad ligandum enim, seu obligandũ nõ sufficit intentio, sed requiritur iurisdictio; Superior aũt, non habet iurisdictionem obligãdi per statutum suos subditos in alieno territorio existentes, modo re vera existãt extra territorium, & simul et res, circa quã ipsi delinqnunt, sit extra territorium, vt per Doctores communiter, quibus accedit Bonacina loc. cit.

Hinc sequitur Primo, clericum vocatum à proprio Episcopo
64 ad synodum sub censura, posse ligari censura, quamuis tempore synodi sit extra diœcesim. Ratio est, quia delictum omissionis censetur ibi committi, vbi actus ꝑceptus exercendus erat, *l.qui non facit ff. de reg.iur.ita Suar.d.sect.4.nu. 8.Sayr.lib.1.c.7.nu.10. & alij.*

Item clericus existens extra diœcesim posset à proprio Epi-
65 scopo excommunicari, etiam per statutum, quando nõ residet; quamuis enim ipse sit extra diœcesim non residendo. quia consumat actum non residendi in diœcesi, & ibi censetur peccare, ita *Silu.excom.2. nu.8.Ang.excom.1.nu.10. Bonaci.Sayr.& Suar.cit.loc. qui num.xj.* idem dicit de contra-
66 uenientibus statuto proprij Prælati, ne sub cẽsura, vinum, vel quid simile deferatur extra

tra

tra diœcesim, quia peccatum in rigore consumatur in toto territorio diœcesis, licet quoad terminum extrinsecum consumetur in alia, quod notat etiam *D.Ric.p.1.dec.124.nu.5.*

Secundo sequitur, transgredientem statutum proprii Prælati
67 in Parochiis, siue aliis locis exemptis existentibus in diœcesi proprii prælati, minime incurrere censuram latam cōtra violantes statutum prælati. ita *Suar.de legib.lib.3.c.32 n.9.Filiu.tract.*xi.*c.5.quæsit.9. n.149.Vgol.tab.1.c.9.§.3.nu.3. & Reginal.lib.9.nu.154.* Ratio est, quia huiusmodi locus censetur extra iurisdictionem talis prælati, siue Episcopi, & perinde est, ac si existeret extra illius diœcesim, locus.n.exemptus est in diœcesi, sed non de diœcesi, vt post alios, notat *D.Ric.p.4.dec.277.nu.5.* Vnde dicitur esse in illius diœcesi tãtummodo materialiter quantum ad situm; sed non formaliter, cum nequaquam pertineat ad illius diœcesim, quoad iurisdictionem. ita *Auila de censur.par.2.c.3.disp.2. dub.5. Palud.in 4.dist.18.q.2.Barbos. p.3 alleg.80.nu.9.& Suar de cens.disp.5.sect.4.n.6.* Qui hoc admittit, dummodo locus exemptus sit plenè exemptus à iurisdictione episcopali; ita vt non possit Ordinarius in eo leges ferre obligantes incolas illius loci.

Non tamen intelligendum existimat per locũ exemptũ, Suar.
68 cit.loco, Monasterium exemptum Religiosorum, quod nõ nisi ratione talium personarũ exemptum vocatur; & ideo si subditus Episcopo, illius statuta intra illud Monasterium violaret, incurreret. cuius cõtrarium censet *Bonaci.de cens. d.disp.1.q.1.pun.*xi.*n.*8. eadem ratione superius allata, vt per eum.

Tertio sequitur, ciuem Arianen. qui mutato domicilio furatur extra diœcesim Arianen. nequaquam incurrere censuras
69 latas ab Episcopo Arianen. per modum statuti contra furantes, vel committentes in futurum aliud delictum, vt ex supradictis patet. Dixi in futurum; Quia si censura esset lata, non propter delictum respiciens futurum, sed propter actum præteritum patratum eo tempore, quo delinquens erat subditus Episcopo Ariani, delinquens adhuc ligatur censura, etiam si extra diœcesim Episcopi existat. v.g. Episcopus Ariani fert excommunicationem contra Seium sibi subditum, qui cõmisit furtum, nisi intra duos menses restituat; Seius ligatur excommunicatione, non restituendo in-

sano contra sacerdotes sibi subditos Missam faciētes extra diœcesim. Nam hæc censura fertur per modum sententiæ, quæ sequitur personam, vbicumque existat, secundum *Filiuc.tract.*xi.*c.*5. *quæsito* 10. *num.*153.*Suar.d.disp.*5.*sect.*5. *n.*16.*Bonac.de cens.disp.*1. *q.*1. *pun.*xi.*nu.*17.*& alij.* Quamuis aliter sentiant *Auila p.* 2. *c.*3. *d.*2.*dub.*5.*& ConincK.disp.*13 *dub.*7.*nu.*19.

Item sequitur, Archiepiscopum Salernitanum posse censuram ferre contra fures, qui Salerni surripuerint, nisi restituant, & eam censuram ligare non re-
74 stituentes, quamuis sese recipiant in aliam diœcesim; nam hæc censura fertur per modū sententiæ in personas subiectas, saltem ratione delicti, ita *Filiuc.Bonacin. & Suar. locis citatis.*

Vtrum vero Episcopus possit punire clericum subditum, extra suam diœcesim, delinquentem.

Et videbatur dicendum non posse, ex regula, quod vbi sunt cōmissa delicta, ibi debent puniri, *l.si cui ff.de accus.& per Bal. in l.*3.*ff.de adop.*

Nihilominus Cur. Arch. Neap. censuit, quod posset talem clericum punire, vt testatur *D. Ric.p.*1.*dec.*111. quam opinionem tenet *Couar.pract.quæst. c.*xi.*nu.*6. qui alios allegat, & secundum eādem opinionem iudicauit S.C.Neap. vt refert *D.de Franch.dec.*66.

OCTAVA DVBITATIO.

AN superior, seu habens hāc iurisdictionem fori externi possit censuris ligare extra-
75 neos; ita vt accedētes ad eius proprium territoriū, afficiantur censuris ab ipso impositis.

In hac dubit. *Suar.de cens.d.disp.* 5.*sect.*5.*nu.*8.*Vgol.tab.*1.*c.*2.*§.* 2.*Sayr.l.*1.*c.*7.*num.*22. *Filiuc. tract.*xi.*c.*5.*quæsit.*10.*in fin.& alij.* existimant, extraneum nō ligari censuris latis per modū sentētiæ in eo loco, in quo reperitur, quia sententia loquitur incōtinenti, & directe fertur in personas subditas, re, aut spe; idest eos, qui nunc sūt subditi, vel qui nascentur, vel eo transferent domicilium; sed ligari censuris latis per modum statuti, quia statutum, vel constitutio primo, & per se
76 datur pro ipso territorio, .s. vt in eo, tali ordine, ac modo homines operentur; quando autem huiusmodi statutū est, non tantum obligaret habentes domicilium in illo territorio, sed etiam peregrinantes, qui in illo versantur per aliquod tempus; nam pro illo
77 tempore tenentur se conformare legibus illius territorij,

quia ita expedit ad commune bonum, & pacem, vt traditur à Doctoribus in materia de legibus. præcipue per *Suar. de legib. lib. 3. c. 33. nu. 3.* atq; ita prima subiectio ad illud statutum non oritur ex delicto, sed præcise ex actuali existentia, & conuersatione in tali territorio, & ex obligatione quasi naturali, quæ inde nascitur, vt quilibet se conformet moribus eius regionis, in qua degit, pro eo tempore, quo ibi conuersatur, præsertim in his rebus, quæ publico ritu, vel statuto ad omnes spectant, & ad rectitudinem vitæ necessariæ existimantur, iuxta tradita per *D. Aug. in ep. 86. ad Casulanum.* supposito ergo hoc titulo subiectionis, qui contra

78 illud statutum agit, etiam si alioqui extraneus sit, re vera est inobediens, & contumax, quia per ipsum statutum sufficienter admonetur, sicut alij subditi, & ideo merito censuram incurrit tali statuto annexam, vt per Doct. cit.

Quamuis contrarium censeat *Bonaci. de cens. disp. 1. q. 1. pun. xi. n. 22.* extraneum, scilicet, nō

79 solum, non ligari censuris latis per sententiam, sed neque latis per statutum, nisi forte in eo loco decreuerit permanere maiori anni parte. Et mouetur ex eo, quia ad incurrendas censuras requiritur, vt delinquēs sit subditus superiori loci, in quo reperitur; extraneus autem, qui non decreuit manere maiori anni parte in aliquo loco, non est subditus superiori illius loci, vt tradit idem *Bonac. de legib. disp. 1. q. 1. pun. 6. nu. 29. quem etiam refert, & sequitur Antoninus Diana resol. moral. p. 1. tract. 9. resol. 2. & tract. x. resol. xv. fol. 256.*

Est tamen obseruandum, huius occasione. Quod extraneus ratione delicti commissi in aliqua diœcesi, posset ab Episco-

80 po eiusdem diœcesis censuris ligari, antequam discedat ab ea diœcesi seruatis seruandis in ferendis censuris, iuxta tradita per *Abbat. in cap. fin. de foro comp. Silu. verb. excom. 2. nu. x. & alios per text. in clem. pastoralis, de sent. & re iud.* quia ratione delicti quis puniri pōt à Prælato loci delicti commissi, dum manet in ipsius territorio. vel si fuerit præuentus citatione antequam discederet,

81 vel habeat, etiam ibi domicilium, & sic esset subditus rōne delicti, & domicilij, vt dictum est etiam nu. 69. nam istis casibus posset ratione delicti, seruatis seruandis, cēsuris ligari, licet alio profectus sit. ita *Silu. & Abb. cit. locis, & Suar. disp. 3. sect. 4. nu. 2.* & nota, q

quam-

quamuis deliquens ratione delicti efficiatur de foro illius iudicis, vbi deliquit, tamen non efficitur proprie subditus illius, *glo. in cap. nuper de sent. excom. & in clem.* 1. *de for. cōp. verb. domicilij forus, & per D. Ric. p.* 4. *dec.* 182. *nu.* 10.

Idemq. erit si ad requisitionem Prælati loci delicti citetur à Prælato loci, in quo degit, qa tunc respondere tenebitur,
82 alias censuris ligari posset à Prælato loci delicti, ex quo est iam constitutus in contumacia per dictam citationem, si non vult comparere. ita *Silu. cit. Armilla excom. nu.* 35. *glos. in d. clem. pastoralis, & Abb. in d. cap. fin.*

NONA DVBITATIO.

83 QVam sit durabilis hæc iurisdictio.

Dico primo, quod ordinaria durat donec quis retinet dignitatem, vel munus ecclesiasticum, cui ea iurisdictio annexa est, in tantum, quod, nec morte concedentis expirat, etiam re integra, iuxta tex. sic cōmuniter intellectum, *in l. & quia ff. de iuris. omn. iud. & tex. in c.* 2. *de off. deleg. in* 6. huius rationem reddit *Abb. in cap. relatum, nu.* 4. *de off. deleg.* Quia per concessionem ordinariæ iurisdictionis fit gratia, cui conceditur, vt pote, qui in dignitate constituitur, vt notatur in *clem.* 2. *de rescript.* sed gratia facta non expirat, & si re integra moriatur concedens, *cap. si cui nulla, de præb. in* 6. Item quia ordinaria iurisdictio radicatur in persona eius, cui conceditur. Vnde immediatè per concessionem inheret ossibus illius, & ideo non expirat per concedentis mortem.

Quod adeo verū est, vt licet ordinaria iurisdictio sit concessa ad beneplacitum concedentis
84 & hoc per mortem concedētis expiret, *cap. si gratiose, de rescrip. in* 6. illa tamen non expirabit, licet re integra cōcedens moriatur, & hoc ob fauorem, & vtilitatem publicā, quæ versatur in conseruanda ordinaria iurisdictione, *Bal. in l. meminisse ff. de offic. procons. Menoc. de arbitr. li.* 1. *q.* 69. *n.* 0. *Sanch. de matrim. lib.* 8. *disp.* 18. *nu.* 5. *& alij.*

Hoc tamen fallit in iurisdictione ordinaria Vicarij generalis Epī quæ perit morte Episcopi, cōcedentis, quia cohęret iurisdi-
85 ctioni Episcopi, tanquam accessoria, & extincta principali extinguitur accessoria, *cap. quoniam, de offic. deleg.* & notant Doctores communiter.

Vtrum vero per appellationem iudex amittat iurisdictionem; ita

ita vt non possit absoluere à censuris, quas tulit cõtra subditum, qui à se appellauit.

Et videbatur dicendum, non posse, ex quo Iudex postquam detulit appellationi, etiam friuolæ, abdicauit à se iurisdictioné, & nõ potest eam amplius reuocare, quia transfusa est ad iudicem ad quem, nec etiam de consensu, & voluntate partium, nisi per superiorem renunciatur, *cap. appellationibus, de appell. in 6.* licet aliter esset quando iudex appellationem non admisit, sed reiecit, vel eã admisit sì, & in quantum, vt p Doctores, quos refert, & sequitur *D. Ric. dec. 28. p. 4.*

Nihilominus, quod non amittat hanc iurisdictionem, ac possit subditum absoluere, tenent *Suar. de cens. disp. 7. sect. 2. n. 32 Filiuc. c. 9. quæsito 9. n. 306. & Bonaci. disp. 1. de cens. q. 3. pun. 1. n. 8.* quamuis talis Iudex habeat illã iurisdictionem quasi impeditam, ne possit impedire appellationem, & ligare censura; absoluendo enim à censuris latis non impedit appellationem, nec ligat censuris, sed potius illas aufert, & fouet quod pars intendit per appellationem.

86 An autem iurisdictio expiret per delictum hæresis.

Sanch. in summa tom. 1. lib. 2. c. 9. num. 10. dicit, quod hæretici illam nõ perdent, donec nominatim denuncientur excõmunicati, & quod *D. Th. 3. p. q. 82 ar. 9.* dixit, ab hæreticis, & excommunicatis non posse recipi Sacramenta, dicũt *Sanch. loc. cit. & Caiet.* ibi, fuisse verũ ante Conc. Const. non autem post illud, nisi quando denunciati sunt, aut notorij clericorum percussores, *Bonaci. de legib. disp. 3. q. 4. pun. vlt. §. 5. n. 8. & de cens. disp. 2. q. 5. pun. 2.*

Dico secundo, quod delegata iurisdictio durat pro tempore, 87 quo fuerit concessa. vel si fuerit concessa absque temporis limitatione, durabit donec delegans viuet, & commissionem non reuocauerit, *Vasq. q. 93. ar. 3. dub. 5. num. 2. Suar. disp. 28. sect. 8. Eman. Sa, verb. gratia, Bonaci. de sacr. disp. 5. q. 7. pun. 4. §. 1. nu. 7. & alij.*

Quando autem expiret morte, vel cessatione officij delegantis, dicemus in seq. dubit.

Sed quæres, quam diũ duret potestas delegata executorum literarum apostolicarum, qui-

88 bus mandatur, vt inducant prouisum in beneficij possessionem, & defendant inductũ, facientes eum admitti ad beneficium, sibiq. integre de fructibus responderi.

In hoc, *Garc. de benef. p. 6. c. 2. nu. 147.* asserere videtur, ꝙ quandiu non est facta executio durat

rat

rat iſta poteſtas, etiã pòſt annum à ſententia lata contra intruſum, ſeu cõtradictorem, cum ſit acceſſoria ad gratiam, argumen.*cap.ſi ſuper gratia, de off.deleg.in 6.*

Nec obſtaret *tex. in cap.quærenti, de off. deleg.* vbi delegatus Papæ non poteſt exequi ſuam
89 ſententiam, niſi vſque ad annum; quia vt aduertit *Garc. nu.*148. loquitur de delegato ad cauſam principaliter, & diuerſa eſt ratio in executore gratiæ, cuius poteſtas tãquam acceſſoria debet durare ſicut ipſa gratia, *ad regul.acceſſorium, in 6.*

Data vero poſſeſſione, nec eſt finitum eius officium, donec ha
90 beat fructus, *Car.in clem.ſi plures, de præb.& per Ric in praxi var.reſol.*299. nam alias gratia non eſt plene executa, maxime cum in dicta clauſula expreſſe habeatur. quod faciant de fructibus reſponderi. Quãuis ſi negentur fructus nõ ratione tituli, vel gratiæ, quæ impugnẽtur, ſed ex alio capite, & ratione; vt quia prædia, ex q. bus proueniunt, dicuntur non ſpectare ad beneficiũ, ſeu aliquæ decimæ dicuntur nõ pertinere ad illud, executor non ſe intromittet, quia eſt quæſtio, omnino ſeparata ab executione, *Card.cit.Garc.nu.*150 *& Ric.dec.*58.*par.*1.

Sed quid, ſi prouiſus ſemel fuit in poſſeſſionem plene indu-
91 ctus, quãto tempore durabit executoris poteſtas, & effectũ illius clauſulæ, ad illum defendendum, ſi turbetur in poſſeſſione.

Doctores communiter, ſecũdum *Felin.in cap. quærenti, de offic. deleg.* cenſent, quod illa poteſtas durat vſque ad annum à die poſſeſſionis, per *tex.in d.c. quærenti.*

Plerique alij dicunt, durare ad inſtar poteſtatis conſeruatoris, de qua in *cap.fin.de off. deleg. in 6.*

Sed *Abb.& Io.And.in d.cap.quærenti, quos etiam refert D.Ricc. in prax.var.reſol.reſ.*299. exiſtimant, quod ſi aliquandiu inductus in poſſeſſionẽ pacifice poſſedit, expirare delegati, aut exequutoris iuriſdictionem, non obſtantibus dictis clauſulis, & hoc etiam ſeruare Curiam affirmat, *St.phil.de liter. gra.tit.de vi,& effect. clauſ. §. ſignificatio clauſulæ inducentes nu.*3. ne præiudicetur ordinariæ poteſtati, argumen.*cap.ad hæc, de reſcrip. & per D. Ricc. cit.loco.*

An autem impediens, vel tentãs impedire exequutionem lite-
92 rarum delegatorũ Sedis Apoſtolicæ poſſit excommunicari. Habes apud *D.Ricc.par.*3. *dec.*303. *&* 320.

DE-

resid. cum ergo iura allata pro vltima sentētia petant, ad hoc citationē partis, ea debet esse cum effectu, quod contingit quando parti est intimata. ita *Card. in clem. 2. nu.* xi. *vt lite pend. & Alex. in d. l. more.*

Alij vero probabilius existimāt, sufficere vt à iudice sit prolatum citandi decretum, vt res desinat esse integra, & si citatio nōn sit intimata. & mouentur text. & ratione. *tex. in d. cap. gratum,* ibi, *proposito citationis edicto.* Ratione, quia citatio constat ex tribus par-
100 tibus, nempe, ex mandato de parte citanda, ex exequutione Nuntij, & ex relatione Nuntij asserētis se citasse; sed ex his tribus, prima pars est actus iurisdictionis; igitur ea sola sufficit, vt dicatur iudex cepisse vti iurisdictione Et cōfirmatur, quia ne res dicatur integra, solus actus iudicij pensandus est, qui per solum citādi mandatum perfectus est, q̄ sententia interloquutoria dicitur, iuxta *glo. in l. cum clericis, verb. sententiarum, C. de episc. & cler. ita glo. in clem. 2. verb. ad partem, Sanch. d. lib. 8. disp. 28. n. 13. & 94. Bonacin. de leg. disp. 1. q. 3. pun. 8. §. 1. nu. 22 & alij.*

Sed quid dicendum, si citatio illa irrita fuerit ex defectu alicuius
101 requisiti, an sufficiens sit, vt res non dicatur integra.

Resp. cum talis citatio nulla sit, nullum potest effectum operari, & perinde habenda erit, ac si facta non esset, secundum *glo. in cap. cum plures in fi. de off. dele. in 6. Abb. & Io. And. in d. cap. penul. Ias. in d. l. more, Sanch. n. 16. & Felin. in d. cap. gratum, de off. deleg.* vbi limitat
102 nisi post citationem sequuta sit spontanea comparitio citati, & perseuerantia in iudicio.

Ex quibus nonnulla deducuntur; & Primo, quod dicetur res in-
103 tegra, si fuit circunducta citatio, & pars absoluta à citationis instantia, eo quod pronūciatum sit, nullam fuisse citationem, ex *Bal. in d. l. more; licet Caccialup. ibid. nu. 46.* dicat cogitandum, an possit dici rem nō esse integram, cum per circūductionem citationis, magis videatur perpetuata iurisdictio, quo ad iudicem, nam circunducendo interloquutus est, quāuis citationis effectus, quoad partem cessauerit, & hoc probabile censet *Sanch. d. disp. 28. nu. 17.*

Secundo, deducitur, quid dicendum sit in ea quæstione, an per solam præsentationem rescripti factam iudici, desinat res esse integra; Nam *Host. in summ. tit. de off. deleg. §. quibus modis nu. 10. Silu. verb. delega-*

K tus

tus,q.6.nu. 8. *& plerique alij.*
104 id asserunt. Quia videtur iudex iam cepisse vti, efficiens, vt sibi præsentetur rescriptũ, illudq. acceptans. *Sanch.vero nu.*19. censet, id minime efficere, ex eo, quia acceptare rescriptum delegato præsentatum, non est incipere vti iurisdictione, sed præparare se ad vtendum, *l.quemadmodum ff.de inoff.test. cap.is qui, de procur. in* 6. vbi supponitur suscipere mandatum, non esse eo vti.

Tertio, deducitur. Per subdelegationem alteri factam à delegato, non desinere rem esse
105 integram. Quod probatur per *tex. in cap.penul. de off.deleg.in* 6. Item probatur ex eo, quia, licet subdelegare sit actus iurisdictionis, non est de actibus iudicij, sed fit absque causæ cognitione, & partibus absentibus. ideo dici nequit vere iudex in aliquo processisse, quod desiderat tex. *in d.c. penul.de off.deleg.in* 6. *ita docent Io.And in d.c.penul. Abb. in d.c.gratum, Feli.in d.c.relatum, Ias.Bar.& Soccin. in d.l. more.* Et quamuis aliqui asserant hoc casu non esse rem integram, eorum opinio procederet, si subdelegatio fieret ambabus partibus præsẽtibus, quia tunc is actus, citationi æquiualet, & proinde res non erit integra, vt tradunt, *Francus in d.c.penul.Soccin.in d.l.more n.*78. *& Sanch. d.lib.*8.*disp.*28.*nu.*18.

Quæres (huius occasione) quãdo res desinat esse integra in
106 rescriptis gratiæ, vt in commissionibus dispensandi, quæ non agitantur inter partes, & nulla est pars aduersa, quæ debeat citari.

Resp. hoc casu desinere rem esse integram, non per solam rescripti pręsentationem, vt patet ex dictis num. 104. sed per primum actum iudicialẽ, qui solet expediri post præsentationem rescripti, vt res deinceps non sit integra, atq; cum exigi; vt si iudex mandet fieri informationem veritatis pręcum, prout in simili tradunt *DD.apud Marant.de ord.iud.* 4.*p.dist.*9.*an sit super petitorio nu.*20.*& p.*6.*memb.*10. *iudicij de lit.contest.nu.*2.*& post alios, Bonaci de legib.disp.*1.*q.*3.*punc.* 8.*§.*1.*n.*22.

Sed quid si plures causæ, vel plures articuli in vno rescripto
107 committantur, an eo ipso, quod in vna causa, vel in vno articulo ceptum sit, cẽseatur, quoad cætera, res nõ integra, ac proinde, quoad omnia illa perpetuetur iurisdictio.

Resp. distinguendo, cum *Sanch. lib.*8.*de matr.disp.*28.*n.*21. & Primo, si causæ illæ sunt cõne-
108 xæ contra vnam, vel plures personas, citatione facta in vna

vna causa, & sic illa incepta, desinet rem esse integram, et quoad alias, argum. *tex. in l. fi. C. de duob. reis.*

Secundo, si actus inceptionis, vt citatio illa, esset cõmunis omnibus causis illius rescripti, li-
109 cet contra diuersas personas, nec sint connexæ, etiam censentur omnes inceptæ, & quo ad omnes perpetuari iurisdictionem; quod erit, si citatio illa communis simpliciter facta sit, nulla causa illius rescripti expressa. ita *Ant. Host. & Imol. in d. c. licet vndique, de off. deleg.*

Tertio, si causę non sunt inter se connexæ, & contra diuersas personas, tũc per citationem
110 particularem circa vnam causam illius rescripti, nõ desinit res esse integra, quo ad alias eiusdem rescripti causas, & hoc procedit retenta tertia opinione relata supra nu. 97. retenta vero secunda opinione, contrarium esset dicendũ, secundum *Abb. in cap. pastoralis, §. quoniam nu. 5. de rescrip.*

Quarto, si causæ illæ eiusdem rescripti non connexæ, sunt cõtra eamdem personam, cita-
111 tio illius personæ in vna causa expressa, non efficit, vt dicatur res non integra, quoad alias causas non inceptas, quia per talem citationem super vna causa videtur diuidisse suam iurisdictionem, & persona citata nõ tenetur respondere, nisi circa illam causam, ergo quoad alias causas res manet integra. ita *Innoc. in d. c. licet vndique, & ibi Ioa. And. & Card.* quamuis aliqui contrarium teneant.

Quinto, & tãdem si plures causę committantur per modum vnius, nec inter se sunt cõne-
112 xæ, vt esset delegatio alicui facta ad vniuersitatem causarum vnius loci, vel ad generalitatem causarum, tũc citatio in particulari causa efficit, vt res desinat esse integra, quoad omnes causas, sic commissas, & sic quoad eas perpetuatur iurisdictio; nam eo casu vnica censetur commissio facta, propterea, dũ iudex incepit ea vti in quauis causa; cẽsetur plene iam cepisse vti sua delegata iurisdictione; nec res esset integra, quoad omnes causas sibi cõmissas. Quod non est quando plures causæ commissæ, specialiter exprimuntur, quia tunc plures sũt commissiones, ex *l. scire debemus ff. de verb. oblig. ita Bar. in d l. more num. 14. Ias. num. 35. Dec. nu. 56. & alij*, quorum opinionem probabiliorem esse testatur *Sanch. num. 27.* licet contrariam satis probabilem, asserat.

Ex prędictis colligi etiã potest,

quid dicendum sit in dispensationibus, & alijs commissionibus non contentiosis. an
113 quando plures illæ alicui committuntur, vt potestas dispensandi cum pluribus personis nominatis in fauorem earum, censeatur res non integra, eo quod Commissarius, cum vna dispensare ceperit, quoad alias, cum quibus non cepit.

His positis. Pro solutione ꝓpositæ dubit. nu. 93. distinguēda est pōtas delegata ad exe-
114 quendas literas iustitiæ, vel literas grę, vel ad dispensandū in impedimentis matrimonij, prout sunt commissiones, quę fiunt Ordinario loci.

Quantum ad primum, si loquimur de potestate delegata ad exequendas literas iustitiæ,
115 tunc certum est, quod talis iurisdictio expirat, si re integra cōcedens moriatur, idest, antequam delegatus inceperit vti iurisdictione; secus si res non erat integra, vt expresse habetur *in d.c. gratum*, *cap. relatum*, *& cap. licet vndique, de offic. deleg. & in l. & quia ff. de iurisd. omn. iud.* & ea est ratio, quia eo casu non fit gratia, aut fauor, sed mandatū quodam de iustitia facienda. Mandatum aūt morte concedētis re integra expirat, *l. mādatum C. mand.* nec per actum delegationis transfertur efficaciter iurisdictio in delegatum, donec ea vti ceperit, iuxta *text. expressum in cap. quamuis, de off. deleg. in 6.* Quare cum iurisdictio re integra sit cum effectu penès delegantem, & per ipsius mortem extinguatur sua iurisdictio; extinguitur ēt iurisdictio delegata. Si vero re non integra moriatur delegans, nō extinguetur delegati iurisdictio, quia per iu-
116 risdictionis exercitium ante mortem delegātis est radicata iurisdictio in personam delegati, ita vt efficaciter in eum transierit, vt à contrario sensu colligitur ex dicto *cap. quāuis*. *ita Salas disp. 20. sect. 17. nu. 125. Suar. de legib. li. 8. c. 31 nu. 5. & alij apud Bonacin. eod. tract. disp. 1. q. 3. pu. 8. §. 1. n. 24.*

Quod autem dictum est de morte delegantis re integra, dicē-
117 dū est etiā finito officio delegantis re integra; cum militet eadem ratio. ita *glo. in d. c. licet vndique, de off. deleg.*

Est tamen obseruādum, hanc iurisdictionem non extingui, si
118 delegans fuerit censuris innodatus, & denunciatus, vel publicus percussor clerici, iuxta extrauag. ad euitanda. Sed secundum aliquos suspēdi, si res fuerit integra, donec delegans absoluatur; Quamuis alij aliter sentiant, cum nō

fit

sit idem Tribunal; secus si res non fuerit integra, quia neque suspenditur. & in hoc differt
119 Vicarius Episcopi prædictis censuris innodati, cuius iurisdictio tam, quoad negotia cepta, vel non cepta, est suspensa, donec Episcopus absoluatur. ratio differentiæ est, quia Episcopi, & Vicarij est vnum Tribunal, *c.1.de off.Vic.in 6.& ibi glo.verb.ipsius*; non sic aût delegãtis, & delegati. *ita Sayr. de cens.lib.1.c.6.nu.28. Sbroz. de off.Vicar.lib.3.q.17. & alij*, quos refert, & sequitur *Sanch. lib.3.disp.30.n.3.* & post eum *Bonaci.de cens.disp.2. q.2.pun. 5.num.12.* Quamuis autem Vicarij iurisdictio suspẽdatur
120 Episcopo censuris innodato, vt supra, adhuc remanet verus Vicarius, & habitualem retinet iurisdictionẽ, sicut & ipse Episcopus. Vnde fit, q̃d si ab alio delegetur aliqua causa dicto Vicario Episcopi excom
121 municati, non suspendatur huius causæ cognitio per excommunicationem Episcopi, cum ex vna parte verus Vicarius sit, & ex altera non dimanet à dicto Episcopo iurisdictio in ea causa, ita *Sbroz.nu. 10.& DD.cit.*

An autem suspensa Episcopi iurisdictione per excommuni
122 cationem, vel suspensionem, possit eius Vicarius valide interesse matrimonio, vel alijs id committere.

Et dicẽdum est vtrumque posse, quia neutrum est actus iurisdictionis, vt dictum est nu. 9. secus tamen si Episcopus excommunicatus, vel suspensus vitandus, Vicarium institueret, vel Parochus sic censuris innodatus, Vicecuratum, qui assisteret matrimonio, vel alteri committeret, quia nil valeret. cum talis institutio sit actus iurisdictionis, quæ à tali vitando non valet. *ita Sanch. lib.3.d.disp.30.nu.10. & Barbosa p.2.alleg.32.num.119.* & dictum est nu. 5.

Est tamen obseruandum huius occasione, quod quando Epispus, est solum à Pontificalibus suspensus, non prohibetur ei exercitium iurisdictionis Episcopalis; sicuti neque prohi
123 betur Missam priuatim sine mitra, & baculo celebrare, & alia facere, quæ ei ratione sacerdotalis officij competunt, sed prohibetur ab his, quæ sunt alias sibi, vt Põtifici permissa, & à dependentibus ab ea; velut ab ordinum celebratione, Basilicarum, seu virginũ consecratione, & similibus, *glo. in extrauag. suscepti regiminis, de elect. verb. pontificalibus. Auila de cens.p.3. disp. 2.dub.2.concl.10. Henriq.l.13. c.32.nu.2. D.Ric. in prax. rer. quot.*

*quot.resol.*440. *& p.*4.*dec.*30. & si sic suspensus celebraret in pontificalibus efficeretur irregularis, qa exerceret actû proprium ordinis episcopalis, secundum *Nauar.c.*27.*nu.*163 *Viuald.in candelab.tit.de susp. num.*146. & alios,quos refert *Ricc.d.dec.*30. Quamuis contrarium teneant *glo. in c.*1. *de off.deleg.in 6.verb.sacerdotale, Couarr.clemen. si furiosus* §.1. *vers.secũdum, Graff.decis.aur. lib.*4.*c.*25.*nu.*3.*& D.Ricc.p* 3. *dec.*235. ex eo quia pontificalia non sunt de substantia ordinis celebrationis, aut officij, cũ sine illis quodlibet officium fieri possit,vt tradit *Foller.in prax.crim. canon.c* 37. *nu.* 8. qui sic omnes fateri testatur.

Quid autem dicẽdum sit,si mors delegantis ignoretur,an gesta
124 tunc per delegatum,qui ante delegantis mortem non ceperat vti iurisdictione, sint irrita.

Resp.non esse irrita, sed valere gesta per talem delegatum, quando adest communis error, & probabilis ignorantia mortis delegantis, propter *l.Barbarius ff. de off. prætoris,* siue delegatus sciat mortem, siue ignoret, quia concurrit communis error, & titulus à legitimo superiore collatus, eiusq. extinctio est occulta, vt per *Sanch.lib.*2.*disp.*22.*nu.* 59.*& disp.*30.*nu.*4.*& Bonaci. de legib.disp.*10.*q.*2.*pun.*1.*n.*2.

Idemq. dicit *Sbroz. d.lib.*3.*de off.Vicar.q* 36.*nu.*9. de Vica-
125 rio Episcopi, Episcopo in longinquis mortuo. similiter dicendum est,si delegatus,vel vicarius reuocatus fuerit, & ignoretur reuocatio, vt per *Garc in tract.de benef.p.*5.*c.*8. *n.*174.

Quæ reuocatio tam delegato, quam vicario debet intimari,
126 vt cesset eorum iurisdictio, vel certiorari debent per ipsũ Episcopum, vel delegantem, aut per eorum epistolam, vel Procuratorem, vel Nuntium ad id destinatum, vt docent *Sbroz. & alij per ipsum relati, d.q.*36.*nu.*6. *Flam.Paris.de resign.q.*24.*num.*4. *& post eos Bonac.d n.*2.

An autem si delegetur alicui potestas iurisdictionis, quæ eam habeat conditionem, donec
127 ipse delegans voluerit, vel non reuocauerit; an per ipsius delegantis obitum, expiret.

Dico,cum *Couar.lib.*3.*var.resol. c.*15.*nu.*4. quod si mors contigerit re non integra, non expirat; tamen mortuo delegante re integra, tunc iurisdictionis delegatio extinguitur, non iure reuocationis, quæ minime per mortem euenit, sed

sed causa cessantis voluntatis, quæ quidem cessatio voluntatis morte delegantis contingens sufficiẽs est ad hoc, quod commissio iurisdictionis itidẽ cesset re integra, quod probat *tex.in cap. si delegatus, de offic. deleg.in 6.*

Sed quid si primus Ordinarius delegans moriatur, re integra, quoad delegatum, qui vti non
128 incepit, nõ autẽ, quoad subdelegatũ, qui iã vti ceperat, an expiret subdelegati iurisdictio

Et dicendum est nõ expirare, ex *tex. in cap. penul. de offic. deleg. in 6.* nam cum delegatus iurisdictione vti cepisset, radicata est iurisdictio in se ipso, & ideo eius duratio amplius non pendet à primo delegãte, vel subdelegante, ita docent ibi, *Domin. & Francus, & Præsid. de Franch. dec. 255.*

Idemque, ex prædictis dicendum est, si moriatur primus delegans, re non integra, quoad
129 delegatum, sed re integra, quoad subdelegatum. Quia ne expiret, satis est ipsũ met subdelegatum, vel delegatũ subdelegantem cepisse vti iurisdictione, ante primi Ordinarij delegantis mortem, vt per cit. Doct. in dicto *cap. penul. & per glo. ibi, verb. processum.*

An autem expiret iurisdictio subdelegati, si superstite primo ordinario delegante mo-
130 riatur delegatus, siue iurisdictione, vti cęperit, siue non; re tamen integra quò ad subdelegatum, ex quo iurisdictione, vti non cepit.

Diuersimodè in hoc scripserunt Doctores, quorum opiniones satis probabiles dicit *Sanch. de matr. lib. 8. disp. 28. num. 36.* ipse vero ex doctrina, quam in simili tradit *Bar. in l. 2. ff. de cur. bonis dando*, cum eodem Sanch. existimo, non expirare
131 potestatẽ subdelegati morte delegati re integra, quando delegatus subdelegauit ex speciali potestate sibi à delegante, ad huc superstite tradita. Quia ipse primus delegans, vti radix, censetur substituẽs; secus verò dicendum esse, si delegatus subdelegauit iure proprio in casu, quo potest de iure subdelegare; quia tunc non primus delegans, sed ipse delegatus cẽsetur substituere.

Illud autem, quod dictum est nu. 115. Delegatam iurisdictionẽ extingui obitu delegantis re integra. Limitatur Primo,
132 nisi iurisdictio delegata, sit accessoria gratiæ iam factæ: nam sicut non perit gratia facta morte concedentis re integra, sic nec ea potestas accessoria, sed sequitur naturam principalis gratiæ *c. si super gratia, de offic. deleg. in 6. & ibi, per Arch. Io. And. & Anchar.*

Se-

Secundo limitatur, vt intelligatur, quando datur noua potestas ad actum per illam com-
133 missionem, ita vt in exercitio actus gerat mandatarius vicem mandantis. Nam quando non datur noua potestas, sed excitatur antiqua, non expirat, vt contingit in præcepto, quod datur habenti alias potestatem; tunc enim, cum non detur noua potestas, sed excitetur ordinaria per commissionem *c. licet, & c. penultimo, de off. ordin.* non expirat morte mandantis re integra; quia cessat ratio allata nu. 115

Tertio limitatur, nisi ea potestas delegata commissa sit nomine dignitatis committentis; vt si
134 Papa dicat, Sedes Apostolica tibi committit, vel alijs verbis, quæ denotent delegationem non proficisci à persona, sed à dignitate committentis; nam tunc non expirabit delegatio morte delegantis re integra. Ratio est, quia dignitas nunquam perit, ideo nec eius iurisdictio. *dicto c. si gratios, de rescrip. in 6. & late per Sanch. dicta disp. 28. num. 44.*

An autem commissiones ordinarijs concessæ in forma communi ad dispensandum in impedimentis matrimonij, & in alijs rebus, censeantur à Pon-
135 tifice factæ sub nomine propriæ dignitatis.

Et has commissiones censeri nomine Pontificis, non autem nomine dignitatis, tradunt *Gutie. de matr. c. 125. Salas de legib. disp. 20. sect. 17. num. 124. Couar. pract. quæst. c. 11. nu. 2. Bonac. de legib. disp. 1. q. 3. pu. 1. nu. 15. & alij, vt per eos.*

Vtrum vero, & quando expirēt, dicemus inferius nu. 173.

Quātum ad secundum, si loquimur de potestate delegata ad exequendas literas gratiæ, di-
136 stinguēdi sunt plures casus. nam aut gratia est cōcessa ad beneplacitum concedentis, vel dignitatis, vel donec eam reuocauerit. Vel est concessa absolute. Item, vel gratia est
137 facta ei in cuius fauorem gratia datur, ac indepēdenter ab alio, cui facienda committitur. vel est facienda, quando scilicet, non est concessa abso-
138 lute ei, in cuius fauorem datur, sed dependenter ab alio, cui facienda committitur, & vim mandati habet; vt si in fauorem certæ personæ, cum quo est dispensandum cōmittatur alicui potestas dispensandi cum illo.

Primo casu, si gratia est concessa ad beneplacitum concedētis, tunc eius morte extingui-
139 tur, etiam re non integra; secus si est concessa ad beneplacitum Sedis, quia tūc est perpetua. Ratio diuersitatis est

quia

quia morte perit volũtas personæ, non autem dignitas, quę eadem in succeßore reputatur, & proinde idem erit de gratia ad illius beneplacitum concessa, *cap. si gratiose, de rescrip. in 6. & ibi etiam glo. verbo mortem, Couar. l. 3. var. c. 15 nu. 4. & alij apud Suar. de leg. li. 8. c. 32. nu. 2.*

Sed dubium est, an pereat gratia per mortem concedentis, si fuerit concessa pro vno anno
140 ad beneplacitum, si intra illum annum moriatur ipse concedens. item, & secundo. An gratia expiret elapso anno, etiam si concedens viuat; an vero duret, quoad vixerit concedens, vel vsquequo ab illo reuocetur.

Quoad primum dubium, existimant *Ant. Gabr. com. l. 8. tit. de præb. concl. 1. nu. 3. Henriq. l. 7. de indulg. c. 21. nu. 4. & Sanch. de matr. lib. 8. disp. 28. num. 51.* gratiam non extingui, etiam si concedens moriatur, donec
141 annus, seu tempus præfixũ finiatur, quia sensus cõceßionis est; concedo ad annum, & vlterius secundum meam voluntatem. Ex qua interpreta-
142 tione sequitur responsio ad secundum dubium, nimirum, in eo casu, gratiam non expirare elapso anno, & non mortuo concedente, donec reuocet. Patet, quia sensus conceßionis fuit, vt daretũr per annum, & deinceps dum duraret voluntas. Quamuis *Suar. de legib d. lib. 8. c. 32. nu. 11.* existimet sensum illorum verbo-
143 rum esse, concedo per annum, & in illo, ac intra illum ad beneplacitum meum, vt latè per ipsum.

Redeundo nunc ad primum casum propositum nu. 136. Dico, quod non expirabit gratia per mortem concedentis si
144 fuerit concessa, v. g. donec reuocauero, vel aliter ordinauero, & dum superstes fuit id non fecit. Quia prædicta verba important actum positiuũ nouæ voluntatis aliter disponentis, vel gratiã reuocantis,
145 qui actus si in vita habitus non sit, cum post mortem haberi nequeat, durabit gratia in perpetuum, donec ab alio succeßore reuocetur. ita *Cou. d. li. 3. var. res. c. 15. n. 3. Menoc. de arb. l. 1. q. 69. nu. 2. Eman. Sa verb. gratia nu. 7. Suar. d. c. 32 nu. 6. & per Bonaci. de sacram. disp. 5. q. 7. pun. 3. nu. 3. & de leg. b. disp. 1. q. 3. pu. 8. §. 1. n. 19.*

Idemq; erit si concedatur gratia, donec concedens aliquid fe-
146 cerit, v. g. si fuerit ingressus Neapolim, quia si id non fecit dum vixit, morte non extinguetur gratia, sed manebit ꝑpetua, cum post mortem nequeat illud amplius efficere;

ita *Io.And.& Ancbar.in d.c.si gratiose, quibus accedit Sanch. d.disp.28. nu.53.*

Et hoc quod dictum est morte concedentis expirare gratiam factam ad ipsius concedentis
147 beneplacitum, procedit etiã finito officio concedentis cuius ratione potuit concedere. nam prædicta verba debent intelligi, donec velit concedẽs permanens in officio, quia officium causa erat reseruandæ sibi voluntatis. Igitur officio finito, finitur volũtas, argum. *tex.in l.non solum § fin.ff.de nou.oper.nunc. & per Sanch. cit.nu.56.*

Sed non expiraret similis gratia ad concedentis voluntatem illo excommunicato, vel suspenso, iuxta *extrauag. ad euitanda.* Quia licet pro tunc ne-
148 queat officio fungi, durat quoque eius voluntas, vt per *Sanch.nu.57.* Neque talis voluntas expiraret per conce-
149 dentis furorem, secundum *Couar.d.c.15.n.4.ex cap.maiores §.fi.de baptis.& l.si is, qui in animo ff.de acq.poss.*

Est tamen obseruãdum, id quod dictum est supra nu.139. gratiã ad beneplacitũ dignitatis non expirare morte concedentis,
150 est intelligendum, quãdo dignitas perpetua est, ac successorem habens; secus vero si non sit perpetua, nec successorem habeat; prout est legatus Pontificis, & Vicarius Episcopi, quibus mortuis, vel cessantibus eorum officiis, extinguitur eorum dignitas, vt per *Felin.in cap.ex literis, de const. & Sanch.d.l.8.disp.27.num.8.*

Si vero prædicti legatus Pontificis, vel Vicarius Episcopi simpliciter, & absolute gratiam aliquam concederent, non ex-
151 piraret per mortem, vel finito officio. quia sunt gratiæ factæ absque temporis limitatione. ita *Suar.de legib. lib.8. cap.31. Bonaci. eod.tract.disp.1.q.3.pun.8.§.1.n.19. & alij.*

Sed quid dicendum, si gratia fieret ad beneplacitum personę,
152 & dignitatis, quæ est perpetua.

Quidam existimant, talem gratiam non perire, si præcedat nomen dignitatis, vt ad beneplacitum Sedis, & nostrum; secus si præcedat nomen personæ, vt ad beneplacitum nostrum, & Sedis. sic tenet *Imol. in d.c.si gratiose, de rescr.in 6.*

Alij vero censent, præponderare dignitatem, & sic nõ extingui obitu cõcedentis, ita *Io.And. in d.c.si gratiose.*

Et quãuis prædictorum opiniones sint probabiles. Plerique alij tamen, quibus accedit *Sanch.d.l.8.disp.28.nu.60.* distinctione vtuntur. Aut, enim, exprimitur, vtrumq. nomen al-

ter-

ternatiue, vt ad beneplacitum nostrũ, vel Sedis, & tunc morte concedentis concessio expirat, cum in alternatiuis sufficiat alteram partem impleri, *regula in alternatiuis, de regul.iur in 6.* aut copulatiue, vt ad beneplacitum nostrum, & Sedis, & tunc si expressio fit in materia, quæ in successorẽ transire consueuit, vt in officijs, quæ non expirant morte Pontificis, & tunc non expirat, aut in materia, quæ minime transire consueuit, vel est indifferens, & tunc si gratia sit motu proprio concessa nõ expirat; si autem non sit motu proprio concessa, attendendum est vtrum ex eis nominibus præcedat, iuxta primæ opinionis distinctionem.

An autem dicatur concessio facta ad beneplacitum personæ, si fiat mentio solius nominis
153 dignitatis, non in abstracto ad beneplacitum Sedis, sed in concreto, ad Episcopi beneplacitum.

Aliqui censent referri ea verba ad voluntatem personæ, si in dubio aliæ coniecturæ non vrgent; & sic morte concedentis talem concessionem extingui. sic *Couar. d.li.3.c.15.n.2. & alij*, quorum opinio licet sit satis probabilis. Contrarium tamen alijs magis placet, cum quibus pertransit *Sanch.n.62.* ea nomina referri ad dignitatem, cum sint propria nomina officij, & dignitatis.

Secundo casu principali; si gratia est concessa absolute, absque
154 vlla temporis limitatione. tunc si est gratia facta, obitu concedentis non expirat, etiã re integra. si vero est gratia facienda perit morte concedentis re integra; secus si res non esset integra, vt colligitur ex *cap.si cui, de præb.in 6.* vbi dicitur, facultatem alicui con-
155 cessam conferendi beneficia non expirare obitu concedẽtis, etiam re integra; secus si detur potestas conferendi personis expressis, non in gratiã, & fauorem collaturi; sed in gratiam eorum, quibus beneficia conferenda sunt; ea enim facultas expirabit morte cõcedentis re integra, & glo. ibi, reddit rationem, quam ex eodẽ tex. deducit. Quia in priori casu gratia erat facta; nam erat omnino perfecta, & nullius executione indigens, respectu illius in cuius fauorem concessa est, nempe respectu collaturi beneficia. at in posteriori, non erat gratia facta, sed facienda; mãdabatur enim fieri, in cuius fauorem conceditur, & ideo habet vim mandati, quod perit mandantis obitu re integra. ita *glo.ibi verb.moriatur, Suar.de legib.li.8.c.31.*

Silu. verb. gratia q. 2. Nauarr. c. 27. nu. 253. Sanch. d. disp. 28. num. 64. & alij apud Sayr de censur. lib. 7. c. 14. nu. 7. & Bonaci. de legib. disp. 1. q. 3. pun. 8. §. 1. nu. 23.

Hoc autem, quod diximus de gratia facienda perire obitu concedentis re integra, intel-
156 ligendum est multipliciter. Et primo, nisi gratia facienda esset concessa sub nomine dignitatis concedentis, vel ad beneplacitum Sedis, quia tũc non peribit gratia morte cõdentis, etiam re integra, vt dictum est supra nu. 139. & tenet *Sanch. d. l. 8. de matr. disp. 28. nu. 67.*

Secundo intelligendum est, nisi potestas executoris, cui com-
157 missio facta est, sit accessoria gratiæ iam factæ. Quia tunc ẽt re integra non expirat morte concedentis, vt ibidem quoq; dictum est.

Tertio intelligendum est, quamuis motu proprio mandet Põtifex prouideri certæ personę in fauorem eius, quia expirat,
158 tanquam gratia facienda, si Pontifex moriatur re integra. cum *tex. in d. c. si cui*, indistinctè loquatur. sic *Io. And. Domin. & Francus in d. cap. si cui nulla, & Sanch. cit. nu. 65*

Quid vero dicendum sit, si ignorata morte delegantis, vel reuocatione delegati, pro-
159 cedatur ad executionem gratiæ faciendæ, quæ morte, vel reuocatione, vt supra, perierat, an valeant gesta per talem delegatum, post mortem delegantis, vel delegati reuocationem re integra. vide dicta superius nu. 124.

Ex prædictis deducitur, Primo, quid dicendum sit de licentia ab Episcopo concessa non re-
160 sidendi. nam cum sit gratia facta, minime expirat. *glo. in cap. cum ex eo, verb. septemnij, de elect. in 6.* dicens non posse Episcopum licentiam non residendi concessam ratione studij reuocare sine causa, si. n. nequit reuocari, à fortiori, nec eius morte reuocabitur. ita *Abb. in cap. penul. de cler. nõ resid. n. 9. Sayr. de censur. lib. 7. c. 14. nu. 7. Graff. 1. p. decis. lib. 4. c. 2. nu. 28. & alij.*

Secundo deducitur, nec morte concedentis expirare licentiã
161 faciendi alias prohibita, vt non ieiunandi, vel edendi carnes diebus vetitis, cum sit gratia facta. ita *Nauar. lib. 5. consil. tit. de priuil. cons. 15.* Nec etiam perire licentiam prædicandi, propter eamdem rationem; sic *Sayr. d. l. 7. cap. 14. num. 7. & alij apud Bonac. de legib. disp. 1. q. 3. pu. 8. §. 1. n. 27.*

Tertio deducitur, literas dimissorias à ꝓprio Episcopo con-
162 cessas ad ordines suscipiẽdos à quo-

à quilibet alio Antiſtite, non amittere eorũ vim, per mortem ipſius concedentis, vel ſi ad alium Epiſcopatum transferatur. Quia cum contineant licentiam promouendo conceſſam, eſt gratia facta. ita *Nauar. in cap. placuit, de pœnit. nu. 35. Eman. Sa verb. dimiſſoriæ, & verb. gratia, Garc. p. 6. c. 2. nu. 321. Suar. 4. to. diſp. 27. ſect. 4. nu. 8. & Bonaci. de ſacr. diſp. 6. quæſt vnic. pun. 1. nu. 21 & de legib. diſp. 1. q. 3. pun 8. §. 1. nu. 27.*

Idemq; dicendum eſt propter eamdem rationem, de his lite-
163 ris conceſſis à Vicario Epiſcopi de ſpeciali eius commiſſione, vel eo, quod Epiſcopus ſit in remotis. iuxta *tex. in c. 3. de temp. ord. in 6.* & de dimiſſorijs conceſſis ab alijs potentibus concedere. ſic *Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 28. nu. 83.*

Denique idem eſt dicendum de dimiſſorijs literis conceſſis à
164 Capitulo Sede vacante, quĩ eas concedere valebit, quia non expirant finita Capituli poteſtate per aduentum noui Epiſcopi, niſi nouus Epiſcopus eas reuocauerit. propter eamdem rationem. ita *Quaranta verb. Capitul. ſede vacan. Gonzal. ad reg. 8. canc. glo. 12. n. 36. Vgol. de pot. ep. c. 26. §. 20. nu. 9. Barboſa par. 2. alleg. 7. n. 25. & Gut. lib. 1. can. q. c. 17.* qui num. 12. dat conſilium ordinatoribus, vt in vtroque caſu, ſi tem-
165 pore præſentationis dictarũ literarum coram eis, ſciuerint nouum Prælatum, atq; ſucceſſorem poſſeſſionem cepiſſe eiuſdem Epiſcopatus. vel in Epiſcopatu adeſſe, illas non admittant, niſi reualidatæ, vel nouiter à ſucceſſore conceſſæ productæ fuerint, ad euitandas fraudes. à nouo enim Antiſtite omnes dimiſſoriæ conceſſæ à prædeceſſore, ſiue à Capitulo ſede vacante per edictũ reuocari poſſunt, prout reſoluit *Rebuff. in prax. benef. in formul. liter dimiſſ. n. 4.* Quod intelligit, iuſta cauſa ſubſiſtente, *Campanil. in diuerſ. rub. 7. c. 8.*

Quarto deducitur, non expirare Papæ concedentis morte, fa-
166 cultatem teſtandi conceſsã, Epiſcopo, & alijs, quibus eſt interdictum, etiam re integra. cum ſit gratia facta. ita *Moli. de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 141. Manuel. Rodr. q. regul. to. 3. q. 69. ar. 6. Garc p. 6. c. 2. nu. 328. Barboſ. p. 3. alleg. 114. nu. 25. & per Ricc. p. 3. deciſ. 309. & par. 4. dec. 126. num. 6. quãuis aliter dicat Couar. in cap. cum ex officijs, num. 8. de teſt.*

Quinto deducitur, licentiam alicui ſacerdoti delegatã audien-
167 di confeſſiones, non expirare morte Epiſcopi, vel eius con-

concedentis amotione, cum sit gratia facta ipsi sacerdoti, vt dictum est supra c. 1. nu. 76 & per *Garc. d. p. 6. c. 2. nu.* 319.

Sexto deducitur, quid dicendum sit de facultate dispensandi, nã
168 licet aliqui existiment, eam, morte cõcedentis re integra, expirare, cum sit potestas delegata ad iurisdictionem exercendam. tamen dicendum est eam potestatem non expirare, quando conceditur ad dispensandum cum personis incertis, & indeterminatis. Quia cum tunc sit concessa in gratiam ipsius dispẽsaturi, est gra
169 tia facta, prout in simili deciditur in *cap. si cui, de præben. in 6.* de potestate conferendi beneficia personis incertis. ita *Ang. verb. gratia, Ema. Sa, ver. dispensatio nu. 6. & verb. gratia nu. 4. Bonaci. de leg. disp. 1. q. 3. pun. 8. §. 1. n. 22. & alij.*

Quid autem dicendum sit, quando ea facultas alicui concederetur ad dispensandum cum determinata psona, dicemus inferiũs nu. 173.

Septimo, & tandem deducitur. Quid dicendum sit, de licentia concessa à Potente eam iure
170 ordinario concedere, eligendi confessarij, quia non expirabit morte concedentis, etiã re integra. cum hæc facultas, non tanquam delegatio, sed tanquam gratia facta, sit censenda. ratio est, quia in tali casu tota gratia [directe] conceditur pœnitenti, & per quandã
171 consequentiam, & indirecte confessori electo, & ideo statim concessa, censetur gratia absoluta, & perfecta respectu pœnitentis, cui id priuilegium conceditur. ita *Man. Rodriq. q. reg to. 2. q. 46. ar. 8. Suar. 4. to. disp. 27. sect. 4. & de legib. lib. 8. c. 31. Em. Sa, ver. gratia, & alij apud Bonaci. de sacr. disp. 5 q. 7 pun. 3. qui cum Vasq. q. 3. ar. 2. dub. 5.* & alijs docet. Quod habens talem facultatem eligen
172 di confess. debet eligere confessariũ ab Ordinario approb.

Quantum ad tertium. An commissio, seu dispensatio matri
173 monialis, quæ à Papa committitur Vicario Episcopi, cũ clausula. [si preces veritate nitantur.] expiret morte Papæ mandantis, re integra.

Nauar. c. 27. num. 253. censet, dispensationem prædictam expirare morte Papæ. cum sit mãdatum de dispensando, & cõmissio, quæ expirat per obitũ Papæ mandantis.

Suar. vero, de cens. disp. 41. sect. 2. num. 15. Maiol. qui alios Doct. refert, de irregul. lib. 15. cap. 51. nu. 5. Hier. Paul. in pract. cancell. tit. de declar. super proponente §. præstantissime, Sanch. de matr. lib. 8. disp. 28. num. 86. Em. Sa, ver. dispensatio, & ver. gratia

gratia, Silu. & alij ver. dispensatio. docent dispensationem prædictam nõ expirare, etiam si Summus Pontifex decedat antequam narrata verificentur, sed posse exequutioni demãdari per Vicarium, cui fuit directa. Quia censetur gratia iam facta per Summum Pontificem, cũ sit certa, singularis, & determinata, & exequutio tãtum desideretur, inuenta precum veritate, iuxta dispos. tex. *in cap. si super gratia, de off. del. in 6.* Nec cõmittitur Vicario, vt faciat gratiam, cũ Papa non committat substantiam causæ, an, scilicet, expediat fieri, vel ne; sed solum, an conditio expressa, sit vera. Qua conditione existente vera, Papa censetur fecisse gratiam à die datæ Bullæ dispensationis, & exequutio tñ desideratur, inuẽta precũ veritate. Quod etiam tradũt in mand. de prouid. & hanc opinionem sequitur quoq; *Garc. de benef. par. 6. c. 2. num.* 311. Qui addit prædictam dispensationem expediri posse, etiã Sede Apostolica vacante, & antequam publicentur regulæ Cancellariæ 10. seu 11.

Nec obstaret doctrina Nauar. vt præfati Doct. considerant. Quia hæc non est commissio super gratia, seu dispensatione facienda, nec mandatum, sed gratia iam facta à Papa, cũ commissione exequutionis, inuenta precum veritate, & sic non expiraret per obitum Papæ mandantis, etiam re integra. Quia cõmissio exequutionis est accessoria ad gratiã.

Nec obstaret, quod in huiusmodi gratia requiratur causæ cognitio, & sic gratia non sit facta. Quia huiusmodi causæ cognitio non est super matrimonio, vel dispensatione, quantũ ad substantiam ipsius, sed super conditione, an sit vera. Quare Papa cẽsetur à die datæ fecisse gratiam, vera existẽte conditione, & cognita veritate precum, ex tunc Papa censetur fecisse gratiam, & nõ ex nunc. iuxta relata per *Ric. p. 4. dec. 92*

Nihilominus, non obstantibus supradictis, contrarium fuit in facti contingentia, resolutũ in Curia Arch. Neap. vt testatur *D. Ric. p. 2. dec.* 205. *& p. 4. d. dec. 92.* non posse dispensationem prædictam exequutioni demandari, nec expediri mortuo Papa, re integra, iux. *tex. in c. si cui §. secus, de preb. in 6.* ex quo commissio prædicta concernit potius mandatum ad dispensandum, quam dispensationẽ ipsam, & proinde expirat morte mandantis, *l. mandati C. mand. cap. si qui nulla, de preb. in 6.*

Nec

Nec obstare, fuit dictum in eadẽ Cur. Arch.tex.*d.c.si super gratia*.Quia procedit quãdo gratia
174 tia Papæ est iam perfecta,& datus merus executor: secus si adhibenda est causæ cognitio. quia si antequam adhibeatur moriatur Papa, expirat. vt *tradit Bald.in l.1.ff.de const.Prin.cum alijs relatis per Ric.d.dec.*215.

Et in terminis Decreti. Si in euidentem,vt nõ possit expediri à Cõmissario,ex *decis. Peguera* 128.fundata in supradi-
175 ctis,refert idem *D. Ricc.ead. dec.*205.*nu.*11.

In terminis vero,monitorij concessi à Papa sub forma, significauit,commissi Vicario Epi-
176 scopi, non expirare morte ipsius Papæ, fatetur idem *Ric. p.*3.*dec.*309. attẽtis verbis cõmissionis dicti Vicarij, ibi. Si ita est, excommunices. Per q̃ verba, gratia dicitur sub conditione, qua vera existente, gratia dicitur facta, & consequẽter executor datus in gratia facta poterit vti sua iurisdictione.vt per eum.

Ex prædictis deducitur à *Garc. de benef.d.p.*6.*c.*2.*nu.*318.*& Sanchez d.l.*8.*disp.*28.*de matr. nu.* 93. non expirare priuilegia in
177 Bulla cruciatæ cõcessa morte Papæ,re integra.Quod certum est, quoad indulgentias, ibi, concessas visitantibus altaria,&quoad facultates edẽdi lacticinia, & similia à nullius executione dependentia. cum contineant gratiam factam.

Sed dubium est. An idem sit de indulgentijs semel in vita, &
178 semel in mortis articulo p confessarium concedendis,& à reseruatis absolutione, ac votorum commutatione per ipsum præstandis.

Et breuiter dicendum est cum Sanch.num.93 eas facultates nequaquam perire obitu concedentis re integra.Quia non conceduntur directe confessario,sed ipsi pęnitẽti, qui eligat confessarium,vt hæc exequatur. Vnde continent gratiam factam ipsi pęnitenti, p vt etiam dictum est nu.171.Et de nonnullis dubijs circa hãc materiam Bullæ cruciatæ, vide apud *Antonin.Dian.resolu. mor.p.*1.*tract.* 11.

VNDECIMA DVBITATIO.

179 AN potestas delegata expiret morte, vel cessatione officij personę,cui cõmissa est.

Pro solutione. Præmittendum est, quod hæc potestas tripliciter potest committi. Primo modo, expresso solo nomine personæ, cui delegatur: vt si dicatur committimus Caio. Se-

Secundo modo, expreſſo ſo-
lo nomine dignitatis; vt com-
180 mittimus Epiſcopo Larinẽſ.
Tertio expreſſo vtroque no-
mine, vt committimus Iaco-
bo Epiſcopo Arianen.
Secundo præmittẽdum eſt, quod
talis commiſſio, aut perſona-
lis eſt, aut realis. ſi eſt perſo-
181 nalis .i. alicui perſonæ ſpe-
cialiter conceſſa, ceſſabit eius
morte. ſi realis.i.dignitati cõ-
ceſſa, non extinguetur morte
delegati; cum dignitas illa, per-
petua ſit, ſed tranſibit in ſuc-
ceſſorem in ea dignitate.
Hoc autem cognoſcetur, an ſci-
licet, commiſſio, ſit realis, vel
perſonalis, ex verbis, & ſubie-
182 cta materia, & quando illis
perpenſis adhuc dubia manet,
id eſt diiudicandum ex expreſ-
ſione nominis proprij delega-
ti, aut eius dignitatis. Vnde ſi
verba, vel ſubiecta materia in-
dicant diſpoſitionem eſſe per-
ſonalem, ſic erit cenſenda, li-
cet ſolius dignitatis delegati
mentio fiat. Exemplum ſit de
verbis. Si Papa in reſcripto
apoſtol. committat Epiſcopo
Larinen. expreſſo ſolo digni-
tatis nomine, declarans ſe illi
committere ob peculiarem
ſcientiæ, vel probitatis excel-
lentiam, quam de illo habet.
tunc ex verbis conſtat eſſe ha-
bitam cõſiderationem perſo-
næ, non dignitatis. nam probi-
tas, & ſcientia non afficit im-
mediate, & proprie ipſammet
dignitatem, ſed perſonam, quę
illam ſibi ſuis laboribus, & in-
duſtria comparauit, & proin-
de commiſſio perſonalis erit.
Exemplum in ſubiecta mate-
ria. fuit excommunicatus Epi-
ſcopus N. expreſſo ſolo nomi-
ne dignitatis. tunc certum eſt
excõmunicationem eſſe per-
ſonalem, nec ad ſucceſſorem
tranſire. cum excommunica-
tio ob ſolum delictum perſo-
nale ferri poſſit. *Ita Abb. conſ.
93. lib. 2. Io. And in reg. Priui-
legium, de regul. iuris in 6. Co-
uarr. l. 3. var. c. 15. n. 2. & Bo-
nac. de legib. diſp. 1. q 3. pun. 8.
§. 1. n. 3. qui alios refert.*
His poſitis. Pro ſolutione dubi-
183 tationis, quatuor quæſtio-
nes ſummatim diſcutiẽdæ ſũt.
Prima quæſtio eſt. An commiſſio
facta alicui, ſolo nomine digni-
tatis, aut ſolo nomine perſonæ
184 expreſſo, cenſeatur perſona-
lis, & proinde delegati morte
extinguatur; vel realis, & ad
ſucceſſorem tranſeat.
In hac quæſtione dicendum eſt,
quod ſi ex coniecturis verbo-
rum, vel ſubiectæ materiæ hoc
deduci nequit, vt diximus, ſed
omnibus penſatis eſt res du-
bia, tunc hæc regula accipien-
da eſt, ſi ſolum nomen perſo-
næ delegati exprimatur, vt ſi
dicatur committimus Caio,

erit commissio personalis, & morte delegati extinguetur. si vero solum nomen dignitatis, vel officij exprimatur, vt committimus hoc Episcopo Arianen, erit realis, & eo delegato mortuo, ad successorem in ea dignitate transibit, & hæc regula probatur, *ex c. quoniam abbas, de off. deleg. & ibi glos. verbo substitutum, & Abb. cõmuniter receptus, nu.*8. *& latè probat Hieron. Gabr.el. cons.* 32. *quē sequitur Illustrissimus D. Regens Fuluius Constantius Marchio Corleti in suo comment. sub tit. de iure fisci nu* 9. *fol.*3. & ratio est, quia in priori casu commissio fit personæ, quę moritur, sed in posteriori, dignitati, quæ nunquam moritur, sed est vna, & eadem in successore *d.c. si gratiose, de rescrip. in* 6.

Hoc autem quod dictum est de commissione reali sub nomine
185 dignitatis procedit, siue res sit integra, siue non. Quia rem esse integram, aut ceptam, ne commissio expiret, solum attēditur, quando delegās obijt; non autem quando delegatus obijt. ita docet *Abb. in d. cap. quoniam abb. & alij apud Sanch. l.*8. *disp.*27. *n.*7. *& Bonacin. loco cit.*

Similiter procedit, etiam, siue commissio illa iurisdictionem
186 contineat, siue nudum ministerium, dummodo ex verbis non videatur electa industria personæ in commissione nudi ministerij. Quia nulla congrua differentiæ ratio assignari potest. Ita *Hostien. in c. fin. n.*11. *de off. deleg. & ibi abb.* quibus accedunt *Gutier. de mat. c.*125. *n.*11. *& Bonacin. cit. n.*16. *& alij.*

Limitant quidã hanc regulam, vt
187 intelligatur, quando delegati dignitas est per se subsistēs, & nomine proprio illi competit; secus si sit accessoria, & dependens ab alio, cui principaliter ea dignitas inest: vt contingit in Vicario Episcopi, qui non habet iurisdictionē nomine proprio, sed sua iurisdictio est Episcopi, faciēs idem tribunal, eiusque dignitas eo mortuo, vel reuocato ab Episcopo, expirat *c.*2. *de cõsuetud. in* 6. *& per D. Ric p.*2. *decis.*11.

At vero *Abb. in d. c. quoniã abb. de off. d. legat. Hier. Gabriel. cõs.* 33. *lib.*2. *& alij apud Garc. p.*6. *c.*2. *n.*35. contrarium tuentur, nam licet Vicarius Episcopi proprie, & stricte dignitatem non habeat, atque in rigore commissio illi facta sub nomine dignitatis non transiret ad successorem, tamen transiret, quia eam esse Pontificis mentem, vereq; ab ipso considerari Vicarij tribunal, dum hæc committit sub nomine digni-

tatis

tatis vicariatus, praxis ipsa satis attestatur, alias subuerterentur multæ expeditiones. & ita vsu quotidiano, & praxi receptum esse tradit *Gut. de matr. c.* 125. *nu.* 2. & seruari in Cur. Arch. Neap. refert *Genuens. in prax. c.* 70. *nu.* 1. *Ill. D. Reg. Constant. Marchio Corleti in d. commen. titulo de iure fisci num.* 9. *fol.* 3. *& D. Ricc. par.* 2. *dec.* 176.

Quod autem diximus de Vicario Episcopi, intelligi etiam de
188 Vicario Capituli sede vacãte, & prælatorum habentium in eorum diœcesi iurisdictionẽ quasi Episcopalem, cum militet eadem ratio, & praxis, ipsa ita doceat, testatur *Sanch. d. l.* 8. *disp.* 27. *n.* 10. quem sequitur *Bonaci. de legib. d. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 8. *§.* 1. *nu.* 9.

Idemq; censet *Garc. d. p.* 6. *cap.* 2. *nu.* 38. de commissione facta Canonico sub nomine digni-
189 tatis. Nã licet canonicatus proprie successorem non habeat, cum morte extinguatur, & pari ratione commissio illi facta sub nomine dignitatis, vt tradit *Abb. cit. nu.* 9. Nihilominus ex mente Pontificis bene transiret ad alium, cui canonicatus ille collatus fuerit. vt tradũt *Gut. loc. ci. n.* 4. *Sãch. n.* 12. *& Bonac. n.* 14. Hæc tamẽ doctrina patitur difficultatẽ, si intelligatur de commissione facta canonico simplici, non habenti aliquam dignitatem, & particularem locum in Capitulo, aut titulum specialem.

Secunda quæstio est. An cõmissio facta alicui, vtroque nomine expresso, dignitatis, scilicet
190 & personæ delegati, censeatur realis, vel personalis, quãdo ex verbis, & alijs coniecturis, veritas elici non potest.

In hac quæst nonnulla, & probabiliter scripserunt Doct. vt est videre apud *Sãch. de matr. l.* 8. *disp.* 27. Ipse vero censet semper huiusmodi cõmissionem
191 esse personalem. tum quia nomen dignitatis cõtrahitur, & limitatur à nomine personæ, tamquam genus à specie. tum quia, alioquin nomen personæ inutiliter, & frustra poneretur. & ita quoque sentiunt *Salas d.* 20. *de legib. sect.* 17. *nu.* 24. *Gut. de matr. d. cap.* 125. *Ric. in prax. for. eccl. resol.* 614. *Bonac. de legib. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 8. *nu.* 3. *& aly.*

Tertia quæstio est. Quid si delegatus non obijt, sed officio, vel dignitate iam functus est,
192 an extinguatur delegatio personalis; realis vero ad successorem transeat.

Resp. si commissio erit realis, vt pote, facta dignitati, transibit ad successorem; secus si fuerit personalis, quia non expirabit finita eius dignitate, sed adhuc

M 2 po-

poterit de illa cognoscere; ratio est, quia in priori casu, cum sola dignitas spectata sit, illã sequitur in quacumque persona inueniatur; at in posteriori casu, cum habita sit consideratio solius psonæ, instar priuilegii personalis, cõmissio personã sequitur. ita *glo. in clem. 2. verb. principales, de rescrip. Abb. & Feli. in d. cap. quoniam Abb., de off. deleg.*

Hoc autem quod diximus, de psonali commissione non expi-
193 rare cessante officio, aut dignitate personæ, procedit ẽt, si res sit integra. Quia rem esse integram, aut inceptam ne expiret delegatio, vt supra dictum est, spectatur solũ, quando delegans obijt, aut dignitatem amisit, non autem, quãdo delegatus ipse dignitatem resignauit, cum sufficiat, vt tempore impetrationis rescripti, seu datæ, quis sit in dignitate, ne pereat commissio personalis ei facta, licet tempore præsentationis rescripti ea dignitas cessarit, *cap. tu autem 22. dist.* nam per cõmissionem personalem factam illi, qui tẽpore impetrationis rescripti dignitate præditus erat, commissio quoad actum delegãdi fuit consumata eo tẽpore impetrationis, seu concessionis, ideo nõ est vitianda, quamuis perueniat ad casum, a quo nõ poterit inchoare. ita *glo. in cap. statutum, de rescript. in 6. Pari. de resl. l. 1. q. xi. n. 14. Sanch. disp. 27. nu. 25. Bonaci. de legib. cit. loc. & D. Ricc. in prax. fori eccl. resol. 614.* & facit ad hoc declaratio Sacræ Congregat. quam refert *Garc. de benef. p. 9. c. 2. num. 351.* quæ sic ait: *An is, qui tempore commissionis reperiebatur in dignitate, & designatus inter iudices Synodales, si eam resignauerit, possit de eadem causa cognoscere, vel potius is, qui dignitatem obtinuit, vel*
194 *neuter. Congr. censuit die 21. Maij 1587. etiam si eam resignasset, posse, quia sufficit ab initio fuisse capacem, non autem resignatarium.*

Limitatur id, quod dictum est de personali commissione non
195 expirare cessante officio, vel dignitate personę. nisi delegati persona sit officio, vel dignitate priuata in pęnam delicti, per *tex. in l. Cassius, & seq. ff. de Senator. ita Bal. in l. generaliter n. 7. C. de epi. & cler. Dec. & Felin. in d. cap. quoniam abbas, & Bonaci. de legib. disp. 1. q. 3. pu. 8 §. 1. nu. 13.*

Limitatur quoque, nisi ille delegatus deposita dignitate ad
196 statum incompatibilem trãsijsset, ita vt esset factus incapax illius ecclesiasticæ iurisdictionis. ita *Bal. in l. prædia nu. 4. C. de fideic. Pari. d. q. xi. nu. 15.* &

*& alij apud Bonaci.nu.*13.

Quarta,& vltima quæstio est. An commissiones dispendandi in matrimonii impedimentis,vel
197 literæ in forma, dignum,quæ solent committi Vicario generali diæcesis, eo reuocato, transeant ad successorem, vel ab ipso met expediri possint.

Resp. si commissio fuerit in forma ordinaria dicendo:Vicario Arianen.diœcesis.non poterit commissionem prosequi, post quam desijt esse Vicarius, licet eiusdem diœcesis esset fa-
198 ctus Episcopus, quia cum commissio hoc casu sit realis, idest, dignitati Vicarij facta; isque ad alteram dignitatem, quæ priorem non continet, translatus sit; vel alias desierit esse Vicarius, cessat commissio respectu suæ personæ, & ad successorem in vicariatu transibit, ita *Gutier. & alij apud Bonacin.cit.n.*12. Si vero commissio fuerit personalis, poterit de ea cognoscere cessante Vicariatu,quia satis est adfuisse vicariatum tempore commissionis factæ à Pontifice, vt diximus supra n. 193. & tenēt *Anchar. n.*4. *Imol. n.* 11. *in clem.*2. *de rescrip.& Sanch.d l.* 8.*disp.*27.*n.*31.qui hoc limitat dupliciter, iuxta relata in fine præced.quæst.

Sed quid,si Vicario Episcopi succedat Vicarius capituli sede vac.an possit ipse Vicarius ca-
199 pituli eā dispēsationem exequi, & cognoscere de quauis simili delegatione.

Affirmant *Salas d.*20. *de legib. sect.*17.*n.*124. *& Sanch. n.*32. ex eo,quia forma committendi nō est vicario Episcopi, sed Vicario generali diœcesis: at sede vacante vicarius generalis diœcesis, est vicarius capituli.imò *n.*33.*idem Sanch.*censet vicarium capituli posse de prædictis cognoscere, quāuis
200 cōmissio sit directa vicario generali Episcopi. & ducitur ex eo, quod capitulum non succedat Vicario Episcopi,sed ipsimet Episcopo; at vicarius capituli succedit in dignitate Vicarii Episcopi.

Nihilominus contrarium tenendum esse, firmat *Garcia de benef.par.*6.*c.*2.*n.*44. *& sequitur Bonacin. de legib. disp.* 1.*q.*3. *pun.*8.*§.*1.*n.*7.attento stilo curiæ,& cancellariæ,quæ vacante sede Episcopali non dirigit literas in forma,Dignum, nec dispensationes,vicario capituli, quia nō confidit de illo, sed Episcopo viciniori,seu eius vicario, de quo stilo testatur *Hier. Paulus in pract. Cancellar.in princip.vers.circa qualitatem personarum*. Cum ergo curia, & cancellaria nolit cōmittere vicario capituli sede vacante, aperte constat, sub no-

nomine vicarii absolute prolati in literis, quæ vicario v.g. Arianen. diriguntur, intelligere Vicarium Episcopi, non capituli, & adhoc affert decis. rotæ n.46. & in facti contingētia secundum hanc sententiam fuit resolutū in Cur. Arc. neap. vt testatur *Ricc. p.1. decis. 44.*

Quid autem dicendum sit si duo vicarij sint vicarii generales
201 episcopi, & delegatio sit simpliciter, cui ipsorum cēseatur facta commissio.

Resp. si ex prædictis alter sit principaliter, tunc illi soli censetur facta commissio, *clem.2. de rescrip. & ibi, etiam glo. verbo principalis.*

Si vero vterq; esset æque principalis, & nullus, eorū designaretur in rescripto quiuis poterit eligi, si rescriptū sit gratiosum, secundum *Sanch. n.37. & alios apud Bonacin. n.11.* si autem sit contentiosum, tunc dissentiunt doctores, nam *glos. in d. c. quoniam abb. de off. deleg. verbo substitutum*, putat illum esse iudicem, quem actor elegerit. Sed *Berous ibidem n. 77.* dicit, ambos esse simul iudices, & neutrum seorsum.

Alij tamen, quorum opinionem frequentissimam esse testatur *Sanch. dicta disp. 27. n. 37.* existimant neutrum cum effectu esse iudicem, donec Princeps declaret, de quo intellexerit, sicuti dicitur quando nominatur tutor incertus, *l. duo sunt titij ff. de testamen. tutela. ita host. Io. And. Abb. Card. & Imola in dicto c. quoniā abbas. Bonacina, vero, in tract. de legibus disp. 1. q. 3. pun. 8. §. 1. n. 8.* censet quemlibet eligi posse, consentientibus partibus.
202 quia quilibet habet ęqualem auctoritatem, nec vlli fit iniuria: dissentientibus vero partibus expectanda est à Principe declaratio.

Hinc deducitur, quod semel præsentatum rescriptum v. g. dispēsationis, vel commissionis, quod non agitatur inter par-
203 tes alterutri ex vicariis generalibus, ęque principalibus, vt illud exequatur, non posset alter Vicarius generalis æque principalis adiri, nam in literis gratiarum exequutoriis præuenitur iurisdictio per solam præsentationem rescripti cum animo procedendi, secundum *Anton. in c. licet vndique n. 13. de offic. deleg.* & sic *glo. in dicto c. quoniam abbas*, ait esse iudicem, cui primo fuerint literæ præsentatæ, atque vbi iudiciū semel ceptū est, ibi debet terminari, *l. vbi ceptum ff. de iudicijs.*

Sed quid si ille, qui præoccupauit ex pluribus delegatis inso-
204 lidū, infirmitate, vel alia iusta causa cōtingeret impediri, vel ma-

malitiose non procedere, an
possit alter iudex procedere.
Genuen.in prax.c.85.nu.29. pos-
se censet, iuxta tex. in *cap.cum
plures, de off.deleg.in 6.& Rot.
Rom.* vt idem testatur iudica-
uit, iustam causam impedimē-
ti, quando alter, qui prӕoccu-
pauit est absens, vel non pro-
cedit, vel lente, & per *D.Ricc.
in prax.var.resol.296.* Dicunt
etiam *Anchar. & Butr.in d.c.*
205 *cū plures*, quod posset alter
iudex procedere si cōsenserit
primus iudex, & concurreret
expressus consensus partium.
Sed dubitatur. Si Vicarius gene-
ralis Episcopi, vti delegatus
Apostolicus semel pronuncia-
uerit rescriptum esse subrep-
206 titium, & sic virtute illius nō
posse amplius dispēsari in ma-
trimonij impedimento. an pos
sit pdictam suā sententiā retra
ctare, si se deceptū inuenerit.
Resp. negatiue, sed adeundus erit
Summus Pontifex, qui delega-
uit. nam cum sit iudex delega-
tus, & functus sit officio suo,
caret deinceps iurisdictione.
illa namq; sententia, est diffini-
tiua, cum decidat totam causā
sibi commissam. Quippe iudex
delegatus, vbi semel iudicauit,
207 licet inutiliter, ac inualide,
non potest iterum iudicare,
prout posset facere Ordina-
rius, qui iure proprio iudicat,
secundum *DD. in l.iudex po-*
*stea quam ff.de re iud.& in l.si
vt proponis C.quemad.& quan.
iu.lex, Vāt.de null.tit.cor.ā quo
n.14. Gut.q.pract.l.3.q.48.nu.
16.& alios apud Ricc.p.2. dec.
132.* & licet delegatus qui-
cumque sit, qui contra for-
mam mandati iudicauit, possit
208 iterum iudicare, nec per id
iudicium esset consumata de-
legata iurisdictio, vt probat
Gut.d.q.48.nu.27. tamen neu-
tra ratio concurrit in casu no
stro, quia nec Vicarius delega-
tus iudicauit inualidè, nec cō-
tra mandati formam. Si vero
pronunciauerit legitimam es-
se dispensationem, & postea
inueniat se deceptum, vel er-
209 rasse, siue inito, vel non ini-
to matrim. virtute illius di-
spensationis non poterit, vti
delegatus, causam iterum assu
mere, cum iam delegati fun-
ctus sit officio, sed poterit in
quantum Ordinarius cogno-
scere de ipso matrimonio ini-
to, vel contrahendo, validum
sit, vel ne; vel an possit con-
trahi, sicuti posset cognosce-
re de quouis alio matrimo-
nio. ita *Sanch.d.disp.27.n.39.*
Huius occasione dubitatur, an
sententia diffinitiua, adhuc nō
publicata, reuocari possit. (cū
notissimi iuris sit, sententiam
diffinitiuam non posse reuo-
cari per iudicem, qui eam tu-
lit, vt patet ex *tex.in l.post sen-*
tentiam

*tentiam,C.de sent. & interl.& per DD.communiter in l.quod iussit ff.de re iud.& c.*1*.eod.tit. in* 6.Quamuis aliter sit in sententia interlocutoria, vt post alios notat *D.Ric.p.*1*.dec.*272)

Et reuocari posse, fuit resolutũ in Cur.Arch.Neap. vt fatetur idem *Ric.loc.ci.& scribit Affl. dec.*58*.nu.*9.

An autem, idem dicendum sit de dispensationibus, quæ confes-
210 sori expediendæ committuntur in foro cõscientiæ, per sacræ pęnitentiariæ, rescriptum.

*Nauar.lib.*1*.consi.tit. de off.deleg. cons.*8. *quem sequitur Genuen. in prax.c.*21 *.num.*9.existimat, non posse pęnitentem, vbi semel literas certo confessario præsentauit illum eligens, vt exequatur dispensationem, alterum eligere, eo dimisso, etiã de consensu prioris commissarij.

Communiter vero DD., quibus accedunt *Gut. de matr. c.*125*. nu.*18*.Reginal.lib.*13*. nu.*214*. Salas de legib. disp.*20*. sect.*17*. nu.*124*.Sanch.d.disp.*27*.nu.*40 *& D.Ric. dec.*34*.p.*4. docent, non solum, vbi semel literas præsentauit alicui cõfessario,
211 sed etiam postquã fuit ab eo pronunciatum dispensationẽ esse subreptitiam, posse impetrantem alium confessarium adire, qui forte sit in ea opinione, vt valeat rescriptum.
212 ac posse eumdem confessarium melius re inspecta dispẽsationem illam mutata sentẽtia, exequi, licet si semel dispẽsauit non possit recantare palinodiam, sicut quando semel
213 absoluit, aut cõmutauit votum. Et mouentur ex eo, quia cum ea commissio sit facta in foro cõscientiæ, sequitur eiusdem fori naturã, quę est vt pęnitens nõ astringatur acquiescere sententiæ vnius confessarij, sed ꝙ possit adire alium; atque possit idem confessarius sententiam mutare. Sapientis enim est mutare consilium, ex iusta causa.

Sed quid dicendum sit, vbi Ordinarius, cui fuere directæ literæ
214 principales in forma, dignũ, infra triginta dies non conferat beneficium impetrãti, sub prætextu, ꝙ non sit idoneus; vel literæ sint subreptitiæ, & ita declarat, possit ne recurri ad secundum executorem vigore Bullę executoriæ, quę dicitur rigorosa, vt eum examinet, & confiando eum esse idoneum, aut literas falsificatas, illi beneficium conferat, vigore bullæ prædictæ.

Et in hoc dicendum est, cum *Garc.de benef.p.*6*.c.*2*. num.* 61. nõ posse Quia iurisdictio data secundo executori, seu secunda delegatio in terminis dicta-

dictarum literarum executoriarũ est conditionalis. Si primus executor fuerit in mora, de qua negligentia debet constare secũdo, priusquam procedat, vt per *D.Ricc.in prax. aur.var.resol.296.* & sic iurisdictio data secundo, si primus
215 infra triginta dies non contulerit, censetur data, vbi primus negligens fuerit, vel per eum steterit, quominus executioni literæ demandẽtur. Et sic si primus denegat executionem, sub prætextu subreptionis literarum; vel quod nõ est idoneus, si parum se grauatum sentit ex tali sententia, debet appellare; non autem recurrere ad secundum executorem, cuius iurisdictio expirauerat. & ita pluries fuisse resolutum in Rot. refert idem *Garc.loc.cit.Qui nu.7?.* agit ad
216 quem sit appellandum, & recurrẽdum, in casu prædicto, ad Papam, an ad Metropolitanum.

An aũt Ordinarius primus executor possit demãdare dictas literas in forma, Dignum. exe-
217 cutioni, & conferre lapso termino 30. dierum, postquã ei p̃sentatæ fuere, & sic re integra moram purgare; an vero lapso termino statim in secundum executorem deuoluatur ista potestas, vt primus si velit, non possit iam parere mandato, & procedere ad literarum executionem, etiam parte volente.

In hoc *Innoc.in cap.proposuit, de concess.præb.* quem multi sequuntur censet, nõ posse morã purgare maximè, qñ executor lapso termino pronunciasset, se solum exequi debere, vt dicit *Anto.Cuccus inst. maior. l.1 tit.7.nu.25.*

Alij vero contrarium existimãt, quia non dicitur in executorẽ deuoluta potestas, quin primus parere possit. ita *Compostel.in cap.si capite, de rescrip. quem refert Garc.nu.90. & ibi Arch.& Franc.* qui id bene ꝓbat, & ait, ꝓcedere, vbi executor non processit ad vlteriora, idest, re integra, alias secus; puta, si pronunciasset se solum debere exequi, aut inhibuisset, tũc procedere opin. Innoc. ex quo tunc in totum reuocatur potestas de manibus primi.

Sed vtrum, data in veritate negligentia primi executoris, se-
218 cundus, cui de ea non constat, procedat: An valeat eius executio, & processus.

Et dicendum est, non valere si procedat, quia executor deputatus in defectum primi negligentis, non potest exequi gratiam, & dare titulum, collationem, & possessionem impetranti, nisi prius notificauerit

N pri-

primo Ordinario, & assignauerit ei competentem terminum ad exequendum, & eum citauerit, & audiuerit, & si ipse primus executor aliquas rationabiles causas alleget, ob quas gratiam exequi non potuit, differtur executio, & tenetur eum audire, & supersedere in exequutione. & ita consuluit *D. Ricc. in prax. aur. var. resol. 296. & notant Feli. in cap. fi. de præsump. Abb. in cap. accipimus, de ætat. & qual. Staphil. in tract. de liter. grat. in 4. form. mand. de prohib. a n. 1. fol. 59.* & hanc partem veriorem existimat *Garc. d. p. 6. c. 2. nu. 95.* Quamuis dicat non requiri, vt secundus exequutor requirat primũ, nec assignet ei terminum ad exequendum; sed sufficere, quod ex actis, quæ transmitti mandabit, cõstet de præsentatione literarum, & requisitione facta per partem, & executio non appareat facta.

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. III.

De Priuilegio percipiendi decimas.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit decima, & an sit res spirit. vel temp.*

2 *Decimæ, aut prædiales sunt, aut personales, aut mistæ.*

4 *Quo iure decimæ solui debeāt.*

6 *Ad quos Clericos, seu personas Ecclesiasticas decimæ pertineant, & debeantur.*

13 *An Parochus possit denegare sacramenta non soluenti decimas.*

14 *Et an priuare Ecclesiastica sepoltura, ob decimas nõ solutas.*

15 *Et an hoc ius decimarum possit competere laicis.*

16 *Qui teneantur ad solutionem decimarũ, & nu. 26. cum seq. An Parocho non distribuenti candelas in die Purificationis possint denegari decimæ.*

17 *Si dominus prędij alteri illud locauit: an tunc dñs, vel colonus teneatur soluere decimas*

20 *Cui Ecclesiæ, Colonus debeat decimas Ecclesiæ prædiali, vel Parochiali.*

21 *Si aliquis possideret prædia extra territorium suę Parochia*

chiæ, an de fructibus, quos ex illis perciperet, teneatur ad soluendas decimas proprio Parocho.

22 *Decimæ non sunt soluendæ ex fructibus, qui colligi potuissent, si dominus agrum coluisset.*

23 *Si dominus vendit prædium, ex cuius fructibus decimę nõ fuerunt solutæ per aliquos annos, an decimæ præteritæ, & non solutæ solui debeant a nouo emptore prædij, super quo decimæ debentur.*

26 *An Clerici, & Ecclesiastici teneantur ad prædiales decimas soluendas, vsque ad nu. 33.*

34 *Quid de Monasterijs.*

36 *Et an Eremitæ, & Tertiarij S. Francisci, & S. Dominici.*

40 *Quando prædia vnius Parochiæ sita sunt intra terminos alterius Parochiæ, an tunc Parochus, cuius est prędium, teneatur soluere decimas illi Ecclesiæ, in cuius territorio situm est prædiũ.*

43 *Decimæ personales cui, & a quibus debeantur.*

46 *Et an clerici ad eas teneantur.*

47 *Ex quibus rebus decimæ personales prædiales, & mistæ soluendæ sint.*

49 *Quando soluantur, & cui decimæ de Agnis, & vitulis.*

50 *An de noualibus, idest, de agro nouiter ad culturam redactum, soluenda sit decima. Decima, an debeatur super corporibus feudalibus.*

51 *Decimæ soluendę sunt integræ, & sine diminutione.*

52 *An deducantur expensæ, vel alia debita.*

53 *An Parochus possit prohibere, ne fructus ab agris auferantur, nisi prius soluta decima.*

54 *An expensæ deducantur, si decima solueretur ex negotiatione.*

55 *Quo tempore sint soluendæ decimæ: & vtrum sint deferendę ad certum locum.*

57 *Quando quis dicatur esse in mora, non soluendo decimas.*

58 *Coram quo iudice petenda sit decima.*

60 *Coram quo iudice conueniendus sit laicus conductor decimarum.*

TErtium clericorum Priuilegium est ius percipiẽdi decimas, quarũ nomine intelligitur quota bonorum debita Ecclesiæ ministris, in ipsorum subsidium, & substentationem: sicut .n.
1 Ministri Ecclesiæ nobis spiritualia præbent, & pro nobis præstant laborem, operam, & industriam, ita par est, vt nos ipsis corporalia conferamus,

quibus sustentari possint. sic *Alexan. Moneta, de decim. c.2. Azo.p.1.lib.7.c.34.quæsit.1.& alij DD.*

2 Vtrum vero decima sit res spiritualis, vel temporalis?

Dico, quod decima dupliciter considerari potest. Primo, quatenus dicit ius exigendi fructus. Secundo, quatenus dicit fructus ipsos, qui soluuntur in subsidium Ministrorum Ecclesiæ. Si igitur decima consideretur primo modo, est res spiritualis, quia Ministris Ecclesiæ competit ius exigendi fructus ob ministerium rerum spiritualium, iuxta illud. 1. *Cor. Qui spiritualia seminant, temporalia metunt.* Si vero consideretur secũdo modo, est res temporalis; constat enim fructus, rem temporalem esse. ita *DD. communiter.*

3 Decimæ autem sunt in triplici differentia, aut enim prædiales sunt, aut personales, aut mistæ.

Prædialis, seu realis est decima pars fructuum, qui percipiuntur ex prædijs; vt est frumentum, vinum, oleum, & alij fructus ex terra, & arboribus prouenientes.

Personalis est decima pars fructuum, qui proueniunt ex acquisitis ex industria, artificio, & opera personæ; vt ex stipendijs, lucris, mercatura, militia, venatione, & similibus iuste acquisitis.

Mistæ sunt, quæ partim ex hominis industria, & partim ex prædijs proueniunt, vt sunt fœtus animalium, qui partim ex pascuis, partim ex animalibus proueniunt, interueniente hominis industria in illis alendis, & custodiendis; vt per *Hostie. in sum. de decim. §.1. & sequuntur Silu. ver. decima nu. 1. Moneta de deci. c. 3. Larata in opusc. de iur. paroc. tit. de decim. Vgol. de off. episc. c. 9. §. 2. nu. 3. Molfe. in sum. p. 1. tract. 6. c. 4. num. 29 Illustriss. D. Reg. Tapia March. Belmont. lib. 1. de iur. regn. pag. 69. & alij apud Marti. Bonaci. de precep. disp. vlt. q. 5. pu. 2.*

His positis. quam breuissime discutiemus de infrascriptis, videlicet.

PRI-

PRIMA DVBITATIO.

4 QVo iure decimæ solui debeant, ex præcepto diuino, an ecclesiastico.

Canonistæ fere omnes contendunt, esse soluendas de iure diuino, quod aliqui etiam naturale appellant; inter ipsos vero duę sũt opiniones. Quorumdam asserentium, præcetum soluendi decimas simpliciter esse de iure diuino, tam quoad decimas personales, quam quoad prædiales. ita *Innoc. in rubr. de decim. quem sequuntur glo. in c. 1. de decim. in 6. & Archid. in cap. decimæ, 19. q. 1. & alij*, quorum doctrinam communiter esse receptam testatur *Tyndar. in tract. de decim. q. 2. nu. 36. sed Rebuff. in tract. de decim. q. 1. nu. 0.* declarat non esse de iure diuino naturali, sed de iure diuino positiuo, dictante ratione naturali. & mouetur per *tex. in cap. parochianos, & cap. tua nobis, de decim. & cap. cum non sit, 16. q. 1. cum simil. & late per Couar. lib. 1. var. resol. c. 8.*

Aliorum autem opinio est, Præceptum soluendi decimas prædiales esse de iure diuino: soluendi vero personales, esse tãtum ecclesiasticum. ita *Host. in sum. tit. de decim. Felin. in cap. causam, de præscrip.* Qui duci videtur ex eo, quia prædiales decimæ erant præceptę de iure diuino legis veteris, non autem personales.

Verior tamen sententia est, aliorum Doct. quibus accedunt
5 *Thom. Zerol. in prax. epis. verb. decimæ, Less. de iust. lib. 2. c. 39. dub. 1. Suar. 1 to. de relig. lib. 1. c. 10. nu. 3. Molf. in summ. pa. 1. tract. 6. c. 4. nu. 22. Malder. de iust. & relig. tract. 10. tit. de decim. dub. 2. §. contraria, Moneta de decim. c. 1. n. 28. & Barbosa de off. & pot. epis. p. 1. tit. 1. c. 6. n. 25.* esse præceptum diuinum de ijs soluendis, quoad sustentationem ministrorum; sed quoad determinationem quotæ soluendæ esse pręceptũ Ecclesiæ. Nam nullum extat præceptum diuinum in lege Euangelica de hac fructuum quantitate soluenda: sed solũ dicitur, congruam sustentationem deberi ministris rerũ spiritualiũ; vt habetur *Matth. c. 10.* an autem decima, vel vigesima pars danda sit, non habetur.

SECVNDA DVBITATIO.

6 AD quos clericos, seu personas ecclesiasticas decimæ pertineant, & debeantur.

Pro solutione dico primo, Quod ex prima Ecclesiæ ordinatione, decimæ debentur clero ad ipsius sustentationem, & ministe-

nisterium diuini cultus, facta vero diuisione diœcesum, decimæ vniuscuiusq; diœcesis pertinere ad clerum illius diœcesis, licet præcipua eorum administratio esset Episcopo commissa, vt cum debita proportione eas distribueret. Postquam vero diœceses in parochias fuerũt diuisæ, decimę vniuscuiusq; Parochiæ ad clerum in illa parochia ex officio ministrantem diuina, per se loquendo, pertinẽt, illisq; reddendæ sunt, & non soli parocho, quamuis regulariter per illum distribuantur, in quo cõsuetudo, vel ordinationes Episcoporum seruãdæ sunt, vt lapet *Suar. d. l. 1. c. 28. a nu. 4. & per Less. d. c. 39. d. ib. 4. & alios.*

Aduertendum tamen est cum *Suar. nu. 8.* Quod licet diœce-
7 ceses fuerint ita semper distinctę, vt clerus illius diœcesis, solum Episcopum, & inferiores comprehenderent; tamen Parochiæ nunquam ita intelligi debent diuisæ, vt vnaquæque comprehẽdat solũ parochum, & inferiores clericos; nam ẽt Episcopus totius diœcesis ad clerum vniuscuiusq; parochiæ aliquo modo pertinet, tanquã principalis illius populi gubernator, & minister in spiritualibus, & suo modo etiam proximus. Vnde decimæ parochiales non pertinẽt ad so-
8 lum parochum per se, & iure ordinario, quia etiam ad Episcopnm diœcesis cum proportione pertinẽt, quo sensu comprehenditur sub clero cuiuslibet parochiæ; cum proportione autẽ dicitur ad Episcopum, etiam decimas pertinere; quia inter clericos parochiæ cum proportione sunt diuidẽdæ, & inter eos computatur prælatus, ad quem pars decimarum spectat. vt docent *Abul. q. 176. in c. 23. Matth. & Abb. in c. cũ cõtingat, de decim.* vbi dicit quartam partem de-
9 cimarum ad Episcopum pertinere; Episcopus enim in sua quarta decimarum fundatus est de iure communi, & expresse declaratum extat *in cap. conquerente, de off. ord.* vbi inter episcopalia iura ponitur quarta decimationum, *D. Ris. in pra. aur. var. resol. 227. Tyndar. in d tract. de decim. nu. 71. & alij apud Monet. c. 7. nu. 14.*

Dico secundo, quod debentur decimæ, etiam aliis ministris altaris, qui ex titulo alicuius
10 beneficij ex decimis instituti, tenentur ex officio altari, vel choro inseruire; cum decimæ non sint institutæ, propter solum ministerium curandi animas, seu ministrãdi illis Sacramẽta, sed simpliciter propter ministerium diuini cultus, *cap. ex parte 2. de decim.* vnde

Ec-

Ecclesiarum cathedralium Capitulis,& eorum membris; seu clericis præbendatis, vt sũt Canonici,Dignitates,&c. debẽtur decimæ suæ Ecclesiæ, eo modo, & ꝑportione,quo applicatæ fuere eorum mẽsis, vel beneficijs. ita *Suar.d.li.*1. *c.*28. *nu.*12. *& c.*29.*num.*3.*& alij.*

Et idem cum proportione dicendum est de ecclesijs collegia-
11 tis, ex ecclesiasticis decimis legitime fundatis. ac tandem de omnibus clericis,qui titulo cuiuscumque beneficij ecclesiastici proprie dicti,recipiunt fructus decimarum,vel aliquã eorum partem; cũ omnes isti, proprio iure spirituali ad se pertinente, decimas recipiũt. vt latissime per *Suar. d. c.* 29. *nu.*3.

An autem clerici, & beneficiati, de quibus hactenus loquuti si
12 mus, possint decimas percipere,eisque debeantur,si diuites fuerint,aut malæ vitæ.

Resp.affirmatiue,vt habetur in *cap.decimæ,vbi glos.* 16.*q.*1.*& cap.Episcopus* 16.*q.*6.*& cap. tua nobis,vbi glo.de decim.* nã eorũ diuitiæ nõ obstant, quominus eis decimæ debeantur, aut iuste illas percipiant,si ministrant, nec decimæ dantur propter bonitatem vitæ, sed propter seruitium; & ideo si clerici prædicti ministrant, vt debent, eorum malitia alios non liberat à debito decimarum,ita *Rebuff. de decimis q.* 7. *num.* 14. *Suar. d.c.*29. *num.*5. *Moneta in d. c.* 7. *num.* 32. *&* 38.*& post alios,Bonac.de Præceptis disp.vlt.q.*5.*pun.* 3.*n.*15.

Ex quibus sequitur, quod communiter traditur: Clericos simplices, nullum Ecclesiasticum beneficium habentes, nõ habere ius proprium ad recipiendas decimas,nec illis propriè deberi, nam ius decimarum non sequitur ipso facto ex vi characteris, seu clericatus, nec ex ui solius clericatus obligatur quis ad ministrandum populo Christiano in spiritualibus, ideo nec statim acquirit ius ad decimas, nec populus est eis decimarum debitor. ita *Suar.d.cap.*29.*nu.*6.*& D.Ric.in d.prax.var.resol.*190.

Sed quæritur,huius occasione, an Parochus,cui soluendæ sũt
13 decimæ, possit negare sacramenta ijs,qui nolunt soluere decimas.

Et quod possit denegare sacramenta ijs, qui sunt renitentes ad soluendas decimas,vel primitias,&c.nisi iustam non soluendi causam habeant. tradunt post *D.Tho.*2.2.*Reginal. in prax.fori pœnit.lib.*19.*n.*102 *Suar.de relig.lib.*1.*c.*25. *Molf. tract.de benef.tom.*1.*c.*4.*nu.*53. *& alij apud Bonaci.de sacram. disp.*

*disp.5.q.7.pun.4.§.2.nu.20.& de pracept.disp.vlt.q.5.pun.3.num.2.*quia essent in p.m., & sic minime dispositi ad digne suscipienda Sacramenta; & si si peccatum esset notorium, posset illis notorie denegare Sacramenta; si sit occultum, & ei confiteantur, non debet illos absoluere, donec decimas soluant. vt per *Reginal. & Bonaci.loc.cit.*

Nihilominus contrarium fuisse decisum in Cur.Arch.Neap. testatur *D.Ric.decis.195.nu.9. p.4.* cuius sententiã vti equiorem sequitur *Nouar.cõcl.unica,de de decim.* cum per alia media possit parochus filianos cogere ad solutionem demarum,vt per *D.Ricc.ead.p.4. dec.380.*

Nec posset parochus priuare filianum ecclesiastica sepultura
14 ob decimas non solutas, hoc enim ius competit superiori, & iudici in foro externo. vt per *Bonaci.cit.loc.*

An autem, & quando laicis possit competere ius percipiendi
15 decimas,& quis possit hoc ipsis concedere.vide tradita per *Couar.lib.1.var.resol.c.17.Less. lib.2.c.39.dub.4.nu.19. Suar. 1.tom.de relig.lib.1 c.25. Monet.de decim.c.5.a num.57. & alios Scrib.*

TERTIA DVBITATIO.

16 QVi teneantur ad decimarum solutionem.

Pro solutione dico primo, omnes, qui titulo non spirituali habent prædia,alicui Ecclesiæ subiecta, teneri decimas prædiales soluere illi Ecclesiæ, cui prædia illa subiacent; nisi alteri Ecclesiæ solui debeant ex consuetudine, quæ in hac re maxime spectãda est,vt habetur *in cap. Apostolicæ de decim.* vnde omnes laici,etiam iudęi, pagani, & hæretici prædictas decimas soluere tenẽtur, quia est onus reale vt habetur in *cap.de terris,de decim.& ibi per DD.& docent Mone. de decim. c.5.num.26.& 36.Less.de iust. lib.2.c 39.dub.5.nu.22. D.Ric. in prax.for.eccl. resol.517.n.6. & p.4.dec.380.Molf.d.tract.6 c.4.nu.37.& alij.*

Nec ideo posset denegari decima Parocho, ex eo, quia non distribuit candelas benedictas in die Purificationis B. M. V. vt probat *D.Ric.cit.resol.517.*

17 Sed quid, si dominus prædij,alteri illud locauit;an tunc dominus, vel colonus teneatur soluere decimas.

Distinctione vtendum est pro solutione. Nam aut dominus locando prædium,quamdam societatem contraxit, ita ut recipiat aliquotam partem fructuum,

ctuum, & tūc vterque tenebitur pro parte sua, & sic procedit tex. *in c. tua nobis, vbi glo.verſ.ſic,& dominus, & ibi abbas n.*14.*de decimis.* Aut dominus conducit colonum nūmis, vel ei promittit certas menſuras pro labore, ſiue naſcantur fructus, ſiue non, & tūc dominus tenebitur ſoluere decimas; quia omnes fructus ad eum pertinent: ipſe enim dominus hoc caſu conductor eſſet, & prædium ſuis ſumptibus per alium coleret. ita *abb.cit.n.*14.*per tex.in c.nō eſt,& c.cum non ſit,de decimis.* Aut dominus locauit prædiū
18 pro certis menſuris, vel certa pecunia, ita vt fructus ſpectēt ad colonum,& conductorem, tunc inquit *abbas*, non tenebitur dominus ex hac penſione aliquid ſoluere; onus enim decimæ eſt onus fructuum, *c.paſtoralis, eod tit.* vnde transferendo omnes fructus in conductorem, videtur tranſtuliſſe cum onere ſuo.immo etiam quodamodo decimas eo caſu ſoluit dominus de penſione, cum pro minori penſione prędium locauerit ratione oneris annexi, vt ibi *abb.*notat. Si vero aliter pactum fuerit inter
19 dominum, & conductorem, illud ſeruandum eſt, *c.*1.*de pactis.* Quod tamen non præiudicabit Eccleſiæ, quin poſſit conuenire fructuum detentorem, vt notat *glo.in d.c.tua nobis*; decima enim tanquā onus reale, ſequitur poſſeſſorem tā predij, quā fructus vt *per glo. cit. Monet.de decimis c.6.n.*44. *Nouar.forenſ.quæſt. lib.*1.*cap.*21.*& Bonac. de præceptis diſp. vlt.q.*5.*pun.*3.*nu.*8.

Cui, autem, Eccleſiæ colonus de-
20 beat ſoluere decimas, an Eccleſiæ prædiali, vel parochiali. Dico, cum *Alex. Moneta loco cit. n.*42. quod ſi eſt colonus partiarius, ſoluere debet proportione ſuæ Eccleſiæ prædiali, ſi vero colit nummis, ſeu pro certis menſuris ſibi à domino dandis, vt ſupra dictum eſt, & tūc ſoluet Eccleſiæ parochiali perſonalem decimam, tanquam de lucro ſuæ perſonæ. Sed ſi colonus c[illegible]ducit totum prædiū ſiue nummis, ſiue pro certis menſuris domino ſoluēdis, & tūc debet ſoluere integram decimam ex omnibus fructibus Eccleſiæ prædiali. ita *abb.cit n.*15. *qui in c. cum non ſint, de decimis.n.* 6. id intelligēdum putat, ſecluſa conſuetudine, qua in hoc attēdi debet, *Perez in lib.*1 *ordin. Hyſpan. lib.*1.*poſt princip.tit.*5.

Sed quid ſi aliquis poſſideret prę-
21 dia extra territorium ſuæ parochiæ: an de fructibus, quos ex illis perciperet; teneatur ad ſoluēdas decimas proprio parocho.

O Et

Et affirmandum est, iuxta *decisionem viuij* 63. qui voluit, quod decimæ soluendæ veniant, nedum ex fructibus recollectis in territorio; sed de omnibus alijs, etiam extra territorium perceptis, & præsertim vbicũque extaret cõsuetudo ita soluendi *d. c. cum non sint, de decimis*, & ita iudicasse in facti cõtingentia, testatur *D. Ricc. in praxi aurea var. resol.* 90. qui sic fuisse iudicatum refert in anno 1583. per Regium collaterale consilium.

Non tamen essent soluendæ decimæ ex fructibus, quos domi-
22 nus percepisset si agrũ coluisset, aut ab eluuione defendisset. nam decima soluenda est ex fructibus collectis, nõ colligendis, vel quod colligi potuissent, *Bonac. de præcept. disp. vlt. q. 5. pun. 3. n.* 17.

Quid autem dicendum sit si Dominus vendit prædium, ex cuius fructibus decimæ non fue-
23 rũt solutæ per aliquos annos, an decimæ præteritæ, & non solutæ solui debeant à nouo emptore prędij, super quo decimæ debebantur.

Dico, posse Ecclesiam nouum emptorem, & possessorem ad decimas præteritas, non solutas conuenire; si quidem decima est onus reale, quod rem afficit, & pro tributis realibus tenetur possessor, etiam pro præteritis, vt notat *glo. in l. imperatores ff. de public. & vectigal.* & sic ad nouum possessorem trãsibit cum obligatione solutionis decimarum. ita *Archid. in c. si quis laicus, n. 4. 16. q. 1. & communiter Canonistæ*, quibus accedit *D. Ricc. in d. praxi aurea var. resol.* 57. Qui in fine eiusdem resolut. concludit. quod si nouus pos-sessor erit coactus ad soluen-
24 dum, repetet ab eo, qui de præterito percepit fructus. vt *in regul. non est in mora, de reg. iuris lib. 6.* & vt concludendo docet *Feder. de senis cons.* 81. *n.* 2. Ecclesiæ datur optio, an conuenire velit illum, qui ha-
25 ctenus fructus percepit, cum fructus ad eum, cum decimarum onere transierint, *c. pastoralis, de decimis*; & sic residet in arbitrio rectoris Ecclesiæ, quẽnam velit conuenire pro præteritis decimis, nempe si successorem, vel antiquum dominum. *Franc. marc. decis.* 550. *tom.* 1. *Azor. lib.* 7. *c.* 35. *q.* 2. *p.* 1. *Nouar. forens. quæst.* 21. *n.* 6. *p.* 1. *Bonacina de præcep. disp. vlt. q.* 5. *pun.* 3. *n.* 10. *& alij.*

An autem clerici, parochi, & Episcopi teneantur soluere
26 decimas ex bonis, ex quibus antea soluebantur.

Et dicendum est teneri, cum Ecclesia non amittat Ius decimę sibi debitæ, quamuis prædia

ad

27 ad personas ecclesiasticas deuoluantur; cum prædia transeant, cũ onere suo, ita *D. Th. 2.2.q.87.art.4.Less.lib.2.c.39. num.27.Bonac. d.disp.vlt.q.5. pun. 3.n.5. & de hac quæst.fu-*
28 *sè per Suarez de relig. lib. 1.c.* 17. Vbi etiã disputat, quid de Summo Pontifice, in casu prędicto.

Vnde tenebitur clericus soluere decimam de eo, quod percipit
29 ex patrimonio, ad cuius titulum fuit promotus, tùm quia, vt dictum est, res transit cum onere suo; tum etiam, quia ecclesia non debet defraudari re sibi debita ob susceptionem
30 ordinis sacri. ita *Molfes. in sum.p.1.tract.6.c.4. nu. 39.D. Ricc. in praxi fori Eccl. resol. 605.& par.4.decis. 380. nu.4. & alij.*

Non tamen obligatur Episcopus ad decimas ex prædijs ecclesiasticis, quæ sunt de mensa
31 Episcopali, & sunt applicata in stipendium, & sustentationem propriam, sicuti etiam, nec parochus tenetur ex prædijs suæ parochiæ applicatis ad eius sustẽtationem. Quam-
32 uis si bona prædicta mensæ Episcopalis, aut parochialis in alium transferantur per venditionem, subijcerentur deci-
33 mæ. ita *moneta de decimis c. 4. num.23.Bonac.n.12.Suar. nu. 20.thom. triuis. in decis. venet. decis.29.& alij.*

34 Sed quid de monasterijs, an teneantur soluere decimas.

Et dico, teneri de terris, & possessionibus ab eis acquisitis, vel acquirendis soluere decimas parochialibus Ecclesijs, quibus erant decimales; nisi
35 aliquo priuilegio, consuetudine, vel alio titulo fuerint exẽpta. *c. nuper, de decimis. ita moneta c.5.n. 10. Molf. tract. 6.c. 4. num.38. & alij communiter.*

36 An autem eremitæ, & alij laici obseruantes regulam S. Francisci, vel S. Dominici, teneantur soluere decimas.

37 Resp. teneri, si colũt agros, vel vineas, vel si viuunt in domibus suis, etiam si seruiant monasterijs exemptis. ita *Rebuf. de decimis q.5. & moneta. c.5.n.* 34. alias si viuant in cõmuni, & stent simul in vno loco, & domo, non tenentur dare decimas de hortis suis,
38 qui sunt in circuitu domus:
39 neq. de animalibus ibidem pascentibus, seù eorum nutrimentis, *c.2. de Eccles. edific. Rebuff. & monet. cit. loc.*

40 Tandem quæritur circa prædia ecclesiastica, ex eo, quòd dictum est, rem transire cum onere suo. An Parochus, cuius prædia sita sunt intra terminos alterius parochiæ, teneatur soluere decimas illi

ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prædia.

41 Et in hoc licet varijs modis scribant doctores; tamen magis communiter docent teneri soluere decimas. vt *per abb. in c. nouum genus, de decimis, Monet. c. 5. n. 6. Bonac. disp. vlt. q. 5. pun. 3. n. 12. & alios*. Quod intelligitur præcisa consuetudine in contrarium.

42 Quantum vero tẽporis requiratur, vt vna parochia possit Iure consuetudinis exigere decimas, quæ Iure comuni debentur alteri Parochiæ.

Alij putant sufficere decennium, alij requirunt spatium quatraginta annorum, vt videri potest apud *abb. in c. cum sint homines, de decimis, & Suar. lib. 1. de relig. c. 22.*

43 Dico secundo, omnes, qui sacramenta percipiunt teneri soluere decimas personales illi ecclesiæ, in qua ea recipiũt, nisi aliter consuetudine receptum sit, vt probat *tex. in c. ad apostolicæ, de decim.* & tradunt communiter doctores.

44 Quod procedit, quamuis habentes domicilium in parochia nollent, ibi sumere sacramenta, cum per eos stet ibi non sumere Sacramenta. *D. Th. 2. 2. q. 87. ar. 3. & ibi Caet. Monet. c. 7. q. 2. n. 20.* & post alios N*ouar. concl. 1. de decimis*. Vnde si quis reciperet Sacramenta in Ecclesijs religiosorum, non debet illis soluere

45 decimam, sed proprio parocho, cui incumbit onus administrandi Sacramenta, neq. per ipsum stat, ne administret. ita *Feder. de senis cons. 252. & alij*.

46 Vtrum vero clerici teneantur ad decimas personales.

Variȩ sũt Doct. opiniones. *Suar. tamen de relig. lib. 1. c. 17. n. 24.* Videtur sentire nõ teneri ex lucris acquisitis titulo spirituali, & de consuetudine, nec teneri de alijs lucris, vt per eum.

QVARTA DVBITATIO.

47 EX quibus rebus decimȩ personales, prædiales, & mistæ soluendæ sint.

Dico breuiter, quod si ius spectemus, decimæ soluẽdæ sunt, ex omnibus rebus, quæ nobis diuino munere proueniunt; vt de fructibus, & quasi fructibus omnium rerum, quæ quodammodo nobis frugifere sũt vt agrorum, arborum, animalium, domorum elocatarum, molendinorum, piscinarum, aucupiorum, omniumque negotiorum lucrosorum, et sic de fœno, quod in fasciculis redigitur, de apibus earumque fructu, cera, & melle, de lacte, de lana, fœtu, & alijs, si qui sũt,

fructi-

fructibus animalium, de lapidicinis, item de quouis grano, de palea, de fabis, & alijs leguminibus, de nucibus castaneis, & alijs fructibus arborum, de venatione, piscatione, de vino de lino, canape, & sic de similibus rebus, vt constat *ex c. non est, c. ex transmissa, & c. Pastoralis, de decimis, vt per plures conlusiones refert moneta, de decimis in c. 4. D. Riccius in praxi aurea var. resol. 109. Borrel. in summa decis. tit. de decim. Molfes. in summa tract. 6 cap. 4. part. 1. Nouar. forens quaest. 25. Et conclus. vnic. de decimis a n. 15.* Tamen in his soluendis potius spectanda est locorum consuetudo, quam Ius scriptum, cum multis in locis, vt tradit *less. d l. 2. c. 39.*
48 *num.* 13. Solum Prędiales ex prædijs rusticis, & quædã mistæ in vsu sint, reliquis consuetudine, & tacita ecclesiæ condonatione abolitis. Et generaliter, quod in soluẽdis decimis, attendenda sit consuetudo, docent *Viut to. 1. com. opi. lib. 1. tit. 10. Suar de relig. to. 1. trac. 2. lib. 1. c. 12. Guttier. prac. lib. 1. q. 19. n. 13. & alij.*

Est tamen aduertendũ, quod vbi soluuntur decimæ de agnis, &
49 vitulis, dari debent nõ statim ac nati sunt, sed quando lacte non indigent materno. *Anna consf. 65. n. 5. de Franch. decis. 114. & D. Ricc. in praxi aurea var resol. 252.* Qui hoc limitat non habere locum vbi cõsuetudo esset in contrarium. Et debẽtur illi ecclesię parochiali, in qua animalia morantur, & pascũt: vel si hyeme pascãt in vno loco, & æstate in alio, tunc diuidentur decimæ inter has duas Parochias. ita *D. Ric. d resol. 252.* & alij quos refert, *nouar. cit. concl. vnica, de decimis.*

An autem de noualibus soluenda sit decima; hoc est, an de agro de nouo ad culturam re-
50 dacto, de quo non extat memoria, ꝙ aliquando cultus fuerit, vt definitur in *cap. quid per nouale, de verb sign.*

Dico, ꝙ vbi nullum est concessum priuilegium, tunc decimę solui debent, etiam de noualibus, *c. 2. de decimis in 6. & per Molfes. d. tract. 6. c. 4. nu. 34. & Bonac. de leg. disp. vlt. q. 5. pu. 2. num. 3.* secus vero, vbi est cõcessum Priuilegium, vt est cõcessum religiosis, qui Priuilegio in Iure scripto exẽpti sũt à solutione decimarum de noualibus, quæ proprijs manibus, seu sumptibus excolunt, *c. ex parte 1. de decimis, & per Monet. de decim. d. c. 4. num. 5.* Quod tamen nõ procedit, vbi noualia ab eisdẽ personis exẽptis, alijs traduntur excolenda, vt notant *Rebuff. de decimis q. 14. num.*

q.14.num.17. & Moneta d. c. 4.num.58. Similiter si ex pacto expresso ad hoc tenerentur, c.multiplici, de *decimis, Guido Papa decis.207.* quem sequitur Moneta *n. 59.* vbi alios casus enumerat.

Vtrum vero, decimæ debeantur super corporibus feudalibus, vide quæ tradit. *D. Ricc. in d. praxi aurea variar.Resol.323. post Petr.Bellu. in spec. Princ. rub.13. §. nunc tractemus nu. 27.& alios.*

QVINTA DVBITATIO.

51 QVomodo soluendæ sint decimæ.

Pro solutione. Dico Primo, quod integræ, & sine diminutione sunt soluendæ. *c.commissum, c. tua nobis, de decimis, S.C.Trid. sess.25.c.12.de ref.& per Doct. passim.* Ideo qui fraudat in parte notabili p. m. peccato iniustitiæ. quia retinet alienũ, vel alteri debitum. Vnde in sacris canonibus decimarum fraudatio vocatur sacrilegiũ; & inter fraudatores censendi sunt, qui minores, vel deteriores manipulos, vel partes fructuum assignant. sicut enim non tenẽtur seligere meliora pro decimis: ita neque possũt deteriora, sed mediocria, & bona fide, prout res se offerunt, vt tradunt passim doct. quibus accedunt *Lessius d. c. 39.n.16. Moneta d.c.6.n.26.& D.Regens Tapia Marchio Belmõtis lib.1. de iure regni neap. tit.de decimis, pag.88.*

Dico secundo, quod debẽt solui ex integris fructibus, priusquã ex illis deducantur tributa, cẽ-
52 sus, aut similia onera, vt patet *ex c.cum nõ sit, & c.tua nobis, de decimis, & ibi per Doct. & tradunt Couar.lib.1.var.c.17. n.13. Less.d.n.16. Moneta d.c. 6.n.37.& Bonacin.de Præcept. disp.vlt.q.5.pun.3.n.17.* similiter nec detrahi possunt sumptus facti in colendo agro, nec seminis æstimatio, neque possunt deduci expensæ factæ in reparationem, aut meliorationem edium, molendinorũ, & aliarum rerum, si ex elocatione ipsarum decimæ soluantur, vt habetur in *c. non est in potestate, c.tua nobis, & c.pastoralis, de decimis.* Et ad excludẽ-
53 das fraudes poterit Parochus apponere custodes, vel prohiberi facere ne fructus ex agris auferantur, nisi prius soluta decima; vel cum ipse, aut eius exactor sit præsens. ita *Valasc. de iure emphyt.q.39.n.15. Laurent. in decis. Auenion. 64. & Suar.de relig.lib.1.c.37.n.7.*

Sed si soluerentur decimæ de negotiatione, tunc expensæ de-
54 ducuntur, vt in d.c.pastoralis. ratio est, quia tunc solum decimæ

cimæ soluuntur de lucro, sed in lucro id solum censetur, q̃ remanet, deductis expẽsis. ita *Lessi.n.16.Rebuff. de decimis q.11.n.7.Moneta d.c.6.n.36.Capy.decis.20.Viu.decis.4. Molfes.d.tract.6.c.4.n.51. Nouar. concl.1.de decim.n.13.& alij.*

Quo autem tempore sint soluẽdæ, & vtrum sint deferendę ad
55 certum locum.

Dico, cum *Less.d.n.16.* quod seruanda est loci cõsuetudo, quę in hac, vel illa specie, pro loco, & tempore fuerit recepta; regulariter tamen dantur prædiales, statim fructibus perceptis sine morali mora, ex cõmuni sententia, per *c.cum homines, de decimis*, idque in loco vbi natæ, vt etiã notat *D.Ricc. in praxi aur.variar.resol.252.*

Personales in fine anni; mistæ sequuntur naturam prędialium, excepto fœtu, qui fouendus vsque ad statum vtibilem, vt dictum est n. 49. vbi tamen adest consuetudo, decimæ de-
56 bent portari in horreo deputato, *Couar.l.1.var.c.17.n.8. Moneta d.c.6.n.5.& Molfes. qui alios refert, d.tract.6.c.4.n.52.& Nouar. d.concl.vnic. de decim.n.12.*

Sed quando, quis dicatur esse in mora, non soluendo decimas. Nam duplex potest esse mora,
57 vna in ordine ad conscientiã, altera in ordine ad pęnam, seu censuram.

Resp. si loquimur de hac posteriori mora, non soluendo decimas; tunc non dicetur quis, in mora non soluendo decimas, nisi præuia monitione, *c.peruenit, & c.omnes 16. q.7.* tamen sufficiet generalis monitio, quam in Ecclesijs solent facere parochi, si trina sit, q̃a illa sufficeret ad contumaciã. si vero loq̃mur de priori mora, tunc quis dicitur in mora non soluendo decimas, etiam nulla præuia monitione, vel petitione, ex communi sentẽtia. quã sequitur *Couar. d.lib. 1.variar.c.17.n.8. & 12.* nam tunc, quis est in mora quo ad conscientiam, quando differẽdo solutionem debiti peccat, sed vt aliquis peccet non soluendo decimas, nõ est necesse vt præcedat petitio, vel monitio, quia tenetur soluere, etiam non requisitus, vt per *Suarez de relig. c.37.n.2.& Moneta d.c.6.n.21.*

SEXTA DVBITATIO.

58 Coram quo Iudice petẽda sit decima, & causa decimarum agenda.

In hac dubitatione breuiter dico, cum *Ill.Card.Tusco, tom.2.concl.72.& 75. Valent.tom.3.disp.5.q.5.pun.5.Molf.tract.6.c.4.n.67.Bonacin. de præcep.* disp.

disp. vlt. q. 5. pun. 6. Moneta de decimis c. 5. & 8. Suar. lib. 1. de relig. c. 26. & 38. n. 16. & alijs, esse petendam coram iudice ecclesiastico, pro vt decernitur *in c. ad hæc, de decimis.* Quia causa decimarum est ecclesiastica, cum decimæ debeantur ob sacrum ministerium; causa autem spiritualis, & ecclesiastica coram ecclesiastico iudice agenda est, *c. parochianos, de decimis.*

Aduertũt tamen *Suar. & Azor.* quibus accedit *Bonacina*, pos-
59 se beneficiarium, cui sũt sublati à laico fructus decimarũ, qui erant iam soluti, agere hãc causam coram Iudice seculari; cum in causa temporali sequẽdum sit forum rei, fructus autem sunt res temporalis, nõ spiritualis, nec amplius habẽt connexionem cum titulo spirituali, Quæ tamen intelligenda sunt, vt notat *Bonacina*, modo aliter non postulet priuilegium iurisdictionis episcopi particularis. sed Ius cõmune spectetur, vt per eũ, & per *Antoninum Dianam p. 3. resol. Moral. tract. 2. resol. 89. fol. 71.*

Sed coram quo Iudice cõueniẽdus sit laicus conductor deci-
60 marum.

Couar pract. quæst. ca 35. num. 2. quẽ etiam refert *Thesaur. lib. 2. quæst. forens quæst. 15. num. 4.* censet coram laico esse cõueniendum. cuius opinionem non approbat *Diana cit. loco resol. 93.*

Alij dicunt, non solum coram Iudice laico, sed etiam corã ecclesiastico posse hanc causam tractari.

Azor. vero, p. 1. lib. 7. c. 30. q. 6. quẽ sequuntur *moneta c. 8. q. 1. nu. 17.* & *Diana cit. loco*, docent hãc causam solum coram ecclesiastico esse tractandam. Quia ortum habet ex iure decimarum, quod ius ecclesiasticum est, ac spirituale, non autem ciuile, & prophanum.

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. IV.

De Priuilegio obtinendi beneficia Ecclesiastica.

SVMMARIVM.

Quis

132

aliquo loco, & expresse declarat habere animum ibi contrahendi domiciliũ. & quid circa hoc seruetur in Curia Archiepisc. Neap.

254 *Vel si per decennium in eo loco habitauit.*

255 *An studentes, vel officiales cẽseantur contrahere domicilium in loco, in quo student, vel sunt officiales.*

257 *Quid si aliquis transferat magnam partem bonorum in aliquo loco.*

258 *Aut si ibi emat domum, vel aliquam partem bonorum transferat.*

260 *Subditus Episcopo ratione originis, dicitur natus realiter in diœcesi.*

261 *Expositi, an dicantur subditi Episcopo loci, in quo fuerũt expositi.*

262 *An origo patris, vel aui, etiã inspiciatur, quoad ordines suscipiendos*

264 *An, & quando origo matris.*

268 *Qui fortuito natus est in mari, vel in aliquo loco, quẽ mater pertransibat, an sequatur domicilium patris.*

269 *Vtrum filius allecti, seu aggregati in nobilem, vel ciuẽ alicuius ciuitatis, possit ordinari ab Episcopo illius loci.*

270 *Episcopus potest ordinare suũ familiarem triennalem.*

271 *Quis in proposito dicatur familiaris Episcopi.*

272 *An Episcopus titularis possit ordinare alienum subditum ratione continua commensalitatis.*

273 *An Cardinales, suis familiaribus conferant ordines.*

274 *Quis dicatur familiaris Cardinalis.*

Qvartum Clericorum Priuilegium est obtinendi beneficia Ecclesiastica, *cap. ex literis, de transact. cap. cum adeo, de rescrip. & c. 2. de instit.* & notant omnes, præcipue *Flam. Paris. de resig. l. 4. q. 2.*

Beneficium autem, secundum *Coras. 1. p. c. 2. & Tole. in sum. lib. 5. c. 76.* est ius percipiendi
1 fructus ex bonis Deo dicatis, clerico, propter diuinum officium competens.

Beneficia vero, alia maiora sunt, vt Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, & Abbatia; Reliqua inferiora sũt minora. Item aut curata sunt, curam scilicet, animarum habentia:
2 aut simplicia, sine cura animarum. Item alia sunt sæcularia, qualia censenda sunt omnia, nisi contrarium probetur, ex *Rota dec. 32. in nouis*, quæ clericis secularibus cõferri, & as-

signari debent, & de sui natura perpetua, & non manualia præsumuntur; cum natura secularium sit, quod sint perpetua. *cap. præcepta 55. dist. c. 1. de capell. monach. lib. 6. & ibi glo. ver. perpetui, & notat Pari. de resign. benef. lib. 11. q. 3. nu. 92.* Alia sunt Regularia beneficia, quæ per regulares, seu religiosos professos, vt dicemus num. 63. regi debent, & manualia de sui natura præsumuntur, *cap. cum ad Monasterium §. talis, de stat. monach. & notat Cassad. dec. 4. de præbend.* Quamuis interdum regularia sint perpetua, & secularia manualia, si ita sancitum sit fundatione, vel statuto à sancta Sede Apostolica confirmato, vt per *Rebuff. de pacif. poss. nu. 280. & alios, quos refert D. Ric. in decis. Cur. Arch. Neap. par. 4. dec. 20[illegible].* Deniq. alia beneficia sunt collatiua, quæ collatione, aut alio, quam electionis modo obtinentur; Alia electiua, quæ per electionem à superiore co[illegible] prouidentur, vt late t[illegible] Doct. agentes de hac mat[illegible]a, præcipue *Reb[illegible] Q[illegible] [illegible] D[illegible] de benef. lib. 2 c. 1. & c. 9. G[illegible] reg[illegible] 7. n. 39. [illegible] Carr. de benef. 1. to. p. 1. c. 6. [illegible] d. c. 75. & alij p[illegible] Io[illegible] de S[illegible] de benef. p. 1. q. 2. a nu. 26.*

Est tamen obseruandum, quod beneficium manuale dicitur illud, quod non confer-
3 tur alicui in perpetuum, sed ad nutum conferentis, vel alterius; ita vt ad libitum illius amoueri possit quandocũque voluerit, *d. c. cum ad monast. §. tales. & notat Cassador. cit.* Nec est vere, & proprie beneficium; ideo non cadit sub rigorosa reseruatione in corpore iuris inclusa. *c. 2. de præb. in 6. & per Achil. dec. 9. de præb.* Nec comprehenditur sub regula de annali, vel triennali, *Rota dec. 539. p. 1. diuers. Paris. cit. loc. nu. [illegible] & per Ric cit. loc.*

His præmissis compendiose agẽdum proponimus de ijs, qui hoc Priuileg. obtinendi ecclesiastica beneficia potiuntur, & qui eo non potiuntur, & vt
4 ordinate procedamus, afferemus à nu. 5. ad 223. Requisita, quæ concurrere debent in eis, qui hoc Priuilegio potiri volunt. Addita resolutione nonnullorum dubiorum; ex quibus omnibus clarius apparebit resolutio nostræ propositionis. Deinde à num. 224 summatim agemus de vtilitatibus ex beneficio resultantibus beneficiato, cum dilucidatione aliorum dubiorum,

PRI-

PRIMA DVBITATIO.

5 QVot ſunt requiſita, quæ
concurrere debent in
illis, qui, hoc Priuileg.
obtinendi eccleſiaſtica bene-
ficia, gaudere volunt.

Reſp. Decem præcipua eſſe re-
quiſita. Quorum primum eſt,
Clericatus, & Ordo: neceſſe
eſt enim, eos ſaltim eſſe pri-
ma tonſura inſignitos, per
quam clericalis ordo confer-
tur, *cap. cum contingat, de ætat. & qual* *vbi DD. communiter tradunt Canoniſtæ*; & licet
Theologi dicant, primam ton
ſuram non eſſe ordinem, ſed
diſpoſitionem, & præparatio-
nem ad ordines, tamen quid-
quid ſit de hoc, illud certum
videtur, quod verbum, ordo,
generaliter prolatum cōpre-
hendit etiam primam tonſu-
ram, ſecundum communem
vſum Canonum, arg. *tex. in d. c. cum contingat*, & ſecundū
vſum loquēdi, vt docet *Suar. de relig. tract. 3. li. 4. c. 13. nu. 8.*
& niſi ſint clerici ſaltim pri-
6 mæ tonſuræ, ſed laici, incapa-
ces ſunt huiuſmodi priuilegio
obtinēdi eccleſiaſt. beneficia,
cap. ex literis, de tranſact.

Quomodo autem probetur cle-
ricatus; cum in dubio nō prę-
ſumatur. vide tra[illegible]ta poſt
alios per *Carol. de Graſſ. [illegible] eff. cler. in prælud. num. 197. & D. Ricc. par. 3. dec. 157. & alios.*

Inſuper, decentem habitum cle-
ricalem deferre debent obti-
nentes beneficia, ex decr. S. C.
Trid. *ſeſſ. 14. c. 6. de refor.* & ex
conſt. 30. Sixti V. *incip cū ſacroſanctia*, quam refert *Quaranta ver. habit. cleric. vbi D. Proſp. de Auguſt* addit, eas ve-
ſtes cenſeri clericis decentes,
quæ à cōmuni vſu, & cōſuetu-
dine clericorū illius regionis,
ſeu prouinciæ, vbi commorā-
tur, admiſſæ fuerint.

Quod ſi clerici in minorib. ordi-
nib. conſtituti, & beneficiati,
habitum, & tonſuram, non
deferrēt, eſſent ipſo facto pri-
8 uati beneficijs, iuxta præfatā
conſt. Sixti V. pręcedente de-
claratione iudicis eccleſiaſti-
ci, quod non inceſſerint in ha-
bitu, & tonſura. vt per *Garc. p. [illegible] c. 1. nu. 18. & Genuen. in prax. Arch. c. [illegible] n. 7.*

An autem eodem priuil. gaudeat
habens animū aſſumendi or-
9 dinem clericalem, & geſtans
habitum.

Et nequaquam gaudere, dicendū
eſt. cū neceſſario debeat prę-
cedere ordo clericalis, vt di-
ctum eſt num. 5. & notant
Sanch. de matr. l. 7. diſp. 4[illegible]. nu. 14. Molfeſ. in ſum. p. 1 tract. 6. c 6. nu. 6[illegible]. & alij.

Et hoc procedit etiam, vt neque
poſſit præſentari ad benefi-
10 cium, alias nulla eſſet pręſen-

tatio. secundum *Lamber. 1.p. q.7.ar.2.Ioa.Gut.conf.2.n.21. Card.Tusc.conf.56.num.4. & Pari.de resig.l.4.q.2.nu.5. qui nu.6 ait*, Quod Rota in vna Imol. iurispatron. hoc limitauit, non procedere quoties fuerit præsentatus proxi-
11 me clericandus. Quia hoc casu præsentandus non erit penitus indignus, cum ante institutionem sit tonsuratus. Quæ limitatio, vt intelligit *Garcia nu.28.& sequitur Ric. dec.66. & dec.125.p.4.* procedit, quando proxime clericandus, expresse, vel tacite præsentaretur instituendus in tempore, quo esset clericus, & sic in tēpus habile, quo casu præsentato initiato intra tēpus datum ad præsentandum, præsentatio valeret ex tunc, *ad l. in tempus ff. de hæred. insti. Lābert.2.p.l.2.q.3.ar.9. D.Ric.in prax.fori eccl.resol.140.& dec. 125.par.4.& Molf. d.tract.6. c.6.nu.67.* & tacite diceretur præsentari in dictum tempus, quando patronus eū præsentaret non absolute loquendo sed dicendo. Præsento N.de proximo clericandū. Vel presento N. & peto eum ordinari prima tonsura, &c. quia tūc videtur eum præsētare, vt instituatur, cum fuerit clericus, & ita accipienda erit, vt DD. prædicti tradunt, declaratio Sac.Congr.Conc. super *c.10. sess.7.de refor.* quæ refertur p *D.Ric.d.dec.125.par.4.nu.14.* quæ sic ait. *Vicarius Capituli sede vacante infra annum, pōt concedere dimissorias ad primā tonsuram ei, qui est præsentatus a patronis laicis ad beneficium ecclesiasticum iurispatronatus ipsorum, vt illud obtinere valeat*. nam talis præsentatus videtur coarctatus occasione beneficij recipiendi. vt notat, idem *Ricc.in prax.aur. var.resol.98.*

In casu vero, quo non habens clericalem tōsuram absolute præsentaretur. Dicendum est,
13 nullam esse præsentationem, & factam de indigno, & incapaci, quamuis de proximo clericaretur, & ita procedere doctrinam *Lamber.& Gutier.cit.* tradunt *Garc.& Ric.loc.cit.& in decis.Cur.Arch.p.4.dec.343*

Sed quid, si aliquis fuerit promotus ad primā clericalem tonsuram cum literis dimissorijs
14 Vicarij Capitularis infra annum, contra formam d.decr. *S.C.Trid.sess.7.cap.10.* an erit capax huiusmodi Priuilegij beneficia obtinēdi. cū Sac.Cōc. dicat, nullo gaudeat priuilegio clericali. nam d.decr.Cōc. comprehendit, etiam primam tonsuram, cum generaliter, & indistincte loquatur. vt tenēt *Genuen.in prax.c.87. num.15.*

Garc.

Garc.p.5.c.7.nu.95.& D.Ricc. in prax.var.resol.106.& alij.

Resp.ex mẽte *Nauar.conf.20.de temp.ord.in antiq.* cum taliter
15 ordinatus non amittat hoc Priuilegium ipso iure, sed debet illud amittere per sententiam, vel exceptionem; sequitur, vt notat *Eruditiss.Dominus Prosper de Augustino in addit.ad Quaran.in sum.Bull. ver.Capit.sede vacan.vers.contingit,* Quod poterit habere beneficium, antequam priuetur. cum Concil. vtatur verbo *gaudeat*,&sic futuri temporis, iuxta *glo.in cap.in pęnis,de reg. iur. in 6.*

Sed an clericus initiatus prima tonsura ab alieno Episcopo sine literis, aut cum falsis di-
16 missorijs, gaudeat hoc priuilegio.

Negant Doctores mox citandi, nam licet per talem ordinationem fuerit impressus character; tamen nõ poterit obtinere beneficium, quia non habet executionem ordinis, & quoad se est suspensus,& ideo nulla erit collatio beneficij ei facta, *Caputaq.dec.126.par.1. Ric.p.5. collect.decis.1678. Paris.de resig.li.4.q.2.n.58. Garc. p.1.c.5.n.11. Barb.p.2.alleg.8. nu.13.de Graff.eff.1. n.536.& eff.11.nu.28.qui cum Paris.cit. nu 96.*idem dicit,de ordinato ab Epo hęretico, vel schismatico, aut excommunicato, vel suspenso, si hoc sciebat ordinatus. Quod etiam tenuerunt *Silu.verb.irregularitas q.7. & Maiol.de irreg.li.4.c.22.&23. & sequitur Barbo.d.p.2.all.48 num.3.* Ac idem dicendum est de ordinato ꝑ saltum, vel ante ætatem, sine dispensatione, vt tenent *Paris.cit.n.102.&104. Garc.p.7.c.14.D.Ric.p.4.decis. 150.& de Graff.num.34.&38* Qui nu.13.idem dicit,de clerico priuato priuilegio clericali. Quia nec beneficia obtinere poterit.

Quid autem faciendum sit, vt talis ordinatus à non suo Epo
17 sine literis dimissorijs, fiat capax,& possit beneficium retinere. vide *Nauar.cons.20. de temp.ord.Maiol.de irreg.lib.1. c.10.nu.1. & Bonaci.de sacram. disp.6.q.vn.pun.4.nu.25.*

Sed quia sunt aliqua beneficia, quæ non solum requirunt clericalem tonsuram in obtinente, sed etiã, vt in presbyteros ordinentur; vt Parochialis, Abbatia, Decanatus, Prępositura,& Archipresbyteratus, *cap.1.de æta.& qualit.cap.cum in cunctis §.inferiora, de elect.* Et alia idem requirunt ex cõsuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione, *cap.ei cui,de præb.in 6.*vbi notatur. Et alia requirunt de iure, vel consuetudine, vt ea obtinentes in

Dia-

Diaconos. Et alia, vt in Subdiaconos ordinentur, dicto §. *inferiora, & d.c.*1. *& tradunt Pari.conf.*50.*q.*4.*nu.*14.*& Petrus Greg.de benef.c.*36.

Ideo quæritur, huius occasione, an de tali ordine annexo be-
18 neficio, seu præbendæ ex consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione, sit necessario facienda mentio ab impetrante; esto sit in ætate requisita ad talem ordinem (nam non oportet exprimere qualitates quæ insunt beneficio, de iure communi.)

Affirmat *Rip.in cap.ad aures nu.*22.*de rescrip. Rot.in antiq.dec.*41.*de rescrip.*

Alij vero communiter negatiuã partem tuentur, ex *cap.ei cui, de præb.in* 6.*ita glos.in clem.*1. *verb.vel altari, de præb. Abb. Dec.& Feli.in d c.ad aures, & Selua* 3.*p.q.*11.*n.*42

Hodie tamen, vt testatur *Garc. p.*7.*c.*1.*n.*52. in supplicationi-
19 bus de canonicatibus, ac portionibus ecclesiarum Cathedralium, Dataria vult exprimi ordinem sacrum annexũ, & si in supplicatione ponitur clausula, etiam si sacerdotalis, quæ ante solebat cõcedi, cassatur.

Quod si in supplicatione non
20 sit expressus ordo sacer annexus canonicatui, vel portioni, etiam si sit Presbyteratus, vel Diaconatus, fatetur *Garcia num.*54. gratiam non esse surreptitiam, vt per eum.

Quid autem dicẽdum sit de quibusdam capellanijs, in quarũ fundatione dicitur. vt præsen-
21 tetur sacerdos, vel præsentetur capellanus, seu clericus, q celebret tot missas. an presentandus necessario debeat actu esse sacerdos; aut saltim in tali ætate, vt infra annum charactere sacerdotali possit insigniri. an vero sufficiat præsentare clericum nõ sacerdotem, qui per alium celebrari curet.

*Genuen.in prax.c.*24.*nu.*11. ait, quod quando est eligendus sacerdos, actu debet esse sacer-
22 dos, & non sufficit quod intra annum promoueri possit, & hoc quando onus est à laicis impositum, ne retrahantur ab edificatione ecclesiarũ; secus si ab ecclesiastico, vel per statutum ecclesiæ. *Lamber. de iurepatr.*1.*p.* 2.*li.ar* 27.*q.*7.*& hanc opinionem sequitur Azo.* 2.*p.l.*6.*c.*24.*q.*4.

*Garcia vero, d.p.*7.*c.j.n.*58. docet, quod in casibus prædictis præ-
23 sentandus debet esse actu sacerdos, ex eo quia illa verba. quod præsentetur sacerdos. vel præsentetur capellanus, seu clericus, qui missam celebret. vel alia verba respicientia tempus, seu actum præsentationis, important, vt præsentatus debeat tpe præsentationis

nis esse actu sacerdos. nam
qualitas adiuncta verbo, intel
ligitur secundum tempus ver-
bi, *l. in delictis § si extraneus ff.
de noxal.* & pro hac doctrina,
quam cõmunem esse testatur
affert *decis. Rot. Rom. & per D.
Ricc. p. 3. dec. 238.*

Alij denique, quibus accedo, exi-
stimant, quod quando funda-
tor facit capellaniam sacerdo
24 talem vel dicit, quod præsen-
tetur sacerdos, & non alius, q.
per se ipsum celebret, & non
per substitutum, adhuc suffi-
ciat, quod præsentandus sit in
tali ætate, vt infra annũ sacer-
dotali charactere insigniri pos
25 sit, nisi expresse caueatur in
fundatione, vt capellanus præ
sentandus sit actualiter sacer-
dos. ita tenent *Gonsal. ad reg.
8. Cancell. glo. 5. n. 77. D. Prosp.
de Aug. in appen. ad sum. Bull.
p. 2. verb. seruitium capellaniæ,
& D. Ric. dec. 20. p. 4. n. 15.*

An autem capellania sit sacerdo
talis, ex eo tantum, quod ha-
26 beat annexum onus celebrã-
di, vt scilicet, capellanus cele-
bret tot missas, in quolibet
mense.

Diuersimode scripserunt Do-
ctores, ego tamen cũ veriori
sententia dico, quod hoc casu
capellania non est sacerdota-
lis, nec actu, nec aptitudine,
ideo simplici clerico ꝓuideri
posset. nam illa verba (qui ce-
lebret tot missas) nõ respicũt,
factum ipsum celebrationis
ab ipsomet capellano, nec
obligationẽm sacerdotij. Sed
posita sunt ad denotandum
potius onus, quod imponebat
ipsi capellæ. & ideo nisi expres
se caueatur, ꝙ p se ipsum hoc
agat, satis censetur prouisum
voluntati fundatoris, si per
alium celebrare faciat. ita *Ze-
rola d. § 7. Zech. d. n. 4 Eman.
Sa verb. benef. nu. 28. & verb.
residentia, & alij apud Garc.
p. 7. c. 1. nu. 85.* qui pro hac sen
tentia plures refert declara-
tiones Sac. Congreg. præcipue
sequentem declaratione m.
*Potest conferri simplici clerico
capella habens onus celebrandi
27 missas, nisi in fundatione cau-
tũ sit, ut per se ipsum celebret.*
& hanc eãdem sententiam te-
nent *Gonsal. gl. 5 num. 72. D.
Prosp. de Lot. cit. D. Ric. dec. 29
p. 4. & Nouar. form. q. 115. n. 1.*

Sed vtrum Episcopus possit de
consensu patroni hæredis ho-
28 die derogare qualitatibus be-
neficij in fundatione apposi-
tis; stante decreto *Sacr. Conc.
Trid. sess. 25. cap. 5. de reform.*
(nam de consensu patroni fun
datoris non videtur dubitan-
dum, cum ipse fundator possit
29 tollere, & reuocare qualita-
tes, vel conditiones appositas
tempore fundationis, iuxta
tradita per *DD. in cap. cum ac-
cessissent*

cessissent,de consl.vbi Feli.n.19 & per Ric.p.3.dec.189.)

Affirmant *Abb.& DD.in d.c.cũ accessissent.* Quorum opinionẽ intelligunt *Nauar.cons.6,de cler.non residen.& de orat.c.3. nu.37.Genuen.d.c.24.nu.7. & Eman.Sa ver.beneficium n.37.* procedere aliqua subsistente causa, vt etiã docet *D.Prosp. de August cit.loco, & per Seraph.dec.371. & Barb.p.3.all. 72.n.104.*

Alijs vero probabilius videtur, nõ posse Episcopum cum cõsensu dicti patroni hæredis di-
30 spensare cõtra fundatoris ordinationem, iuxta præfatum Sac.Conc.decretum. ita *Dec. in d.c.cum accessissent, Azo.2.p. lib.6.cap.27.q.1. & alij quibus accedunt Genuen.n.10. & Ric. p.4.dec.176.* qui pro corroboratione huius opinionis referunt aliquas declarationes Sacrę Congr.

An autem missæ celebrandæ in aliquo altari, seu capella desi-
31 gnata p fundatorem, possint celebrari in alio altari, saltim de consensu hæredum.

Et in hoc negandum censeo cum *Azo.instit.mor.p.1.lib.10.c.24. q.8.Graff.cons.1.de offic..de præben.vol.2.Ric in prax.fori eccl. resol 3 2. & Barbosa p.2.all. 24. num.35.* nam si hoc fieri posset, finis institutionis prædictæ capellaniæ inobseruatus remaneret,cum sit electus locus, quem fundator voluit frequentari,religiose honorari,& coli, & propterea menti eius,& voluntati non esset aliter satisfactum , vt *per Silu. verb.missa* 1.q.10. *Nauar.de orat.c.5.num.2.& 12 Graff.& Azor.cit.* Qui addunt,quod si alibi, quam in loco designato fuerint celebratæ missæ, tenebitur capellanus præter p.m., cũ infideliter agat,& pactũ,& ꝓmissũ in re graui nõ seruet, aliqualem restitutionem facere fundatori, quãdo id egisset absque rationabili,&legitima causa,secundum *Nauar.in manual.c.25 nu.134.* & inter alias causas legitimas non celebrandi in altari designato,
32 esset,si altare ipsum esset destructum;nam tunc missæ celebrari debẽt in alio altari eiusdem ecclesiæ, donec cõstruatur altare. *Barbos.cit.qui alios refert.& D.Ric.cit.loco. qui in sequenti resol.*349.dicit.Quod vbi deuotio testatoris non est causa finalis, missæ possent in alio celebrari, v.g.si testator diceret, vt celebretur missa bis in mense in tali ecclesia in remedium animę ipsius testatoris. cum eodem modo succurratur testatoris animæ in vno loco,quam in alio.

Vtrum, vero , Episcopus possit onus celebrationis missarum

in aliqua capella, à fundato-
33 re designata, transferre in aliam Ecclesiam, extra casum collapsus, & vetustatis capellæ.

Et non posse Episcopum contra disposita à fundatore dispensare, *per tex. in c.præpos. de conceß. præbend. tenent Duen. reg. 12. & latè triuis. decis. 42. par. 2.*

Verumtamen contrariam opinionem tenuit Cur. Archiep. Neap., cum causa, iuxta relata per *D. Ricc. decision. 21. par. 4.*

Sed huius occasione, quæritur, an possit Episcopus reducere numerum missarum à te-
34 statore appositum (extra tamen casus decreti nouissimi, de quo inferius nu. 36.

Et dicendum est posse, *iuxta decretum S.C.Trid. seß. 25. c. 4. de refor.* sed requiritur iusta causa. Cum voluntas testatoris non possit absque illa violari, vt docet *Nauar. cons. 9. num. 9. de celeb. Missarum*, quem sequuntur, *Fraxinell. de oblig. Sacerd. sect. 7. §. 5. nu. 3. Bonacin. de Sacram. disp. 4. q. vl. pun. 7. §. 2. num. 12. Molina de iust. tract. 2. disp. 249. & alij*, nam voluntates testatorum inuiolabiliter obseruari publicè interest. *Card. Mantica, de cõiect. vltim. vol. lib. 3. tit. 3. Petr. Magdalen. de nu. test. in testam. requis. p. 1. c. 8. nu. 6. & Padil. in summa legum penal. p. 2. casu. 25.* Iusta causa erit, si cursu temporis numerus Clericorum, vel Religiosorum est diminutus; aut Ecclesiæ, vel Capellæ redditus extenuantur, aut impẽsæ maiores fiũt, *ita Azor. par. 3. instit. mor. lib. 12. c. 6 q. 5. Fraxinell. loc. cit. et Garcia p. 7. c. 1. nu. 125,*

Quod ampliatur. Primo, in eleemosina pro ipsis missis, anniuersarijs, & officijs celebrandis, quæ si adeo tenuis sit, vt non facile inueniatur, qui velit se huic muneri subijcere, vt dicitur in eod. *S. C. d. c. 4.* tunc numerus Missarum, &c. iuxta vires legati, moderandus est, & ita declarauit Sac. Congreg. vt referunt *Quartana verbo missa, & D. Riccius in praxi fori Eccles. rer. quotid. resol. 341. & decis. 25. par. 4.* & in huiusmodi reductione Episcopus capituli consilium requiret, quamuis illud sequi non teneatur, *vt per cit. Doct.*

Secundo ampliatur à *Possauin. c, 2. quæsito 9. num. 25.* in missis, & legatis, tam ante Cõc. Trid. quàm post illud relictis, ex eo, quia dispositio Conc. generaliter, & absolute loquitur. Tamen non posse fieri reductionem de missis re-

 lictis

lictis post S. C. Trid. tenent *Hieron. à sorbo in annot. ad compen. priuil. regul. verbo Missa* 3.*Fraxinel.d.sect.* 7.*§.* 5.*num.*2.*& Mirand. in Manuale prælat.tom.* 1. *q.* 41.*ar.* 12.*concl.vnica. vt per eos.*

Limitatur tamen, id quod dictũ est, non procedere in missis in fundatione beneficij impositis, cum Episcopus nequeat, ex vi decr. Sacri Conc. illas reducere ad minorem numerum. Nam S. Conc. loquitur de missis, ex dispositione defuncti relictis, & ita declarasse Sacram Congregtionem, dicunt *Posseuin.c.* 2. *num.*25.*d.quæsito* 9.*Bonacin. de Sacram.disp.*4.*q.vlt.pun.*7 *§.*2.*nu.*10.*Vgolin.de pot.Epi. c.*6.*Barbos.d.p.*2 *alleg.*29.*nu.* 10.*Antonin.Diana p.*2. *resol. moral.tract.*14.*resol.*1.*& Garcia p.*7.*c.*1.*num.* 125. *qui nu.* 131. refert in hoc plures declarat. Sac. Congreg.

An autem, & quando Episcopus possit, iusta existente causa absque Synodo, diminuere
35 numerum missarum in fundatione beneficij præscriptarum. videndi sunt *Nauar. c.* 25.*num.*138.*Henriq.in summa li.*9.*c.*22.*§.*6.*& alij*, quos recensent, *Miranda d.q.* 41. *ar.*24.*& Barbosa cit. nu.* 12. qui fatetur, posse Episcopum absque Synodi consensu, temperare onera dicendi plures missas in beneficijs, & Capellanijs sibi subiectis, prout erat statutum iure cõmuni, quod tradit quoq; *Garc. loc. cit.*

Hodie tamẽ facultas reducendi missas, commutandi, easq;
36 moderandi est reseruata Sũmo Pontifici, vel Sacræ Congreg. Conc. Triden. vt initio decreti dicitur, de celebratione missarum sub Sanctiss. D.N.D. Vrbano Papa VIII. die 21. Iunij 1625. prout notat etiam *P.Barthol. Gauantus in praxi celebrandæ diœcesanæ Synodi p.* 1. *c.* 37. cuius decreti tenor, est, vt sequitur.

Ac primo districtè prohibet, atq; interdicit, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in capitulis generalibus, vel ali s quoquo modo reducant onera vlla missarum celebrãdarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quę, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius probibitionis formam fieri con-

contingerit, *omnino nullas*, *atque inanes decernit*.

Quod procedere declarauit S. Congr.& si legatum sit adeo tenue, vt non sit, qui velit onus illi iniunctum subire, quia adhuc pro reductione dicti oneris ab ijs, ad quos spectat, Sedes Apostolica erit adeunda *veruntamen* (subsequitur) *si in ipsa beneficij erectione expresse cautum fuerit*, *vt liceat Episcopo iniuctum onus reducere*, *ac moderari*; *legem hanc fundatoris*; *quam decreta hac de re edita non sustulerunt*, *esse validam*, *& obseruandam*.

SECVNDA DVBITATIO.

37 QVod est secundum requisitum, quod debet cócurrere in eis, qui hoc Priuil. obstinendi beneficia potiri volunt.

Resp. quod secundum requisitum est, vt sint legitimi, & ex legitimo matrimonio; nam spurij, & alij illegitimi inhabiles sunt ad beneficia Ecclesiastica; cum nec ad ordines, neque ad clericatum admittantur *c. innotuit*, *de elect.* & de hac illegitimorum inhabilitate latè per *S. ayr. de cẽs. lib. 6. c.* 10. *Auil eod. tract.* 7. *p. disp.* 3. *dub.* 6. *& Suar. de cens. disp.* 50.

An autem expositi, quorum parentes ignorantur, pro legi-
38 timis habendi sint.

Nonnulli existimant, hos filios, de quorum parentibus non constat, non esse censendos legitimos, & vti tales ad Sacros ordines, & ad curatum beneficium non posse ab Episcopo dispensari. ea ratione, quia non solent filij legitimi exponi; sed potius expositi, nasci ex furtiuis, & fornicarijs congressibus, *ita Couar. in clem. si furiosus* 1. *p. num.* 9. *Sayr. dicto lib.* 6. *c.* 10. *tol. lib.* 1. *c.* 53. *num.* 3. *Valerius Reginaldus in praxi fori pęnit. lib.* 30. *num.* 77. *& pleriq; alij.*

Sed quod prædicti legitimi sint censendi, & capaces ordinũ, & dignitatum, resoluũt ma-
39 gis communiter Doctores. Ea ratione, quia in dubio sumenda est coniectura, quæ excludat delicti præsumptionem; quod sanè necessariò supponũt, & præsumunt, qui filios naturales, vel spurios, dicunt esse præsumendos, ita *Paleoth. de nothis, & spurijs c.* 63. *nu.* 3. *Menoch. de præsũpt. lib.* 6. *q.* 54. *num.* 20. *Barbosa par.* 3. *alleg.* 52. *nu.* 110. *Bellectus par.* 1. *disquisit. cleric. tit. de discipl. cleric.* §. 2. *num.* 24. *fol.* 25. *& alij.*

Et vtramque opinionem esse, probabilem, testantur *P. ledesma*

desma in summa de matr. c. 34.8.difficul.& Suarez. d. disput.50.sect.4.nu.4.

Prædicta autem doctrina de inhabilitate illegitimi. Primo
40 fallit, vbi per sequens matrimonium fuerint legitimati, nam filij naturales, quoad omnia (præter Cardinalatū ex constit. Sixti V.) efficiuntur verè legitimi per subsequens matrimonium, *c. tanta, qui filij sint legitimi, & ibi glo. & Abb. num.4. Vgol. de irregul. c.44 §.3. & Sayr dict. lib.6.c.10.num.13.* filij vero
41 spurij putatiui naturales, nō legitimantur per sequēs matrimonium, vt contra *glo. in dicto c. tanta, tenent Io. And. & Abb. ibi, & alij apud Sāch. dicto lib.8. disp.7.num.18.*

An autem filij habiti ex incestu, quorum parentes postea cō-
42 traxerunt matrimonium ex Papæ dispensatione, cū clausula apponi solita in dispensationibus cum copula, (*prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendam legitimam decernendo*) per subsequens matrimonium legitimi efficiantur, & ex eo verè legitimi censeantur; non solum quo ad spiritualia, sed etiam, quo ad temporalia. Vide tradita per *Molin. de hysp. primog. l. 3. c 2. num.11. Garc. p.7.c.2. à num. 39. & Sanch. lib. 8. de matr. disp.7.nu.14.*

Est tamen aduertendum, quod si facta dispensatione, & legitimatione prolis susceptę,
43 parentes pœnitentia ducti, matrimonium minime contraherent, proles suscepta nullatenus erit legitima. Quia Pontifex eam legitimationem concessit in fauorem matrimonij ineūdi inter parētes prolis, nullatenus alias concessurus, vt notat idem *Sanch. num.15.*

Quid autem dicendum sit de tali dispensatione superuenienti, an confirmet præsen-
44 tationem ad beneficium, illiusuè collationem, electionem, vel confirmationem, quæ irrita fuerunt, absq; noua præsentatione, collatione, vel electione; in tantum, quod possit licitè retinere beneficium illud.

Abbas in c. innotuit num. 11. de elect. hac vtitur distinctione; Aut enim, vitium electi erat eius generis, vt non reddat nullam ipso iure præsentationem, collationem, electionem, vel confirmationem, sed facultatem cessandi concedat, tūc dispensatio sequēs sufficit, absque nouo consensu eorum, quibus præsentatio, electio, confirmatio, vel collatio incumbūt. Aut reddit nullam ipso iure, & tunc,

ait,

ait, posse sustineri opinionē, *specul. in tit. de dispensat. §. nūc de Episc. in fine*, & aliorum, qui tradunt non requiri nouam præsentationem, &c. dummodo id vitium notum esset his. Quia non possunt allegare nullitatem ex facto ipsis cognito, *argum. tex. in c. nulli, de elect. in 6.* Sed debent in priori consensu perseuerare; si autem ignorabāt id vitium tempore præsenta-
45 tionis, electionis, confirmationis, vel collationis, ait, nō sufficere dispensationem; sed nouum eorum consensum desiderari, quo velint stare priori illi actui, quia ex *d. c. nulli*, constat, posse electores impugnare electionem propriam, ex facto eis de nouo detecto, & hanc opinionem probabiliorem fateor, vt etiam censet *Sanch. d. lib. 8. disp. 7. nu. 17.* Qui aliorum opinionem probabilem dicit, quando vitium, ob, quod hi actus fuerunt irriti, sit occultum, & dummodo non sit in præiudicium tertij coelecti; & dummodo beneficiatus ille nō acceptauerit sciēter cum vitio illo, collationē beneficij; nam tunc esset intrusus, & oporteret obtinere, etiam dispensationem intrusionis: non tamen esset intrusus, si non acceptauit collationem, sed tantum præsētationem, aut electionem; Quia intrusus dicitur, qui
46 absque canonico, & legitimo titulo, sed vitioso beneficium capit, vt docet *Rebuff. in praxi benef. regul. de subrog. collitig. glo. 4. num. 5. & Siluest. verbo intrusus, & Nauar. c. 27. num. 194.* quos etiā *sequitur Sanch. cit. loco*.

Secundo, fallit præfata doctrina, vbi per Papā fuerint legitimati, quia tunc vt legiti-
47 mi habebuntur, quo ad ordines, & ad obtinenda beneficia, vt per *Auilam de censur. 7. p. disp. 3. dub 6. 4. notab. & alios*.

Tertio, fallit, vbi fuerit cum illegitimis dispensatum, per habentem ad id potestatem,
48 *c. 1. de filijs præsb. in 6.* Poterit autem Episcopus cum illegitimis, ex quocumq; coitu damnato dispensare ad minores ordines, & ad beneficium, sine cura tantum, *ex d. c. 1. & ibi per glo. et doct. Sayr. d. l. 6. c. 11. num. 8. Campanil. in diuers. rubr. 11. c. 13. num. 81. Bellettus par. 1. tit. de discipl. cler. §. 3. num. 25.* cum sunt vitę honestæ, & virtute prædit, *Lambert. de iurepatr. 1. p. 2. lib. q. 7. ar. 11. num. 12.* nam in dicta dispensatione per Episcopum facienda, cū sit inferior Papa, requiritur causa,

causa,& quod eorum suffraganțibus meritis fiat, *Man. Rodriq.q.regul.*1. *tomo.q.*13. *ar.*14.*Nauar.conf.*45.*nu.*2.*de homicid. de Graffis de eff. cleric.in prælu.num.*332. *& alij apud Barbos. par.* 2. *all.* 45. *num.*19.

Sed vtrum dispensatus ad ordines,censeatur dispensatus ad beneficia.

Resp.nequaquam; cum dispensatio sit odiosa, & strictè interpretanda *Rota decis.* 533. *p.*1.*in nouiss. & alij apud D. Ricc.p.*1.*decis.*95. qui ita,in facti contingentia testatur, fuisse resolutum in Curia Archiep.Neap.

49 An autem possit Episcopus cum eis dispensare super pluralitate beneficiorum simplicium, vt possint plura retinere.

Dico,non posse, *per tex.in d.c.* 1.*de filijs præsb. in* 6. qui loquitur in singulari, & cum simus in materia prohibitiua ad plura non extenditur, *c. gaudemus,de diuortijs*. *Ita Silu.verbo beneficium* 3.*num.* 17.*Valentia* 4.*to.disp.*7.*q.*1ᵃ. *puncto.*3.*Tolet.lib.*1.*c.*53.*nu.* 4. *Eman.Sa.ver.beneficiũ nu.* 19.*Sanch.lib.*8. *de matr. disp.* 51.*num.*6.*Barbosa par.*2. *all.* 45.*num.*28.*& Azor.*2. *p. lib.* 6.*c.*3.*q.*12. id tenens etiam, quando vnum beneficiũ ad sustentationem non suffice-
50 ret Quidquid dicant *glo.in c. fin. de filijs presby. Selua de benef.p.*2.*q.*12.*nu.*19. *& Menoch.de arbitr.casu* 201.*num.* 156.

Sed an valeat Episcopus dispen-
51 sare cum prædictis ad dignitates.& personatus,etiam sine cura.

Resp.cum communi doct.opin. quibus accedunt *Less. lib.*2.*c.* 34.*nu.*8. *Campanil.in diuers. rub.*11.*c.*13.*num.*86.*Barbosa cit. num.* 29.*& Tolet.lib.* 1.*c.* 53. *num.* 4. Episcopum hoc casu nõ posse dispensare, sed solum Papam. tum,quia *tex. in d.c.*1. solum intelligendus videtur in beneficijs simplicibus,non autem in personatu,vel dignitate, quæ curatis solent equiparari,*vt in c. dudum,de elect.* tũ etiam,quia, *ex tex.in c.fin.de filijs præsby.* habetur, quod illegitimus, absque Papæ dispensatione ad dignitatem, vel personatum,vel beneficium curatum promoueri non potest, iuxta quod videtur intelligendus *tex.in d.c.*1.*verb.benef.* Quidquid aliqui aliter sentiant.

52 An vero Episcopus possit dispẽsare cum illegitimo in Canonicatu Cathedralis ecclesiæ.

Doctores communiter affirmant, vt tradit *Nauar.conf.* 4.*de*

4.de fil.presb. nu.4. quem sequuntur Campanil.d.c.13.nu. 82. & alij. nam *tex.in d.c.1.* permittit dispensationẽ episcopis in beneficijs sine cura; at canonicatus ecclesiæ Cathedralis est beneficium sine cura, vt notatur in *cap. super eo, de præb.in 6. ergo*.

Sed vt docent *Maiol. de irreg. lib.1.c.8.n.11.Cãpanil.d.c.13. nu.83.et Barb.d.p.2.all.45.n. 33.* Quãuis olim hęc cõmunis sententia fuerit vera; hodie
53 tamen, cum omnes canonicatus Cathedralium annexũ habeant ordinem sacrum, iuxta *decretum S.C. Trid. sess. 24.c.12 de refor.* per consequẽs, cum episcopus nõ possit habilitare ad sacrum ordinem, neque ad canonicatum in Cathedrali dispensare poterit. Ita etiam tenẽt *Sayr.d. lib.6.c.11.n.13.Less.d.l.2.c.34 n.86.Auila 7.p. disp.3.dub.6. & Garc. d.p.7.c.2.nu.68*. qui cum Lessio, addit. Quod si cũ illegitimo fuerit per Papam dispensatum ad sacros ordi-
54 nes, ex quo non censebitur dispensatus ad beneficia, poterit episcopus, etiam hodie dispensare ad canonicatum Cathedralis, iuxta prædictam communem sententiam; nam dum cum ea dispensatione sit habilis iam ad sacrum ordinem, quem præbenda requirit, cessat ratio, de qua supra.

Est tamen aduertendum, vt aduertit *Garc.nu.71*. quod ho-
55 die per Papam dispensatur, cum illegitimis ad obtinenda quæcumq; beneficia, præter dignitates, & canonicatus in Cathedralibus, ac principalem in collegiata, dummodo plura non sint.

56 An autem, possit episcopus cum illegitimo dispensare ad canonicatum ecclesiæ collegiatæ.

Et dicendum est, posse, vt tenẽt *Gonz.glo.5. nu.98. Auila de cens.p.3. dub.6.3.not. Bellect. d.§.3.nu.27.& Barbo. d.p.2. alleg.45.nu.25*. cum non habeant annexum sacrum ordinem.

Sed quid dicendum de beneficio simplici requirenti sa-
57 crũ ordinem. An possit episcopus cum illegitimo in eo dispensare.

Resp. negatiue iuxta *gl.in d.c.1. verb.beneficium*, sic intelligẽs ea verba tex. *dummodo sit tale*; quam DD. ibi, sequuntur, & tradunt quoq; *Campanil. d.c.3.n.85. Barbo.d.p.2.alleg. 45.num.30.Sayr.d.li.6.c.11. n.11.& alij*. Quorum opinio procedit, etiam si non requirat sacrum ordinem actu tẽpore collationis, sed post, vt notat *Garc.n.u.66*. ex eo, quia qui

qui ad beneficiũ ꝓmouetur debet esse habilis tempore promotionis, habito saltem respectu ad ea, quæ sibi incũbunt ratione beneficij, *vt in d.c.dudum, primo, de elect. & c.si pro clericis, de præbend. in 6. Ita Imol.dom.& Franc.in d.c.1.*

Quid autem dicendum sit de illegitimis filijs, & nepotibus 58 præsbyterorum circa beneficia, & pẽsiones; Ecclesiasq; paternas, & è contra. vidẽda sunt tradita per *Garciam d. par.7.c.3. Gigãt.de pens.q. 86. Barbos.p 3.alleg.65. qui alios refert, & par. 2.alleg.45. Nouar. conclus.4. de benefic. D. Ricc.p.2.dec.300.& p.4.decis. 186.& 283.* vbi præcipue concludit, dispositionem *S. C.Trid.sess.25.c.5. de reform.* dum prohibet filios clericorum acquirere beneficia paterna, non habere locum in nepote legitimo ex filio spurio, *ex doct.Nauarr cons.5.de filijs præsb. & de Franchis decij.27.*

Nec est prætermittendum, vt refert *Seraph. decis.* 1442. filios legitimos, non prohiberi obtinere diuersum beneficium in eadem Ecclesia, sed idem, quod pater obtinuit; idque immediate, vt per *Barbos.cit.p.3.alleg.65. num.* 17. *qui ex Garcia p.7.c.3. nu.* 28. *& Armendar.in addit.ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 19.lib. 1.de filijs præsb.n.4.* asserit tentum, patrem nulla dispẽsatione indigere ad obtinendum immediate beneficium filij legitimi, ac etiam dicunt, non esse prohibitum, quin pater, & filius, etiam illegitimus possint missam celebrare in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineãt in ea beneficium, sed id fiat ab altero deuotionis gratia, & ab altero causa legati, quod relictum sit missam celebrantibus in eadem Ecclesia.

Vtrum vero illegitimus prohibeatur habere beneficium, vbi pater obtinuit beneficiũ manuale, seu ad nutum amouibile. Vide tradita per *D. Ricc.par.4.decis.204.*

TERTIA DVBITATIO.

59 QVod est tertiũ requisitum in illis, qui hoc priuilegio obtinendi beneficia gaudere volunt.

Resp. quod est ætas legitima. & omissa ętate, q̃ de iure, ante Conc.Trid. requirebatur; sũmatim referemus ętatem hodie requisitam in quolibet beneficio.

Et Primo, pro obtinendo beneficio simplici, requiritur ętas qua-

quatuordecim annorum, ex decreto eiusdem *S. C. Trid. sess. 23. c. 6. de refor.* contra quod, vt rectè ait *Azor. 2. p. lib. 6. c. 5. q. 9.* non potest Episcopus dispensare. Quod censuit Sacra Congreg. procedere, nisi in fundatione aliter dicatur, quia non est ei derogatum; prout testantur *Eman. Sa. verbo beneficium num. 30. Gonsalez. ad regul. mens. glo. 5. num. 91 D. Ricc. in praxi fori eccles. resol. 331. & in collect. decis. 860. & Campanil. in diuers. rub. 7. c. 6. nu. 2.*

61 Vnde Episcopus non potest indulgere cuiquam, vt ante decimum quartum annum beneficiũ simplex obtineat, sed solus Summus Pontifex, ex cuius dispensatione potest etiã infanti beneficium conferri, vt tradunt *Thom. Valasc. alleg. iuris tom. 1. alleg. 7. num. 10. Barbosa p. 3. alleg. 60. num. 74. & alij.*

62 An autem debeat esse 14. annus completus.

Sacra Congreg. censuit prædictũ *cap. 6. Conc. Trid.* non prohibere, q n ille q iã 14. annũ suæ ætatis attigit, licèt non dum expleuerit, possit beneficium obtinere, & ita tenent *Henriq. in summa lib. 10. c. 19. §. 2. Gonsalez. cit. glo. 5. num. 90. & 95. Less. lib. 2. c. 34. num. 109. Barbosa alleg. 60. p. 3. num. 76. D. Ricc. d. resol. 331. & in decis. Cur. Arch. p. 1. decis. 281. Campanil. d. c. 6. nu. 2. & Nouar. concl. 2. num. 4. de ætat. benef. affirmans de cõmuni.* Quãuis non sufficere hanc ætatẽ 14. annorum inceptorum, sed debere esse completam, teneant *Mandos. de ætat. min. c. 4. num 15. & Tuscus conclus. 338. num. 10. & 15. lit. E.*

Et hæc prohibitio, de obtinendo beneficio ante ætatem 14. annorum, vt supra, subsistit, nedum si per viam collationis daretur; verum etiam præsentationis, electionis, aut alterius prouisionis; stante generica prohibitione S. C. Trid. ob verbum, obtinere, quod est generaliter, vt sentit *Mãdos. cit. loco num. 17.* quem refert *Campanil. d. rub. 7. c. 6. n. 6.* & quamuis *Nouar. loc. cit. num. 8.* existimet minorem 14 ann. esse habilem, vt præsentari valeat ad beneficium iurispatronatus ex declarat. S. Congregat. de qua fit mentio *in decis. Rotæ diuers. par. 1. decis. 482. num. 3.* occasione cuiusdam de genere fundatoris præsentati, qui erat constitutus in 12. anno, quam decisionem refert, etiam *Garcia p. 7. c. 1. num. 10.* Aliter tamẽ, fuit decisum in Cur. Arch. Neap. scilicet, non posse præsentari minorem 14. ann. ad benefi-

cium iurisdat. etiam pendente supplicatione dispensationis Summo Pontifici porrecta, vt testatur *D. Ricc. decis.* 343.*par.*4.cum nulla sit diuersitatis ratio in vtroq; vt idem notat *p.* 3.*decis.* 26.

Sed num dispensatus à Papa, vt ante ætatē 14.ann.possit obtin benef. simplex; Valeat. 63 aliud simplex obtinere ab Epis.absq;noua dispēsatione.

In hoc dubio dicēdum est, quod cum obtinens dispensationē ad simplex beneficium obtinendum dicatur habilitatus ad alia simplicia, vt resoluit *Campanil.in diuers.rub.*11.*d.c.*13.*num.*98 poterit in euentu, de quo agimus, huiusmodi capax, & habilis per dispensationē factus, ad alia similia simplicia ab Epis.impetranda, dispensari, dummodo ius non resistat. *Ita D.Ricc. in prax. var.resol.*64. *& Barbosa p.* 2. *alleg.*45 *num.*35.

Est tamen obseruandum, quod si beneficium esset regulare, & non haberet anexam curā animarum, requireretur decimus sextus annus completus, cum tale beneficiū non possit conferri, nisi professo, *c.nullus, de elect.in* 6. & hodie post *S.C.Trid.* nō possit fieri professio ante decimum sextum annum completum, alias esset nulla, *vt in Trid.sess.*25. *de reform.c.*15.*vt notat D.Ricc p.* 4. *decis.*281.

Quando autem in defectu regularium, possint beneficia regularia conferri clericis secularibus, vide per *Gonsalez. ad regul.*8.*Cancel.glo.*8.*nu.*43. *et* 77.*& Ricc.p.*4.*decis.*355.

Secundo, pro obtinendo canonicatu Ecclesiæ Collegiatæ, etiā in signis, requiritur ætas 64 quatuordecim annorum, saltem inceptorum, sicut ad alia beneficia iuxta dispositionē iuris communis, ex quo in hoc, *S.C.Trid.sess.*22.*c.*4.*de refor.* nil innouauit, seu disposuit in particulari, vt declarauit *Sac.Congreg.cuius responsa referunt Garcia p.* 7.*c.*4.*num.* 37.*& Nouar.cit.conclus.* 3.*n.* 6.*Ita Mā.Rodriq.quæst.reg.to.* 1.*q.*11.*ar.*2.*Mundos. cons.*20. *Gonsalez ad regul.*8. *Canc.glo.* 5.*num.*29.*D.Ricc.in prax.fori Eccles.resol.*512. *num.* 3. *& alij.*

Tertio, pro obtinendo canonicatu Cathedralis Ecclesiæ, cū hodie, ex decreto eiusdem *S.* 65 *C.Trid.sess.*24.*c.* 12. *de refor.* omnes canonicatus, & portiones Cathedralium Ecclesiarum habeant annexū aliquem ordinem Sacrum, & vt ad ipsos, quis promoueri possit requiratur ætas præscripta in eodem *S.C.Trid. sess.* 23.*c.* 12 .*de refor.* est dicendū, quod requi-

requiritur ætas ad illum ordinem necessaria, quē canonicatus, vel portio obtinēda habebit annexum, si obtinere volens, illo ordine Sacro, quē requirit, non fuerit initiatus.

Sed quia in eodem *Conc. sess.* 23. *c.*12. *de refor.* dicitur, quod nullus ad Subdiaconatus ordinē ante 22. ad Diaconatus an-
66 te 23. & ad Præsbyteratus ante 25. ætatis suæ annū promoueatur, & in alio decreto *sess.*24.*c.*12. *de refor.* dicitur, quod nemo recipiatur ad dignitatem, aut portionem, nisi eo ordine Sacro, aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbēda, aut portio requirit; aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, vel ab eadem Sancta Synodo statutum, idest, infra annum, iuxta aliud decretum *c.*4. *de refor. sess.*22. initiari valeat, ideo.

Quæritur, an in eo, qui voluerit obtinere canonicatum habētem annexum v. g. Sacerdo-
67 tium, requiratur ætas 25. annorum inceptorum, pro vt requiritur, vt possit eo ordine insigniri; an vero sufficiat, vt sit in tali ætate, vt infra annum possit ad Sacerdotium promoueri.

*Lessius de Iust. & iure lib.*2.*c.*34. *num.*110. existimat, eum, qui accipit beneficium, quod requirit Subdiaconatum debere inchoasse annum 21. nam debet esse habilis, vt intra annū fiat Subdiaconus, Subdiaconus autem fieri nequit ante 22. inchoatum; Quod si beneficium requirat Diaconatum, debebit saltē inchoasse 22. vt in principio anni sequētis possit fieri Diaconus; si sacerdotiū, debebit inchoasse 24. alioqui irrita erit collatio.

Sed *Garcia d. p* 7.*c.*4.*num.*21. cēset, quod ille, qui voluerit obtinere canonicatum, aut portionem Cathedralis Ecclesię, si non sit initiatus illo ordine sacro, quem canonicatus, aut portio habet annexū, debet esse in ætate ad talem ordinē requisita à *S.C. Trid. sess.*23.*d. c.*12. *de refor.* & sic si habet annexum præsbyteratum, debet habere ætatem 24. annorum, seu esse maior 24. annis, ita quod attigerit 25. si habet annexum ordinem Diaconatus, debet habere ætatē 22. annorum, seu esse maior 22. annis, ita quod intrauerit in 23. & si habet annexū ordinē Subdiaconat. debet habere ætatem 21. ita quod attigerit 22 annum; *Sic Henriq. in sūma lib.*10.*c.*19.*§.*2. *Maiol. de irregul. lib.*1.*c.*30. *num.*12. *& alij apud D Ricc par.*4. *decis.*310.

Est tamen aduertendum, quod in Ecclesijs, vbi nec ante Cōcil. nec post, facta fuit desi-

gnatio, distributio, & annexio
68 sacrorum ordinum, & sic nullus ordo sacer Canonicatui assignatus est, qui canonicatum consequi intendit, debebit esse in Subdiaconatus ordine constitutus, vel in ætate requisita ad Subdiaconatum; nempe, quod attingat 22. suæ ætatis annum iuxta traditã per *Io hier. Campanil. in diuers. rub. 7. c. 6. n. 26.*

Aduertendum est quoque, quod in canonico pœnitẽtiario, vltra gradum doctoratus, vel
69 licentiæ in Theologia, vel iure canonico, requiritur ætas 40. annorum, seu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, iuxta decretum *Conc. sess. 24. c. 8. de refor.* & dicti 40. anni debent esse completi, quia dicitur in plurali 40. annorũ, *ex glo. in. clem. generalem, de ætate, et qual. et alijs apud Garciam p. 7. c. 4. num* [illegible] *& c. 7. n. 43. licet Azor. d*[illegible]*6.* dicat sufficere 40. a[illegible] inchoatum, vt etiam re[illegible]nt *Barb. p. 3. alleg. 55. nu 9. & Nouar. concl. 5 de ætat. beneficiand.*

Quod si aptior pro loci qualitate non reperiatur, non obsta-
70 ret defectus ætatis 40. annorum, pro vt tradit *Garc. num. 33.* qui existimat sufficere, quod non reperiatur in Ciuitate, vel Diœcesi persona apta cũ dictis qualitatibus, nec esse quærendam extra Diœcesim; *arg. tex. in c. nullus, dist. 61. & c. sacrorum, dist. 63.* vt alius, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, possit in pœnitentiarum eligi; sed si non reperiretur talis persona apta in diœcesi, & Episcopus eũ vellet eligere extra diœcesim, non posset eligere, nisi dictas qualitates habentem, si talis ibi commodè reperiri potest, *Garcia nu. 34. & sequitur Nouar. cit. concl. 5. de ætat. benef.*

Quarto, pro obtinendis beneficijs habentibus annexum or-
71 dinem sacrum, licet nõ actu, ex fundatione, consuetudine, statuto, vel priuilegio, requiritur ætas requisita ad ordinẽ annexum, *c. ei cui, de præbend. in 6. glo. in c. cum in illis, de præbend, eod. lib. 6. verbo prouideri, ita Francus, & alij in d. c. ei cui, Lambert. 1. p. 7. lib. q. 7. ar. 27, nu. 8. & Garcia num. 51. qui alios refert.*

Quinto, ad obtinẽdam aliquam Ecclesiasticam dignitatem inferiorem Episcopatu, habentem tamẽ curam animarum,
72 requiritur ætas 25. annorum, saltem inchoatorum, vt habetur expresse in *c. cum in cunctis §. inferiora, de electione, & in S. C. Trid. d. c. 12. sess. 24. Ita Lessius dicto l. 2. c. 34. num. 107. Nauar. c. 25. n. 116. & alij.*

Sexto,

Sexto,ad obtinendum beneficiũ Parochiale, requiruntur 25. anni inchoati, *c.licet canon.de*
73 *electione in 6.Ita Lessius num,* 108.*Nauar.ibidem,et alij apud D.Ricc.p.4.decis.*349.

Et est obseruãdum, huius occasione,quod beneficium Curatum non posset obtinere Canonicus regularis sine Apostolica dispensatione, nec in perpetuum, nec ad tempus, *Verall.decis.*223. *D. Prosp. de Aug. ad Quarantam verbo can.regular.D.Ricc. par.* 1.*decis.*159.*& p.4.decis.*355. *num.* 7.*et per Azo.inst mor.lib.*6.*c.*4. *q* 22.*&* 23 *& ita in praxi seruatur, vt testatur Gonzalez ad regul* 8 *Cancell.glo.*7.*num.* 53 referens,etiam in hoc declarat.Sac. Congr.

Septimo ad obtinendas alias dignitates,vel personatus, qui-
74 bus nulla subest cura animarum,requiritur,ex eodẽ *Conc. c.*12.*sess.* 22. vt non sit minor 22. annis *Less.cit.nu* 108.*Nouar conclus.*3.*de ætate benefic. & alij.*

An autem 22.annus debeat esse
75 in casu prædicto, inceptus, vel completus.

Quidam asserunt sufficere inceptum, *ita Zerola in praxi Epi. par.*1 *verbo beneficia §.*1.*Azo. p.*2.*lib.*6 *c.*59.*num.*3.*& Emanuel.Sa.verbo beneficiũ n.* 31.

Contrarium tamen dicendum, est nempe 22. annum debere esse completum,nam illa formula, qua vtitur Concilium, vt non sit minor 22.annis,insinuat debere esse completos. nam, qui nondum compleuit,est minor ætate. *Ita Lessius dicto c.*34.*n.* 108. *Molina de Iust.* 2. *tom. disp.*573. *Mandos.de ætat.minor. cap.*1. *num.*101.*Garcia p.*7.*c.*4.*num.* 70.*& Nouar.d.concl.*3.

Sed an præfatum *Dec. Conc. sess.* 22.*c.*12. comprehendat, non
76 solum dignitates,& personatus in Ecclesijs Cathedralib. sed etiam in collegiatis.

Affirmant *Armendariz in add. ad recopilat.leg. Nauar. lib.*1. *tit.*18.*l.*7.*num.*2.*& Garcia d. c.*4.*num.*62.ex eo, quia cõcil. in hac parte generaliter, & absolute de dignitatibus, & personatibus,loquitur.

Nihilominus contrarium censent *Piaseg.in praxi p.*2.*c.*[illegible].*n.* 21.*Zerola in praxi p.* 1. *verbo beneficia §.* 1. *Rodriq. quæst. reg.tom.*1.*q.*11 *art.* 2. *Ricc.in praxi fori eccles. resol.* 512. *& Nouar.concl.*3.*de ætate beneficiand.num.*[illegible].vt per eos,& dictum est supra nu.64.

Aduerte tamen, illud, quod dictum est de ætate 22. annorũ requisita ad dignitates, & psonatus sine cura, est intelligendum,nisi alias habeant annexum ordinem presbyteratus;

tus, qa tūc requireretur ætas ad sacerdotium requisita, & sic proportionabiliter, si Subdiaconatus, vel Diaconatus ordinem haberet annexum, vt diximus supra n.65.

Octauo, ad Episcopatus culmen promouendus, debet esse maior triginta annis; ita quod
77 30. annum, iam exegerit, & in sacro ordine saltem ante sex menses constitutus, *c. cum in cunctis de elect. Sac. Conc. Trid. sess. 7. c. 1. & sess. 22. cap.* 2. & in terminis multum specifice declarat Bulla *Gregor.* 14. *fel. rec.* quæ incipit, onus Apostolicæ seruitutis, publicata dio 15. Martij 1591. & refert *Barb. de offic. epi. par.* 2. *alleg.* 1. *nu.* 28. *Ita Vgolin. eod. tract. par.* 1. *c.* 1. *num.* 6. *& alij*.

Et quod dictum est de Episcopis, dicendum est de Patriarca, Primate, & Archiepiscopo; nam quamuis hi nomine, & iurisdictione inter se differant; officio tamē conueniūt, quia idem est. *Leo in Thesau. fori ecclesiast. c.* 2. *nu.* 29. *Massobrinus in praxi habend. concursf. ad Paroch. requis.* 10. *dub.* 11. *num.* 20 *Nouar. conclus.* 7. *de ætate benef. & per Carol. de Grassis de eff. clericat. in preludio* 2 *nu.* 210.

Nono, in Cardinalibus requiritur ætas, quæ in Episcopo requiritur, *ex Sac. Conc. Trid. re-*
78 *latis in locis, vt tradunt Massobrinus loco cit. & boieda de incompat. benef. cap.* 27. Hodie tamen, vt Aduertit *Illustris. Card. Paleotus de Sacri Consistorij consultatione* 4. *p. q.* 1. Diaconus Cardinalis esse potest, qui in 22. suæ ætatis anno fuerit constitutus, *ex Const. Sixti V. de Cardinaliū num. ordine, ætate, tempore, qualitate, & officio.*

Decimo, ad coadiutoriam à Papa concessam, requiritur eadem ætas, & habilitas, quæ requiritur, & sufficit ad titulum
79 beneficij, *Ita Caputaquen. decis.* 127. *d.* 1. *Gonsalez. glo.* 5. §. 9. *nu.* 6. *& alij.*

Huius occasione, nō est prætermittendum, quod coadiutores Canonicorum, seu dignitatum, etiam perpetui, & cum futura successione, non tenentur emittere fidei professi. vt canonici *iux. Conc. Trid. sess.* 24. *c.* 12. *de ref.* vt notat *Barbos. ip.* 3 *all.* 61. *num.* 13. nisi cum fuerit successioni locus. Quia coadiutor non est in possessione Canonicatus, sed coadiutoriæ.

Vndecimo, ad obtinendam pensionem, requiritur ætas septem annorum secundū *Gigāt. de pens. q.* 13. Sed secundum alios, ætas requisita ad beneficium simplex, vt dicemus loco suo, in cap. seq. n. 13.

Duo-

Duodecimo, & tandem, Capellania erecta, siue fundata absque auctoritate ordinarij po-
80 test obtineri à minori 14. annorum, vt docet *D Ricc. in praxi fori. eccles. resol. 67. num. 6.* cū talis Capellania non dicatur beneficium ecclesiasticum, *glo. cōiter recepta, in clem. si beneficiorum, de decimis, verbo capellanus, Gonsalez. in reg. 8. Cancell. glo. 5. num. 27. Idem Ricc. p. 3. decis. 90. Velasc. decis. 6. num. 12. & per Felin. in c. cū omnes, de constitutionibus*, & dicemus inferius num. 250.

Est tamen obseruandum, quod prouisio facta non habenti ætatem requisitam, est nulla, etiam in conscientia; quod
81 procedit, licèt paruū, & modicum tēpus, vt vna dies, vel hora, desit ad ætatem requisitam; cum in his, quæ à iure determinata sunt, non liceat arbitrari, vt tradunt *Paris. de resig. lib. 4. q. 9. nu. 20. Vega in summa par. 1. c. 36. casu 5. & 21. Garcia p. 7. c. 4. n. 84. Man. Rodriq. in summa 1. tomo cap. 39. n. 1. & alij.*

Sicuti etiam disponitur de iure, quod anni pubertatis, quæ in masculo est in 14. anno completo, & in femina in 12. anno completo, *l. fin. C. quando tutor, &c.* & anni minoris ætatis, quæ est, tam in masculo, quam in femina de iure communi vsque ad annum 25. cōpletum, *l. 1. C. si minor, se maior. dixerit*; debent esse omnino completi, de momento ad momentum, pro vt de ætate minorum expresse disponitur. in *l. 3. §. minorem ff. de minorib. vbi glo. verbo momentum*, reddit rationem, quia agitur de fauore minorum, & publico simul; quæ ratiò militat, etiam in ætate impubertatis, vt notat *Sanch. in summa l. 4. c. 35. num. 3.* Qui addit eadem ratione, quod si nō constaret de hora natiuitatis, esset expectandus totius diei exitus, & si nec de die constaret, sed de mense, esset expectandus totius mensis exitus. Quod si nec de mense, esset expectandus totius anni exitus. Et si 25. ætatis annus compleretur sexto Kal. Martij, anni bissextilis, censendus esset, secundū *Sanch.* compleri die secunda, quæ similiter dicitur sexto Kal. Martij nēpe 25. Februarij in puncto horę correspondēti pūcto natiuitatis; & hoc ea ratione, quia vtraque dies censetur vna, & dies secunda est complementum quadriennij præcedentis, quæ deerat ad complemētum integri solis per zodiacū circuli, & ideo ad illius ætatis complementū dies esset accipiēda; sed secūdum *Silu. verbo ætas q. 3. Henriq.*

*riq.in summ 1 lib.10.c.19.§.2. Barbos.p.2.all.16.n.2. D. Ricc. in praxi fori ecclef. post resol. 276.in notabilibus de materia Sacram. ordinis vers. quo ad interstitia,*loquentes de eadẽ materia Sacr.ordinis,pro ætate legitima ordinis non esset computãdus dies bissexti,nec de illo curandum; cum annus à iure determinatus intelligatur ex 365. diebus continuis.

Et quamuis *in l. qua ætate ff. de testam.*dicatur, quod in ætate pubertatis ad testandum petita, sufficiat vltimam ætatis illius diem esse inceptam; dicendum est,quod ibi,tanquã quid spetiale id decernitur, fauore testamenti:ergo secus in alijs esset dicendum, vt aduertit *Sanch.ibidem, & in lib. primo de matrim. disp. 16. num.4.*

QVARTA DVBITATIO.

82 Qvod est quartum Requisitum necessarium in illis, qui hoc Priuileg. gaudere volunt.

Resp.& dico,quod est,vt sint sine vxore,nam coniugati, qui ordinari prohibentur, incapaces sunt huiusmodi priuilegio obtinendi beneficia, sine dispensatione, vt inferius dicemus,*c.2.c.diuersis fallacijs, & c.cum decorem, de cler. coniug.* ideo irrita erit beneficij collatio eis facta, post matrimonium contractũ,tanquam facta incapaci, vt patet in dictis iuribus, & in *Sac. Conc. Trid.dicta sess.24.c.4.& notãt D.Ricc. collect. decis.798. de Thoro in cõp.decis Cur. Arch. verbo clericus fol.8. et Nouar. concl. 2. de present.à patron. fac.*

An autem clericus validum cõtrahens matrim. ipso facto
83 amittat beneficia per prius obtenta: an potius iudicis sententia priuans, desideretur.

Et dicendum est, per contractũ matrimonij validum, beneficia clerici in minoribus constituti,statim ipso iure vacare. Ratio est,quia hoc minime statutum est in pœnam delicti, vt sic iudicis sententia desideretur;nullũ.n.del ctũ est inire matrimonium,sed id cõsurgit ex eo quia sponte assumit statum incompatibilem cum beneficio, ac proinde
84 per spontaneam dimissionẽ, eo ipso,illud videtur repudiare,nam contrario facto,iure proprio ceditur *l.1.C.de furtis et l. quod in hærede § eligere ff. de tributar.actiõ.*& huius sententiæ sunt *glo.in c.vnico,verbo clericalis, de cler. coniug. in 6.Silu.clericus 2.num.2.* Gigas de-

de pens.q.54.Nau.c.25.nu.120 Tol.in sum.l.4.c.18.n.4.Guid. Pap.dec.232.& Ric.p.5.collect. dec.1864. & alij.

Quorum sententia ampliatur. Primo, vt procedat,quamuis matrimonium,nondum consumatũ sit. Quia statim,ac ma-
85 trimoniũ,per verba de pĩenti initur,vacãt beneficia,cum in hoc euẽtu vere sit assumptus status incõpatibilis cũ beneficio.vt docẽt *Io.And.in d.c.1.de cler.coniu.n.5.Sayr.de cens.l.6. c.5.n.10. Barbos.p.3.alleg.57. nu.202.& alij,quos refert de Grassis eff.5.n.13.*

Secundo ampliatur, etiam si vxor,non dum cognita, dece-
86 dat, vel religionem ingrediatur,vt per *Barbos.cit.n.204.& Sanc.de mat. li.7.disp.42.n.19.*

Sed an per cõtractum matrimonij irritum, vt est inter con-
87 sanguineos, sine debita dispẽsatione,vel cum minori, amittat clericus ecclesiastica beneficia,quæ obtinebat.

Affirmat *Io.And.in cap.Ioannes nu.24.de cler.coniug.& alij relati per Carol. de Grass.eff.5. nu.21.* quia ex parte sua contraxit, & fecit qdquid potuit. Et qd si isto casu contraxerit sciẽter,vel ignorãter, & an sit priuatus ipso iure,an vero requiratur sententia,ponit *Dec. cons.165.*

Sanch.tamen d.lib.7. disp.43.n.2. probabilius existimat,quomodocũque,& ex quacumq; causa matrimonium sit irritum, nõ amitti ipso iure beneficia,
88 sed in delicti pęnam,contrahentem esse priuãdum per iudicis sententiam.& hanc partem tenent *Card.in clem. gratiæ, de rescript. Dec. cons.166. vol.1.& Less.li.2.c.34.dub.21. n.113.* qui testatur,quod ita consultus respondit; ex eo,qa canones loquuntur de matrimonio valido.

Si vero matrimonium esset nullum,ratione cõsensus, vt quia
89 contraxisset per vim,& metũ cadentem in cõstantem virũ, non vacarẽt beneficia,vt tradit de *Grass.cit.eff.5. nu.22.*

90 Sed quid de clerico contrahente sponsalia de futuro.

Dico,cum communi sentẽtia, vt testatur *Less.d.l.2.c.34. nu. 114.& de Grass.eff.5.n.16.* non amittere beneficia.

An autem clericus coniugatus, cum vnica,& virgine,gaudeat
91 huiusmodi priuilegio obtinẽdi beneficia,si perpetuam castitatem voueret cum vxore, iux.decis.*tex.in c.2.de cle.cõiu. Carol.de Grass.n.26.affirmat; sed glo.in d.c.2.verb.castitatem,*existimat, tũc hoc priuilegio gaudere, quando ambo coniuges essent senes, & communi cõsensu castitatem vouerent;vel si essent iuuenes,& ad religio-

nem transirent.

Alij vero Doctor. diuersimodè sentiunt, & intelligunt, text. prædictum, vt refert *Sanch. d. li.7.disp.42.n.16.* cũ quo censeo tunc clericum coniugatũ esse huius priuilegij capacem, quando legitima vxoris licẽtia obtenta promoueretur ad sacros ordin. ipsa sene promittente continentiam, vel iuuene profitente religionem.

Sed quæritur, an clericus coniugatus durante matrimonio,
92 possit gaudere hoc priuilegio obtinendi beneficia, ex dispẽsatione Episcopi, vel Summi Pontificis (nam eo soluto, si vnicam, & virginem habuit poterit eo gaudere, alijs requisitis concurrentibus.)

Quidam dicunt, ex dispensatione Episcopi, talem clericum gaudere posse hoc priuilegio obtinendi tãtum beneficium simplex; sed ex Pontificis dispensatione, etiam curatum, per *tex. in cap. Ioannes, de cler. coniug. ita Specul. tit. de dispens. §. nunc de episcoporum nu.4. & Host in summa c.2.nu.1. de cler. coniug.*

Alij autem verius censent, talem clericum non posse eo priuilegio gaudere, nisi ex Sũmi Pontificis dispensatione, pro quocumque beneficio, per *text. in cap. diuersis, de cler. coniug. ita Abb. in d.c. Ioannes num.7. Selua benef. 1.p.q.7.nu.17. Siluest. ver. benefic. 3.q.4. num.8. Alex. Carrer. l.3. de sponsal. c.3 Paris. de resig. l.4.q.2.num.28. Sanch. d. l.7. disp.42. nu.18. & Bened. Capra reg.97.nu.33.* qui testatur hanc esse magis communem opinionem recentiorum. eamq; sequuntur *Garc. p.7.c.5.n.4. & de Graff. eff.5.n.25. & eff.15.n.19*

Nec obstat *tex. in d. cap. Ioannes*; nam licet supponat, posse aliquãdo clericum coniugatum
93 habere beneficium; tamen cũ non declaret modum, debet intelligi ex legitima, scilicet, Pontificis dispensatione, prout sic explicat tex. illum *gl. ibi, ver. beneficium.*

Quid autem dicendum sit de clericis, & presbyteris Græcis, seu orientalibus, qui vtuntur
94 legitimo matrimonio contracto in laicali statu, vel dum erant in minoribus, *iux. tex. in cap. fi. 31. dist. cap. olim, de cler. coniug. & cap. quæsitum, de pœnit. & remiss. & per D. Car. Tapiam tract. de religios. rebus c.2. ver. ipso ingressu fol.345.*

Et in hoc dico, quod tales clerici oriẽtales legitime possunt obtinere beneficium ecclesiasticum, dummodo tale beneficiũ sit constitutum more Græcorum. secus si esset beneficium Latinorum. *ita de Graff. eff.5.n.25. & nu.42. & Piagg.*

in

in tract. de consuet. q.9.a nu.9. vbi alios refert.

QVINTA DVBITATIO.

95 QVale est quintum requisitum necessarium in illis, qui Priuilegio obtinendi beneficia, potiri volunt.

Resp. Quintum requisitũ, quod in ijs concurrere debet, est, vt non sint bigami, qui incapaces sunt ecclesiasticorum beneficiorũ *c.1. & 2.dist.33. c.1. & 2.de bigam. & tradunt Corras. de benef. p.3.c.4. Bellect. p.1. disquis. cler. §.6. Auila de cens. p.7. disp.8. du.1. & alij.* Quamuis cũ ipsis bigamis possit Papa dispensare, vt per *glo. in cap. super eo, de bigam. & DD. cõmuniter, vt fatetur Ric. p.1. dec.45.*

Quando autem, & in quibus casibus contrahatur bigamia, vide *Vgol. de irregul. c.56.§.7. Tol. lib.1.c.66. Suar. de censur.*
96 *disp.49. sect.3. Sayr. eod. tract. lib.6. c.3. Sanch. de matr lib.7. disp.83. Bonaci. de cens. disp.7. q.2. pun.5. Barbosa p.2. all.40. Car. de Graff. eff.1. nu.991. Cãpanil. in diuers. rubr. de person. prob. prom. cap. de bigam. & in ritu 37. Cur. Arch. Neap. n.15.*

97 Sed num possit Episcopus dispensare cum bigamo, in bigamia vera, vel interpetratiua.

In hoc DD. diuersimode scripserunt. nonnulli enim, censent, posse Episcopum dispensare, vt accipiat minores ordines, susceptisq. vtatur. ita *D. Tho. in 4.d.27.q.3.a.3. vbi Palud. q.4. ar.1. concl.4. Duran. q.4. glo. ver. dispensare, in c.2 de bigam. Azor. p.2.l.5.c.20.q.2. Iac. de Graff. decis. aur. lib.4.c.27.n.38 Miran. in man. præla. to.2.q.8. ar.2. concl.2. Sayr. de cens. lib.6. c.6.n.11. Auila p.7. disp.7. du.4 Paul. Comitol. respon. mor. li.1. q.106. & alij, quorum senten. vti probabiliorem defendit, & sequitur Sanch. de mat. li 7. disp. 86.n.11. & communiorem esse fatetur Bonaci. de censu. disp.7. q.2. pu.5. nu.15*

Alij vero tradunt, non posse Episcopum dispensare cum bigamo ad minores ordines, & beneficium; sed posse ei concedere, vt ministret in ordinibus minor. rite ante bigamiam susceptis ita *Abb. in cap. super eo, de bigam. Nauar. c.27.n.197 Valent. p.4. disp.7. q.19. pun.3. Viual. in cand. p.2. nu.34 Philiarc. de off. sacerd. to.1. li.4.c.7. & Ricc. in prax. for. eccl. resol. 463.*

Alij, denique, quibus accedo, docent, Episcopũ minime dispensare posse cum huiusmodi bigamis ad minores ordines, vel primam tonsuram, aut beneficium simplex. & ducũtur,

tum, quia *cap. vnic. de bigam. in 6.* interdicit bigamis in minoribus ordin. cõstitutis deferre tonsuram clericalem; nec cõmittit Episcopo dispensationem. tum etiam, quia S.C.T. *sess. 23. cap. 17. de reform.* generaliter statuit, minorum ordinum munia obeuntes, debere esse cęlibes, & non bigamos. ita *Couar. in clem. si furiosus, p. 1. §. 2. n. 4. Tol. l. 1. c. 26. nu. 8. Bellect. disq. cler. p. 1. §. 6. nu. 41 Genuen. in prax. c. 113. Garc. de benef. p. 7. c. 6. n. 5. Franc. Leo in thess. fori eccl. p. 2. c. 8. n. 36. Barbos. p. 2. all. 49. n. 43. & Bonaci. d. disp. 7. q. 2. pu. 5. nu. 15.* & secundum hanc sententiam fuit decisum in Cur. Arch. Neap. vt non possit Episcopus cum prædictis dispensare ad minores ord. & neque quoad vsum susceptorũ, vt testatur *D. Ric. par. 3. dec. 73. & pa. 4. dec. 331. nu. 8.*

In bigamia vero similitudinaria episcopus poterit dispensare cum eo, qui contraxit cũ virgine, iure sibi hoc cõcedẽte, *c. 1. qui clerici, vel vouen.* secus si cũ vidua, vel si duplex iniijt matrimonium. ita cõmuniter DD. vt fatetur *Barbos. nu. 26. & tradunt Valen. Sanch. Auil. Tol. & Bonac. loc. cit. quos sequitur Anton. Rague. in vase ecc. discipl. tit. de epis. q. 10. n. 19*

SEXTA DVBITATIO.

98 QVod est sextum requisitum, quod debet concurrere in illis, qui hoc Priuilegio gaudere volunt.

Resp. & dico, quod requiritur, vt habeant scientiam, & literaturam competentem, aptam, & idoneam pro beneficio obtinendo, *cap. cum in cunctis, de elect. cap. graue nimis, de preb. clem. 1. de æta. & qual. S.C.T. sess. 24. c. 18. de ref.* nam illiterati ab ordinibus repelluntur & incapaces sunt beneficiorũ, *cap. præcipimus 34. dist. cap. illiteratos dist. 36. Pari. de resig. l. 4. q. 11. n. 11. Ric. in prax. var. resol. 329. Bellect. disq. cler. tit. de discipl. cler. §. 5. Barbos. p. 2. all. 46. & p. 3. all. 63. & ante eos Diaz in prax. crim. c 21.*

Diuersimode autem pro beneficiorum diuersitate requiritur scientia in eo, qui ea voluerit obtinere. nam pro obtinendo
99 beneficio simplici, requiritur non tantum ea scientia, quæ ad primam tonsuram, hoc est, vt sciat fidei rudimenta, ac legere, & scribere, iuxta decis. *S.C.T. sess. 25. c. 4.* Sed maior sufficientia, nempe, quod sciat legere, construere, & cantare, *iuxta glos. in clem. 1. de conceß. preben. verb. reputamus, & ibi Abb. & DD. & Nauar. de ora. missell. 43. n. 3. & in cap. si quã-*

do

do,de rescr.excep. 13.*nu.* 13.vbi videtur velle sufficere, quod sciat legere,construere.Quod
100 videtur verum, & praxi receptum,non enim, solet fieri examen in cantu, & id quod dicit *d.glo.cum DD.* de cantu, procedet in seruitorio beneficio,qđ sequitur *Ric.cit.resol.* 329.*n.*6. Accedit etiam,quod docet *Hoieda.de incompat. benef.*1.*p.cap.fin. n.*39 Quod ad beneficium simplex,seruitium aliquod nõ requirens,nec ordinem aliquem habens annexum, sufficit prima tonsura, & sufficientia, quæ ad eam requiritur; nempe,quod sciat fidei rudimenta,ac legere, & scribere, & quod aliquantulũ linguam latinam intelligat, vt possit esse aptus ad officium recitandum. Quod etiam docet *Paris.d.lib.*4 *q.vlt.nu.*30. dicens, quod obtinentes simplicia beneficia sufficit, vt sciant, & possint recitare horas canonicas ad quas tenẽtur.& *& Gons.gl.*4.*n.*73.ait,quod suf
101 ficit,vt sciant,& possint recitare horas canonicas, ad quas tenentur, nec non construere,& intelligere. & *Azo. inst.mor.*2.*p.li.*6.*c.* 6.*q.*2.*&* 3. ait, quod scire debent latine legere,&intelligere,vt officiũ diuinum recitare possint,prout etiam refert *Garcia p.*7. *c.*7 *n.*9.*& sequitur Molf.in summa p.*1.*tract.*6.*c.*6 *num* 64.

Est tamen obseruandum, quod eo ipso, quod aliquis fuit ad-
102 missus,&ordinatus sacris ordinibus,præsumitur habilis,& idoneus,ad beneficiũ simplex; itaut non sit opus nouo examine, *cap.accepimus,de æta. & qual.Rota dec.*16.*diuers.p.* 2.*& Gons.d.gl.*4.*n.*84.*Caputaq.dec.* 367.*p.*2.*Boer.dec.*149.*num.*16. *Ric.cit.resol.*329.*n.*7.*& par.* 4 *dec.* 140. *& alij apud Bellect. cit.loc.nu.*43.*fol.*48

103 An autem beneficij collatio facta imperito,seu illiterato,sit ipso iure nulla.

Resp.affirmatiue, vt docent *Innocen. & Abb.in cap.cum nostris,de concess.præb. Diaz.in pract.c.*21.*n.* 6. *Corras.in tr.de sacerd.p.*3.*c.*5.*num.*3.*Paris.de resig.d.l.*4.*c.*11.*n.*19.*Vgol.de irreg.c.*3.*§.*2.*n.*29 *Vega* 1.*p. c.* 56.*casu* 17.*Car.de Grass.de eff. cler.in prælu.nu.*71. *Hoied.cit. cap.fin.Less.li.*2.*c* 34.*n.*129.*& alij apud Garc.p.*7.*c.*7.*n.*13. *& illis se subscribit Campanil.in diuers.rub.*11.*c.*14 *n.*5. Quorum opinio est intelligenda in eo, qui nunquam literas didicit;itaut prorsus illas ignoret, quia tunc dicitur prorsus illiteratus, qui non habet aliqua principia. *Rota diuers.p.*2.*dec.* 16.*n.*3.*Diaz.cit. Ric.d.res.*339 *n.*2.*Gons d.gl.*4.*n.*48.*& Barb. p.*3.*all.*63

In-

Inquit tamen, *Bellect. d.p.*1.*§*.5. *n.*20.*fol.*33. quod licet collatio beneficij facta illiterato, sit ipso iure nulla; si tamen ille postea literas addiscat, & eum, qui beneficium contulit non pęniteat pristinæ collationis, tacita quadam collatione reuiuiscit, *Salced. ad Diaz in prax. crim. c.*21. *de illiter.*

Secundo, pro obtinendo beneficio, quod habet annexum ordinem sacrum, requiritur ea
104 sciētia, quæ in ordine annexo est necessaria, iuxta dispositionem Conc. Trid. ita *Hoied. n.*38. *&* *Azo. d. q.*2.

Tertio, pro obtinēda scholasteria, de qua loqtur *S.C.T. sess.* 23. *c.*12. *de refor.* requiritur, vt qui eam obtinere voluerit, sit
105 Doctor, vel Magister, aut licentiatus in sacra pagina, vel in iure canonico, & alias idoneus, & qui per se ipsum id munus explere possit, alias prouisio erit nulla, vt in eodē Conc. statuitur; nam de iure communi antiquo, iuxta tradita per *Garc. p.*7. *c.*7. *num.*31. in nullo beneficio requirebatur gradus Doctoratus, vel licentiæ. & de hac Scholasteria agit *Duaren. de benef. li.*10. *c.*15.

Quarto, pro obtinendis dignitatibus in Cathedrali, vel collegiata insigni, idem *Conc. sess.* 24 *c.*12. *de refor.* monet, vbi com-
105 mode fieri poterit, vt illas obtinere volentes sint magistri, vel Doctores, aut licētiati in Theologia, vel iure canonico, sicut etiam loquitur de dimidia, saltim parte canonicatuum, vt per Doct. cit. & declarauit Sacra Congregat. his verbis: *Concilium hic horta-*
107 *tur, non autem præcipit, vt vbi id commode fieri potest, dignitates in Cathedralibus ecclesiis, & collegiatis insignibus cōferantur tātum Magistris, vel Doctoribus, vel etiam Licentiatis in Theologia, vel iure canonico.*

Sed Canonicus pęnitētiarius ecclesiæ cathedralis debet esse
108 Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure canonico, seu alias, qui aptior pro loci qualitate repe-riatur, ex decreto eiusdem Sac. Conc. *sess.* 24. *c.*8. *de ref.* *&* *notat Ricc. in prax. for. eccl. res.* 497. & diximus supra in 3. requisito nu. 69.

Quinto, pro obtinēda dignitate Archidiaconi, q dicitur oculus Episcopi, *c. ad hæc, de off. Arch.*
109 requiritur etiam gradus in omnibus ecclesijs, vbi fieri poterit, scilicet, vt eam obtinere volentes sint Magistri, seu Doctores, aut licentiati in Theologia, vel iure canonico, ex decreto eiusdem *Conc. sess.* 24. *c.*12. *vers. Archidiaconi, & notant*

*tant Bellect.cit.loc.nu.*31.*f.*35. *& alij.*

Circa quod decretum, aduertit *Nauar.in man.c.*25.*num.*135.
110 quod non sufficiet, quoad hoc, Doctoratus, vel licentia iuris ciuilis, vel medicinæ. Qđ patet ex eod. Concil. ibi, *in theologia, vel iure canonico.*

Intellige, tamen, quod dictum est, de Archidiaconis, procedere in ijs, tantum, Archidiaconis, qui vel curam habent
111 animarum, vel iurisdictionē, prout habetur in titulo de officio Archidiaconi; nō autem de ijs, qui nomine tantum sūt Archidiaconi, prout tradunt *Cāpanil.in suo diuer.rub.*7.*c.*6 *nu.*41. *Germon.in tract.de in-*
112 *dult.Card.§.quibusuis nu.*4. *Ricc.in prax.fori eccl. res.*497. *n.*3.*et p.*4.*dec.*248.*& Garc.p.*7 *c.*7.*n.*39. qui in hoc affert plures declarationes eiusdem sacræ Congr.

Est quoq; notandum, huiusmodi Archidiaconos habentes iu-
113 risdictionem contentiosam, debere esse Doctores, & promotos in publico Gymnasio, alias gradus eis minime suffragari, *ex Bulla Pij V. testatur Garcia nu.*40.

Ita vt Doctoratos ex priuilegio ad huiusmodi dignitatem nequaquam promoueri posse
114 dicendum esset, vt per *Nouar.quæst.foren.*143.*lib.*1. *& conclus.vnica, de Archidiacon. num.*5.

Aduertit etiam *Menoc.de arbitr. lib.*2.*casu* 425.*n.*42. quem refert quoque *Garc.nu.*42. quod
115 si potestas iusdicendi, & iurisdictio, quæ à iure data est Archidiacono, post Episcopum, in clericos suæ ecclesiæ, esset in Archipresby. ex ecclesiæ consuetudine, illū Doctorem crederet, esse debere, ex mente d.decr.Conc. quod fatetur quoq; *D. Ricc. p.*4.*decis.* 248.

Sexto, pro Episcopatu, debet qs esse Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel
116 iure canonico, aut publicum alicuius Academię testimoniū habere, quo idoneus ad alios docendos ostendatur. & si regularis fuerit à superioribus
117 suæ Religionis similem fidē habeat, prout statuitur in eodem *Conc.Trid. sess.*22.*c.*2.*de ref.* Episcopus enim exercere
118 habet, quæ ordinis episcopalis sunt, nec non quæ iurisdictionis, non solum fori conscientiæ; verum etiam fori exterioris ecclesiæ, ob eam rem, vt tradit *Vgoli.de off.episc.p.*1. *c.*1.*§.*1. nō vulgarem, & theologiæ, ac iuris Pontificij, atque ciuilis sciētiam habere debet, & de hoc late per *Barbos.p.*1. *tit.*2.*gl.*10. Hinc *Innoc.in cap. cum in cunctis, de elect.* quem

Do-

Doctores cõmuniter sequuntur; dicit in Episcopo requri eã scientiam, quam postulat locus, ad quem assumitur; eamdẽq; doctrinam tradidit *S.Th. ab omnibus receptam, p.2.q.76. ar.2.* dicens, quod omnes te-
119 nentur scire, quæ sunt fidei, & vniuersalia iuris præcepta; singuli autem ea, quæ ad corũ statum, & officium spectant.

An autem ad obtinendam principalem dignitatem in collegiata exempta, cui ordinaria
120 iurisdictio competit; necessario requiratur gradus, vt in principali dignitate in Cathedrali.

Congregatio Conc. 12. Decemb. 1587. censuit negatiue. quia hoc nullibi cauetur esse necessarium, & Conc. quãdo loquitur de dignitatibus, *d.c.12 sess. 24.* hortatur, vt conferantur Doctoribus, non pcipit. Quod etiam notat *D.Ricc. p.4. decis. 248.*

Sed quæritur, an ad beneficia, seu dignitates obtinẽdas, quæ requirunt gradum Doctoratus, sufficiat eum habere, sine
121 scientia competenti, ita vt valeat adeptio, & impetratio talis beneficij, seu dignitatis.

Et dicendum est sufficere. Quia re vera iste est graduatus, licet indigne, & sic graduatorũ priuilegijs gaudet. ita *Arc. in cap. clerici, de iud. Ripa in l. Centurio ff. de vulg. & pup. nu. 17 Garc. num. 50. Mand regul. 16. cancell. q. 13. num. 4. & D. Ric. deci. 34. par. 4.*

Quid autem dicendum sit, si gradus receptus fuerit contra Academiæ statuta, vel consue-
122 tudines; vt quia falso quis probauit cursus necessarios, vel descriptionem in matricola, aut forma præscripta in examine, non fuit seruata, an sufficiat.

Azo. 2. p. li. 6. c. 6. q. 1. quẽ sequitur Garc. d. p. 7. c. 7. n. 51. existimat, si promotio ad gradũ Doctoris, non fuit ipso iure irrita, quãuis iudicis sententia rescindi potuerit, sufficere, & valere in eo adeptionẽ beneficiorũ gradũ requirentium. sed si fuit ipso iure nulla, tunc quoque erit inanis, & irrita adeptio eorumdem beneficiorum; nã iura requirentia gradum, debent intelligi de gradu valido, *l. 4 [illegible] andum §. de [illegible]* & paria sunt non habere gradum, & illum habere inualidum.

Idemq; erit, quando promotio ad gradum esset nulla, ob non
123 [illegible] si [illegible] professionẽ [illegible], iuxta Conc. [illegible] Doctorũ promotionem & formã professionis [illegible], quã refert [illegible] *[illegible] Bull. ver. fidei professio.*

Huius occasione, nõ est præter mit-

mittendum, quod Neap. per Const. synodalem, quæ habetur in synodo celebrata in
124 anno *1607.* à fel. recor. Illustriss. D. Card. de Aquauiua olim Arch. Neap. fuit decretum, vt sequitur.

Clerici, qui Doctoratus insignia in Neapolitano Collegio in posterum assument, infra octo dies fidei professionem in manibus nostris, vel nostri Vicarij Generalis emittere teneantur sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda, & inhabilitatis ad Doctoratus munus obeundum.

Quod decretum, vna cũ aliis editis, præcipue ab eodẽ D. Cardinali de Aquauiua, fuit approbatum in prima diœcesana synodo solemniter celebrata in anno *1627.* ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino D. Francisco Cardinali Boncompagno meritissimo Archiepiscopo eiusdem Neapolitanæ Vrbis. cuius modestiam, religionem, pietatem, senilem prudentiam, & aliarum eximiarum virtutum splendorem, veluti sydus in ecclesiæ cęlo fulgentissimum, tota miratur Italia.

SEPTIMA DVBITATIO.

125 QVod est septimum requisitum, quod desideratur in illis, qui hoc Priuileg. obtinendi beneficia gaudere volunt.

Resp. quod est vitæ, atq; morum honestas, iux. *tex. in cap. cum in cunctis, de elect. cap. graue nimis, de præben. clem.* 1. *de æta. & qualit. & decr. S.C. Trid. sess. 24 c. 18. de refor. & notat Bellect. cit. p. 1. §. 5. nu. 47. fol. 39.* & de hoc requisito potissima habẽda est ratio, vt aduertit *Less. l. 2. c. 34. dub. 23.* nam notatis, & infamibus portæ dignitatũ patere non debent, *l. vnica C. de infam. lib. 12. cap. inter dictos, de excess. prel. & regul. in famib. in 6.* & in proposito dignitas accipitur pro quolibet beneficio, secundum *Abb. in cap. querelam, de iur. iu. Lamb. de iur. patr. 1. p. 2. lib. q. 9. a. 16.* & semper infamia impedit beneficium obtinere, *Duaren. de benef. lib. 4. c. 1. & Petr. Greg. c. 37. n. 9. Garc. p. 7. c. 8. nu. 3. & alij.*

Quando autem dicatur adesse infamiam, seu aliquem esse in-
126 famatum de aliquo delicto. vide præter alios, tradita per *Suar. de cens. disp. 48. nu. 19.* & quomodo probetur ista infamia. vide *Mascar. de prob. conclus. 896.*

Et quis dicatur infamis infamia iuris, vel facti. habetur etiam in *cap. infames 6. q. 1. & per Diaz in prax. c. 93. Campanil. in diuers. rub. 11. c. 20. Bellect.*

disq.cler.tit.de discipl.cler.§.10. *& apud Barbo.p.2. all.43.*

127 An autem beneficij collatio facta infami, seu criminoso, sit nulla ipso iure.

Quidam nullam esse dicũt, moti ex *cap.infamibus,de reg iur.& cap.cum in cunctis,de elect. ita Abb.in d.cap.quarelã,& Auil. 7.p.disp.4.du.7.*&sic in clerico aleatore respondit *D. Ric.in prax.var.resol.*119. nam ludus est crimen, & criminis appellatione venit,ex *Bart.in proe. ff.in 1.const. §.fi.* & mouetur, optimis rationibus , & per *Barb.d.p.2.alleg.*43.*nu* 12. qui hanc partem sequitur, si aleator fuerit publicus, vt fatetur etiã *Car. de Grass.eff.*22.*n.*17.

Alij vero existimãt,collationem, electionem, seu prouisionem factam infami, seu criminoso, crimine non inducente irregularitatem , seu inhabilitatem ad beneficia,validam esse . ita *Card.in d.cap.quarelam,& ibi Felin.Staphil.de liter grat.noua forma expectata n.*21.*Gometius de gratijs expect. num.* 87. *Ma.Rodriq.in sum.* 1.*to.c.*182. *nu.*3.*Less.d.l.*2.*c.*34.*n.*116.*& alij apud Garc.d.c.8.nu.*47.qui dicit hanc sententiam equiorem,& pro ea facit *tex.in cap. inter dilectos, de excess. pralat.* & quia non est *tex.*conuincẽs hanc nullitatem; nam esto crimen,in quo,quis est constitutus , inducat priuationem beneficij,siue per sententiã, siue ipso iure, & ob id, ad alia non debeat admitti,seu ꝓmoueri, vt etiam illis priuetur; non tamen inde infertur esse ad obtinẽdum inhabilem:itaut prouisio sit nulla. Quia in priua-

128 tione ipso iure non veniunt beneficia postea acquisita, ꝓut in simili tradunt *Simanc.de cath.inst.tit.*9. *n.*61. *Salzed.ad Diaz.cap.*86.*vers.tum quia.& Farin.in prax.crim.* 1.*p.q.*25. *n.*138.

Quis autem dispenset cum infami,infamia iuris, vel facti.

Dicendum est breuiter , quod in infamia iuris , & irregularitate,quæ ex ipsa procedit, solus

129 Papa dispensat. in illa vero, q̃ nascitur ex crimine aliquo notorio, Episcopus dispẽsare valet,vt docent *Nau.c.*27.*nu.*204.*&Fr.Ludou.Miran.in man.prał.to.*2.*q.*8.*a.*5.*concl.*1. sic etiã infamia potest auferri per Episcopum dispensantem super delicto, ad quod extenditur sua facultas(vt quod nõ est grauius adulterio) directe enim dispensando in delicto; indirecte etiam , & accessorie debet infamiam, inde consurgentem abolere. ita *Auila de censs.p.*7.*disp.*4. *dub.*6. *Bonaci. eod.tract.disp.*7.*q.*5.*pu.*1.*nu.*6. *Vgol.de irregul.c.*60.*§.*5.*nu.*3. *quibus accedit Barbos.d.par.*2. *alleg.*

alleg.43.n.31.& tenet Henriq. lib.13.c.5.§.3. in fi. vbi quoq. ait, quod superueniēte hac iuris infamia, dispensat Episcopus, vt retineat vsum ordinū, & beneficia, non autem, vt de nouo obtineat.

OCTAVA DVBITATIO.

130 QVod est octauum requisitum necessarium in illis, qui hoc priuilegio obtinendi beneficia gaudere volunt.

Resp. quod est, vt non sint ligati, seu irretiti cēsura excōicationis, aut suspēsionis, vel interdicti, vt per *Less. de iust. & iu. li. 2.c.34.du.22. Azo. inst. mor. 2. p.l.6.c.7.q.2.* & alios communiter.

Vnde dico primo, quod excommunicatus, hoc priuilegio ob-
131 tinendi beneficia, gaudere non potest, ideo electio, præsentatio, resignatio, vel collatio beneficij facta excommunicato, quamuis tolerato non valet, *cap. postulastis, de cleric. excom. minist.* & est communis sentētia, *vt dixi in tract. de oblig. cler. p.3. n.70. eamq. sequuntur Filiuc. tract.12.c.5. quæst.1.n.113. Barbos. p.3.all. 72.n.97. ConincK disp.14.du.9 Bonaci. de cens. disp.2.q.2.pu.4. §.1. & alij.*

Quæ communis sententia procedit, etiam si ipse excommunicatus probabiliter ignorasset
132 se esse excommunicatum, vt ibidem dixi, quāuis contrariū doceat *Nau. in cap. fratres, de pœni. dist. 5.n.45.* posset tamen retinere beneficium post absolutionem ab excommunicatione, dispensante eo, ad quem collatio pertinebat, vt tradit *D. Ric. in prax. fori eccl. res. 166 nu.6. & dicemus inferius num. 138.*

Secundo, procedit quoq., vt post absolutionem à censura non possit tale beneficium in statu excommunicationis collatum
133 retineri, sine noua collatione, ex communi sententia.

Tertio, procedere tradunt *Gig. de pens. q.14.n.9. Less. lib.2.du. 22.nu.127. Vasq. tract. de excom dub.6. Reginal. lib.32. nu. 43. Bonaci. loc. cit. nu.4. & alij.* etiam in pensione, quæ si fue-
134 rit reseruata excōmunicato non absoluto, non valet reseruatio, & hanc opinionem, quę est cōmunior, & probabilior, amplectitur Curia, quę stylum introduxit, quod quādo alicui reseruatur pensio, in literis apponitur illa clausula solita, et apponi in literis beneficialib. à censuris absoluendo ad effectum præsentium, &c. vt dicemus quoq. in cap. seq. nu.15. licet aliqui apud Bonacin. validam esse collationem pensionis, asserant.

135 Quid autem dicendum sit, si excommunicatio fuerit iniusta, an valeat collatio.

Suarez de cens. disp. 4. sect. 7. n. 26. validam esse putat, donec in iudicio irrita declaretur.

Alij vero inualidam existimant. *sic Couar. in cap. alma 1. p. §. 7. Vgol. de cens. tab. 2. c. 13. §. 1. n. 1. Sayr. de cens. lib. 2. c. 5. nu. 10. & alij apud Garc. p. 7. c. 13. n. 12*

136 Qui validam censent, si excommunicatio fuerit nulla.

137 Sed an valeat possessio beneficij ab excommunicato capta?

Affirmant Selua de benef. 3. p. q. 4. nu. 15. Sayr. d. c. 5. nu. 11. Azo. 2. p. l. 6. c. 7. q. 10. & alij. ex eo, quia non est ius, eam annullans, & potius est quid facti, quam iuris. & ita etiam tenet *Garc. p. 7. c. 13. n. 89.*

Contrarium tamen censet *Suar. de cens. disp. 14. sect. 2. nu. 33.* nã excommunicatus est suspensus ab omni vsu sui beneficij, & priuatus omnibus commodis eius. ergo, etiam est priuatus à possessione capienda si illam non habet, cum actus ille sit valde vtilis, & commodus beneficij; nam licet possessio non conferat nouum ius, tamen illud firmat, & securius reddit.

138 An autem, ex dispensatione episcopi possit quis retinere beneficium sibi collatum, tempore, quo erat excommunicatus.

Affirmat glos. in cap. postulastis, ver. dispensatum, de cler. excom. minist. per eum tex. quam sequitur Abb. ibi, Couar. loc. cit. Vgol. tab. 2. c. 13. §. 1. Henrinq. l. 13. c. 14. §. 7. Sayr. cit. num. 21 Suar. disp. 6. sect. 4. n. 8. & disp. 13. sect. 1. nu. 34. Auil. 2. p. c. 6. disp. 5. dub. 4. & Azo. 2. p. lib. 6. c. 7. q. 2. Quia hæc dispensatio est quædam virtualis beneficij collatio. licet contrarium teneat *Cardinal. in d. cap. pastoralis.* Tutius tamen est, vt docet *Sayr.* vt fiat noua collatio, quod sequitur *Bonaci. cit. §. 1. num. 11.* Qui addit, quod talis excõmunicatus, qui obtinuit beneficium durante excõmunicatione, cuius collatio tunc pertinebat ad episcopum, nõ posset obtinere talem dispensationem ab episcopo, si perseuerauerit in excommunicatione vsque ad eum mensem, in quo beneficij collatio pertinet ad sedem Apostolicam.

Declaratur tamen prædicta *glo.* & *Doct.* conclusio, non procedere, quãdo beneficium illud,
139 ipse episcopus conferre nõ posset. Quia dispensatio inducit nouum titulum, vt notant *Vgol. & Suar. d. sect 1. num. 37 & Sayr. nu. 23.* & ideo vbi collatio, electio, vel præsentatio

ad

ad alium spectat, episcopus nõ
140 põt dispensare, nisi illo consentiente. sic etiam neq. põt dispensare, vbi Papa beneficiũ prouidet, vt per *Sayr. & Suar. cit. loc.*

Declaratur secundo, non procedere si episcopus ipsemet sci-
141 enter tali excommunicato beneficium contulit, & vellet postea cum eodem dispẽsare. Quia cũ peccauerit in conferendo, non est dignus habere hanc potestatem, vt puniatur in eo, in quo deliquit, vt in simili dicit *glo. in cap. præsentiũ, verb. fratrumq. 1. q. 5. ita Abb. in d. cap. postulastis nu. 9. Sylu. excommunic. 3. Auil. & Sayr. cit. loc.* Tamen *Suar. loc. cit. nu. 36.* putat episcopum hoc casu posse cum illo dispensare. cum nulla lex ipsum priuet potestate, illud iterũ conferendi, neq. huiusmodi pęnam ipso iure incurrendam illi imponat.

Declaratur tertio, non procedere, vbi quis scienter intrusus
142 esset in beneficio, sibi excõmunicato, collato, propter inhabilitatem ex intrusione contractam, iuxta tradita per *Garc. p. 11. cap. vltimo dub. 8. à num. 224. & p. 7. c. 13. num. 88.* licet contra videatur tenere *Henriq. in sum. l. 7. c. 36. §. 2. in tex. & glo. lit. N.*

143 An autem electio, præsentatio, seu collatio beneficij facta excommunicato, minori excommunicatione, sit valida.

Negant Silu. excom. 1. n. 3. Couar. in d. c. alma 1. p. §. 7. num. 3. & alij apud Garc. p. 7. c. 13. nu. 27. & sequuntur Ricc. in prax. fori eccl. resol. 166. & refert Barbo. p. 3. all. 72. n. 97. per tex. in cap. fi. de cler. excom. Intelligendo, verbum irritanda, idest, irrita denuncianda, iuxta subiectam materiam.

Feli. vero in cap. delicti, de excep. nu. 4. Sayr. d. l. 2. c. 22. nu. 23. & Suar. de censur. disp. 24. sect. 2. nu. 21. cum Less. d. l. 2. c. 34. nu. 116. existimant nõ esse ipso iure irritã, sed irritandam. & mouentur *ex d. c. fi. ibi, irritanda.*

Sed vtrum beneficium retineri possit ab eo, cui fuit facta collatio, siue electio, vel præsen-
144 tatio tempore excommunicationis maioris. Sed ipse postquam obtinuit absolutionem ab excommunicatione, acceptauit beneficij collationem, præsentationem, aut electionem.

Et dicendum est, retineri non posse, ea ratione, quia beneficium retineri non potest sine titulo; in hoc autem casu est inualidus titulus electionis, & præsentationis, vti collatus excommunicato, qui per excommunicationem factus est ad illum inhabilis. ita *Less. l. 2 c. 34*

c.34 dub.22.nu.119. ConincK disp.14.du.9.n.74.& alij communiter, quorum sententiam veriorem,& probabiliorem censet *Bonaci. de cens.disp.2.q.2.pu.4.§.1.n.10.* Quamuis nō improbabilem dicat, opinionem Doct.asserentium esse validam electionem, & præsentationem factam tempore excommunicationis, sed acceptatam post obtentam absolutionem excōmunicationis. modo tempore acceptationis electores, & præsentatores permanserint in sua prima voluntate. ita sensit *Henriq. de excommun.c.13.nu.1.lit.D. & alij apud Sanch.lib.8.de matrim.disp.7. nu.12.*

Sed num valide acceptari possit beneficium ab eo,qui tempo-
145 re collationis, & electionis non erat excommunicatus, sed solum tempore acceptationis est excommunicatus.

Negant *Suar.de cēs.disp.13. sect.1.nu.17. & Vasq.de benef.c 4. du.2.* quod probabile esse fatetur *Less.lib.2.c.34.n.118.*

Alij vero valide acceptari posse cēsent. quia iura solum irritāt collationem,& electionem beneficij, non vero acceptationem,ergo valida erit acceptatio,cum versemur in materia odiosa,q̄ non est extēdēda ad casus nō expressos in iure. ita *Couar.in cap.alma 1.p.§.7.n.4.& li.3.var.c.16.Rota decis.195.de sent.excom.in nou.Par. de resign.lib.10.q.8.n.39.Sayr. lib.2.c.5.nu.11.& alij communiter apud Bonaci.de cens.disp.2.q.2.pu.4.§.1.nu.9.& dixi in tract.de oblig.cler.p.3.n.73.*

146 Quid autem dicendum sit de beneficijs obtentis ante excommunicationem.

Resp.non esse priuatum illorum titulis, sed quandiu fuerit in excommunicatione maiori,ēt occulta, fructibus illorum est ipso iure priuatus,eosq. non facit suos, secundum *Suar.de cens.disp.13.sect.2.nu.4.Henr. li.13.c.13.Sayr li.2.c.5.nu.24. Garc.p.1.c.5.n.131.&p.7.c.13 n.90.Monet de distr.p.2. q.15. nu.21.& alios. & dixi in d.tr. p.3.n.77. quamuis CônincK.d. 14.du.9.n.8.Vasq.de benef.c 4 §.3.du.4.nu.229. & alij apud Bonaci.de cens.disp.2.q.2.pu.4. §.2.n.2. quem sequitur Barth. à S.Fausto in tract.de hor.can. l.3 q.38.* censeant beneficiatū excommunicatum toleratum non esse priuatum fructibus beneficij, neq. teneri eos à se sponte abdicare, modo exequatur onera,& officia beneficij. & licet, quoad Deum nō rite præstet, nihilominus,quo ad ecclesiam facit,quod ab ipsa præcipitur. secus vero si nō præstat officium,& onera beneficij. quia tunc nullo titulo

pos

possit eos retinere.

147 An aūt valide renuncietur beneficium ab excōmunicato in fauorem alterius.

Affirmant communiter Doct. post *extrauag. ad euitanda*, si fuerit facta ab excommunicato tolerato; sed si fiat ab excommunicato vitando, fatetur *Bonac. de cēs. d. disp. 2. q. 2 pu. 5. n. 7.* etiam valide resignari. tum quia illa resignatio ex parte excommunicati non est actus iurisdictionis. tū quoq; quia illa resignatio non est electio, nec præsentatio, neque quid iuris, cum resignans non præstet, nec eligat, nec conferat, sed indicet propriam voluntatem superiori, qui actum iurisdictionis exercet, iuxta excommunicati intentionem. contrariū tamen asserit *Suar. disp. 14. sect. 2. num. 35. vt per eum.*

Dico secundo, quod suspēsus ab officio, vel beneficio non pōt

148 gaudere hoc priuilegio obtinendi beneficia, *cap. fi. de elect. in 6. glos. in cap. cum bona, de eta. & qual. ver. suspensi, Henr. in sum. lib. 13. c. 32. Barbos. p. 2. all. 8. nu. 14. D. Ric. dec. 343. p. 4 ac in prax. for. eccl. reso. 165. & alij.*

Sed an collatio sit ipso iure nulla.

Suar. de cens. disp. 26. sect. 3. nu. 8. & disp. 27. sect. 1. n. 26. non esse ipso iure nullam, sed irritandā, censet.

Garc. tamen p. 7. c. 14. nullam esse putat, & affert pro sua opinione, decisionem Rotæ, & hanc partem sequitur *Barbo. loc. cit.*

Ex beneficijs vero, ante suspensionem obtentis per suspensū

149 à beneficio, prohibetur percipere fructus durante suspensione, ex communi sententia. & suspensus solum ab ordine percipere distributiones quotidianas, quæ tribuuntur assistentibus, & ministrantibus in diuinis officijs, à quibus ipse est suspensus, vt dixi in *tract. de oblig. cler. p. 4. num. 13. 14. &* 30.

Dico tertio, & tandem. Quod interdictus personaliter, nec ēt

150 hoc priuilegio gaudere pōt. *Nauar. c. 25. nu. 133. Vgol. de cens. tab. 5. c. 13. §. 1. num. 2. & Less. lib. 2. c. 34. nu. 116.* Qui id colligi, tradit, ex *c. 1. de postul. prælat.* & licet ibi, non dicatur inhabilis, qui est interdictus, sed qui interdictum violauit, non tamen est dubium, vt ipse quoque ait, quin mens canonum sit, vt etiam ij, qui sua culpa interdictum personale incurrunt, inhabiles sint; quia q non possunt præstare officiū publice, vt in ecclesia fieri solet, par est, vt non sint capaceș beneficiorum.

NONA

NONA DVBITATIO.

151 QVod est nonum requisitum necessarium in illis, qui hoc Priuileg. potiri volunt.

Resp. & dico, quod est, vt nō sint irregulares. ideo collatio beneficij facta irregulari sine debita dispensatione, ipso iure nulla est, ex cōmuni opinione. Quamuis *Innoc. in cap. cum nostris, de conceß. præb. & Silu. verb. excom. 4. nu. 4.* dicant valere donec priuetur. Beneficia tamen obtenta ante irregularitatem, non amittuntur, ex communi sententia; licet quidam velint in quibusdam casibus ipso iure priuari, in quib. requiri saltem sententiam declaratoriam, dixi cum *Suar. disp. 4. sect. 2. in tract. de oblig. cler. p. 6. n. 20. & tenent Eman. Sà, ver. irregularitas n. 4. Leß. de iust. li. 2. c. 34. nu. 122. & alij. apud Ric. in prax. for. eccl. resol. 167.*

An autem, si clericus non obstāte irregularitate, reciperet be-
152 neficium absq. dispēsatione, possit fructus eiusdem beneficij recipere.

Resp. negatiue, prout tradunt communiter Doct. quos sequuntur *Suar. loc. cit. num. 41. & Bonaci. de censur. disp. 7. q. 4. pu. 5. n. 7.* nā non habet ius ad illos fructus percipiendos, nec ad alios actus iurisdictionis, q sunt beneficio annexi, exercēdos. Quamuis aliqui aliter sentiant.

Vtrum verò clericus irregularis, qui incidit in irregularitatem
153 post obtentum beneficium, possit illud resignare.

Resp. affirmatiue, secundū *Bonacin. loc. cit. nu. 9. ex Rota dec. 5. in antiqu. de sentent. & re iud.* cum ad huc retineat titulum, & ius, vt per *Pari. de resig. li. 3. q. 16. & Sanch. de matr. l. 7. disp. 42. n. 2.* & dicemus inferius nu. 203. Qua ratione neque tenebitur fructus restituere si suo muneri satisfaciat per se, vel saltem per alium, *Suar. loc. cit. nu. 20.* & alij communiter. & faciunt notata per *D. Ric. p. 2. dec. 213.* quod beneficia possunt resignari etiam ad fauorē pendente appellatione à sententia priuationis beneficiorum, vt per *Boer. dec. 205.* & quod accusatus de crimine, pendente lite, potest permutare, *ex Naua. consl. 2. de accus. & communi opin. vt per eum.*

154 Quis autem dispenset cum irregulari.

Dico, quod Summus Pōtifex dispensat in omni irregularitate.

Ex decreto tamen S. C. T. *seß. 24. c. 6. de refor.* hodie etiam episcopi dispensant in irregularitatibus, & suspensionibus ex

delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contẽtiosum. & in quibuscũq. casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, delinquẽtes quoscumq. sibi subditos in sua diœcesi absoluunt, imposita pœnitentia salutari.

155 Ideo (huius occasione) Quæritur primo. Quando in proposito dicatur delictum occultum.

Nonnulli tradunt occultum dici, quod opponitur publico, siue notorio, siue famoso; quãuis ab aliquibus sciatur, dummodo non sint tot, quod faciant notorium. *Nauar.c.27.n.255.Henriq.de Irregul.l.14.c.20.nu.4.Tol.d.l.1.c.85.nu.6.* qui fatetur hoc aperte deduci ex eiusdem verbis Conc. *c.6.* dum dicitur, quod episcopus dispensat in occultis, præter ea, quæ sunt deducta ad forum exterius; Igitur si non dum sunt deducta; sed deducibilia dispensare poterit, & hãc partem sequuntur *Genue.in prax.c.67.Auil.de cens.p.7.disp.10.dub.6.Azor.1.p.lib.8.c.10.q.9.Suar.de cens.disp.41.sect.2.n.6.Sanch.de matr.lib.8.dispu.34.n.55.& in sum.li.2.c.11.n.19.* vbi firmat hanc esse veriorem opinionem, cui etiam accedit *Nouar.concl.4.de dispens.*

Garc.vero p.7.c.11.n.46. quem sequitur *D.Ric.in prax.for.eccles.resol.450.* existimat probabiliter posse admitti præfatã sententiam, quoad breuia pœnitentiariæ in foro consciẽtiæ in quibus adest clausula (dummodo impedimentum occultum sit.) Verius tamẽ in proposito occultũ dici, quod non potest probari. Quia id proprie occultum dicitur, *cap.vestra, de cohab.cleric.& mulier.* & pro hac opinione affert aliquas declarationes Sac.Congreg.

156 Sed, an dicatur delictum occultum, si in aliquo loco sit publicum, sed vbi petitur absolutio, siue dispensatio sit occultum.

Suar.4.to.disp.30.sect.2.quem sequitur Bonaci.de censu.disp.1.q.3.pu.2.nu.3. censet, non dici occultum, & proinde facultatem Conc.Trid. non extendi ad hoc delictum. & ducitur ex eo, quia, quod alicubi publicũ est, simpliciter est publicum, & non occultum; eo, vel maxime, quod moraliter, ac regulariter loquendo, quod in aliquo loco est publicum, facile ad alia loca defertur.

Sanch.vero in summa d.li.2.c.11.nu.20. probabile putat, si delictum in loco ita distanti publicum sit, vt nõ sit spes fore, vt ad alium deferatur, dici

occultum in eo loco, in quo absolutio, aut dispensatio petitur, ac proinde subijci facultati episcopi in eo decreto sibi concessæ. & hanc opinionē etiam probabilem dicit *Bonaci. loc. cit.*

Quod si delictū in vno loco fuerit deductū ad forum conten-
157 tiosum, dum in eo pendet, vbiq. non poterit reus ab episcopo absolui, aut dispensari, vigore præfati decreti Conc. vt notat Sanch. nu. 21.

Sed quid dicendum sit, si delictū fuerit deductum ad forum cō-
158 tentiosum iuste, vel iniuste p accusationem, vel denunciationem, & si vnico teste probatum.

Resp. dici deductum ad forum cōtentiosum, nam Sac. Conc. non requirit, vt sit probatum; nec refert siue iuste, siue iniuste res sit in iudicium delata; requiritur tamen, vt Curia procedat contra delatum, &
159 ipsum citari faciat, cum regulariter à citatione incipiat iudicium, *§. fin. de pęna temere litigant. ita Henriq. de irregul. l. 14. c. 7. n. 5. Auil. 2. p. c. 7. disp. 1. du. 11. concl. 3. Barbos. all. 39 nu. 28.* qui fatetur, dici delictū deductum ad forum contētiosum post litis cōtestationem, & sequitur *Ric. in prax. for. eccles. d. reso. 449.* qui hoc limitat qn̄ citatio esset circumducta.

Quod si delinquens fuerit, ex defectu plene probationis in foro externo, absolutus, quam-
160 uis falsis testibus se defenderit, siue diffinitiue absolutus sit, siue ab instantia, seu obseruatione iudicij, nō dicetur delictum delatum ad forum externum. Quia non fuit deductum cum effectu, ex quo non fuit probatum, & in eo poterit episcopus dispensare, cum ad huc maneat occultum, vt tradūt *Auil. cit. loc. du. 6. Suar. de censu. disp. 41. sect. 2 num. 6. Sayr. lib. 6 c. 7. n. 12. Genuen. d. c. 67. n. 6. Sanch. d. lib. 8. disp. 34 & in summa d. c. 11. num. 21. Vgol. de off. ep. c. 57. §. 2. Campanil. in suo diuers. rub. 11. c. 23 nu. 144.* Vbi etiam fatetur, ꝙ
161 si iudicium non fuerit sententia finitum, & accusator per annum tacuerit, poterit elapso anno episcopus dispēsare.

Sed *Garc. d. p. 7. c. 11. nu. 50.* cēset, quod sola deductio sufficit, vt episcopus nequeat dispensare
162 vigore præfatæ conciliaris dispositionis. nam absolute ibi excipiuntur deducta ad forum contentiosum.

Insuper si duo eiusdem criminis consortes sint, ac alter solum
163 ad iudicium deferatur, delictum alterius rei nondū delatum, erit occultum, & subdetur huic potestati episcopi. Quia res inter alios acta, nequit

quit alijs præiudicare, quibus res iudicata non nocet, *l.1.C. res inter alios acta. ita Nauar. lib.2.conf.de senten. & re iud. conf.2. Sanch.in summa d. l.2. c.11.n.21. Genuens.c.67.nu.5. & Vgol.d.c.57.§.2 n.4.*

An autem, si delictum fuit deductum ad forum contētiosum,
164 & iudicium postea finitum, atq. punitum delictum, possit episcopus in irregularitate, ex eo proueniente dispensare.

Et dicendum est nequaquā posse episcopum hoc casu dispensare. cum Concil.absolute, dicat, dummodo delictum nō sit deductum ad forum exterius; nec Concilium distinguit. ita *Gutier.canon.quæst. lib.1. c.3. Vgolin.cit.loco num.5.Bonaci. de cens.disp.1 q.3.pu.2.n.2. & disp.7.q.5.pun.1.nu.6.Barbos. p.2.all.39.n.35. Nouar. concl. 81.n.5.& Garc.p.7.c.11.n.50.* Qui etiam tradit illos, nō pos-
165 se vti huius can.beneficio, q ratione alicuius delicti non fuerunt absoluti, neque condemnati, sed dimissi cum promissione de se præsentando. cum delictum sit iam deductū ad forum contentiosum.

166 Sed quid si aliquis, nō fuit absolutus, neque condemnatus, sed transegit, seu se composuit cum Curia.

*Genuen.d.c.67.n.6.*censet delictū non dici amplius deductum ad forum contentiosum. ex eo, quia trāsactio, imponit finem liti, & habet vim rei iudicatæ, *l.fratris,l.non minores, C. de transact.*dummodo transactio non fiat in casu non transigibili, quia tunc induceret confessionem, & probationē delicti, *l.1.& 2.vbi glo.ff.de his,qui sibi mortem consciuerunt,l.fin. C.de præuarica.Ias.in l.transigere C.de transact. & hanc opinionem sequitur Raguc.in vas. eccles.discipl tit.de episc.quæsit. 10.nu.11.*ex dictis tamen in præcedenti dubio, aliter dicēdū videtur in casu proposito.

Quid autem dicendum sit, si episcopus dispensauit, quando
167 delictum nō dum erat deductum ad forum cōtentiosum, & postea fuit deductum.

Dico cum *Tolet lib.1.c.85.nu.7.* & alijs, dispēsationem factam prodesse in foro interiori, non tamen in foro exteriori.

168 Secundo quæritur, Quid nomine episcopi, in illo decreto *Conc Trid.sess.24.c.6.de refor.*intelligendum sit.

Et dico, intelligi episcopos, subditos habentes, etiam electos, & confirmatos, quamuis non dum cōsecratos, quia illis cōpetūt ea, quæ sunt iurisdictionis, qualis est hæc facultas dispensandi, & in ordine ad actus iurisdictionis non indigent consecratione, *Suarez*

de cens.disp.41.sect.2.n.7. Sãch. de matr. lib.8.disp.2. num.11. Bonaci. de cens.disp.7.q.5.pu.1. num.3. Bart. Gauante in prax. diœces.synod.c.2.§.1. Vgol. de de off. episc.c.1.§.3. Barbos.p. . all.39.n.2. Domitius Chamerota de sacramen. tract.7.de conf. fol.478.& notatur in tract. de confessar. sollicitant.q.12.n.31.

Dubium tamen est, de Prælatis inferioribus, ordinariam iurisdictionem habẽtibus, & quasi episcopalem, maxime quando sunt exempti, & habent quasi
169 propriam diœcesim, an comprehendantur in illo decreto.

Et in hoc dubio, *Suar.cit.loc. & 4.to.de pœnit.disp.30.sect.2.nu. 6. Filiuc.tract.20.c.10.nu.276 Bonac.de cens.disp.7.q.5. pu.1. nu.7. D.Ric.in prax.for.eccles. res.455. Nouar.concl.vnica de absol.à cas.occul.n.4.& alij existimant*: hos prælatos inferiores non comprehendi sub hoc decreto, sed tantum episcopos priuatiue, seu exclusiue, quoad omnes alios. & monẽtur ex eo, quia cum decretum Concil. exorbitet à iure communi, quo attento solus Papa poterat dispensare, id decretũ tanquam odiosum, restringendum est. Ideo fidẽles immediate subiectos his prælatis inferioribus, licet alias exempti sint, quoad hunc actum posse subijci episcopo suæ diœcesis, cum non debeant esse peioris conditionis alijs fidelibus. & hæc opinio est valde probabilis, quam etiam fouet *Garc.p.7.c.11.n.19.* qui tamen dissentit ab eo, quod dicit circa subditos prædictorum Prælatorum, inquiens, quod subditi prædictis prælatis inferioribus, siue exempti, siue nullius diœcesis, debẽt recurrere ad Papam pro hac dispẽsatione. & mouetur ex eo, quia isti non sunt subditi episcopo, nec posũt ei se subijcere, nisi in casibus à iure expressis, qualis non est iste.

Sanch. vero lib.8. de matr. disp.2. nu.12. & in summa lib.2.c.11. probabilius existimat his prælatis hanc potestatem competere. tum ex eo, ꝙ id Concilij decretũ tanquam fauorabile est ampliandum. tum ẽt, quia hi prælati plenam episcoporum iurisdictionem habent in eorum diœcesi, & ab illis, sola consecratione differunt, vt tradunt Doct. in materia de voto, & cõfessarios approbant pro suis diœcesibus, cum tamen id esse episcoporum statuatur in eodem *Conc. sess. 23.c.15. de refor.* & hanc partem tenẽt *Henriq. in sum.lib. 6.c.6.§.1. Auil. de cens.p.7.disp. 10.du.6. Sayr. in clau.reg.lib.6. c.11.n.83. Reginal.lib.30.tr.2. num. 29. & alij quamplures* apud

apud Barbos.p.2.alleg.39.n.16.

170 Quid autem dicendum sit de Capitulo sede vacante, an ei competat hæc facultas.

Negant *Alter.in tract. de censur. disp.8.de susp. c.3. & Bonacin. cit.num.7.* & mouentur ex eo, quia hæc facultas non compete tit epo iure ordinario, sed speciali Trid. at quæ iure speciali competũt episcopo, non trãseunt in capitulum, *arg.tex.in cap.verum, de foro comp.*

Contrarium tamen verius est, hanc facultatem habere pariter Capitulum sede vacante. nam licet talis facultas competat episcopo iure speciali ex d.decr.S.Conc.tamen competit ei iure communi, & iurisdictione ordinaria ei tributa, vt docent *Henriq. lib.14. c 20.§.1.de pęnit.lib.6.num.1. Sanch.l.8.de matr.disp.2.n.10. Rodriq.quæst.regul.to.1. q.61. ar.9.Arag.2.2.q.88.ar.12.fol. 1042.Garc.p.7.c.11.n.21.Auil. d.p.7.disp.10.dub 60. Genuen. c.67.n.21.Ric.in prax.for.eccl. resol.456. Nouar. loc.cit. & alij.*

Tertio quæritur, qui comprehẽdantur sub nomine subditi in eodem *S.C.sess.24.c.6.de refor.* dum ibi dicitur, vt episcopus

171 possit absoluere quoscumq. sibi subditos, in casibus occultis.

Pro solutione dicendum est, subditorum nomine in præsenti materia, comprehendi omnes illos, qui episcopo quomodocumq. subduntur. vel quia sunt ordinarij subditi, vtpote, qui ibi domicilium habẽt. vel quia subduntur, quoad solum pęnitentiæ forum; eo quod reperiuntur in sua dięcesi, tãquam aduenæ, & peregrini, ẽt si vagabundi, scholastici, & mercatores sint. nam quoad Sacramenta confessionis, & communionis subditi sunt episcopo loci, in quo reperiũtur ex generali ecclesiæ consuetudine, vel ex interpetratiua voluntate Summorum Pontificum, vt dictum est *c.1.nu.100. Ita Suar.4.tom.disp.30.sect.2. nu.3.Henriq.in summa lib.14. c.20.§.5. Sanch.de matr.lib.3. disp.23.n.12. & in summa lib. 2.c.11.n.9.Nald.in summa, ver.absol.à pecc.n.9.Gar.p.11. c.10.n.139. Nouar.concl.vnica de absol.à casib.reser. Bonacin.de cens.disp.1.q.3.pu.2.nu. 5.qui disp.7.q.5.pu.1.ait,* quod in absolutione casuum reseruatorum, & censurarum impedientium Sacramentorum receptionem videtur requiri illa saltem subiectio, quæ sufficit, vt episcopus sacramentalem impendat absolutionem. & ideo Prætor, Medicus, & similes exteri habitãtes in diæcesi sub hoc decreto S.C.T.bene com-

cõprehenduntur, vt in sacramento pœnitentiæ à suis criminibus absolui possint, quãuis illa in alijs regionibus ꝑpetrauerint, quod sequitur *Barbos. de off. epis. p. 2. all. 39. nu. 6.* qui prædicta vera esse censet in absolutione casuum reseruatorum, & censurarum in sacramentali cõfessione pro foro conscientiæ, cum sacramẽtum confessionis sit necessarium. In obtinenda tamen dispensatione irregularitatis, ac suspensionis requiri, vt episcopus habeat iurisdictionem ordinariam in eum, cui concedit relaxationem irregularitatis, vt etiam docet *Bonac. loc. cit.* & sic vt si vere, & proprie subditus, & habeat domiciliũ, non tantum habitationem cũ animo permanẽdi pro maiore parte anni, vt habet scholaris, qui in studio commoratur, & in loco studij habitat, sed non habet domicilium. Quamuis sufficere habitationem; aut saltem animum habitandi pro maiori parte anni in ea diœcesi, probat *Sanch. lib. 3. de matr. disp. 23. nu. 1. & in summa li. 2. c. 11. n. 9.*

Quid autem dicendum sit de Religiosis exemptis degentibus in diœcesi, an possint cedentes exemptionis priuilegio, ex licentia suorum superiorum se episcopo subijcere, vt ab illo absoluantur, & cum eis dispenset in casibus, in quibus hæc potest cum suis subditis, etiam ex vi facultatis concessæ à *S.C.T. d. sess. 24. c. 6. de reform.*

172 Resp. posse illi subijci non solum episcopo, sed cuicumque, etiã capaci potestatis absoluendi, & dispẽsandi ex licentia superioris potentis in eo casu dispensare, aut absoluere. Quia tunc tanquam delegatus à superiore, & eius vices gerens absoluit, aut dispensat. Ita *Moli. in 4. de iust. disp. 61. n. 3.* In casibus vero, in quibus superior non posset absoluere, aut dispensare, diuersimode sentiũt Doctores, apud *Sãch. in summa lib. 4. c. 39. n. 29.* cum quo existimo, etiam posse, cũ duabus eiusdem limitationib. Quarum prima est, nisi ea facultas absoluendi, aut dispensandi, quæ non est in immediato Religionis Prælato, esset in prouinciali, aut alio superiore Religionis, quia tunc episcopus non posset absoluere de consensu superioris immediati, nisi accederet etiam consensus illius Prouincialis, aut Superioris. Secunda est, vt intelligatur non de quocumq. episcopo, sed de episcopo loci, in quo religiosus ille commoratur.

An autem possit Episcopus vti præ-

prædicta facultate conciliaris
173 dispositionis Tridén. absoluendi, dum existit extra diœcesim in suos subditos, extra eamdem constitutos.

Affirmant *Ledes. in sum. tract.* 1. *c.6. Sanch. in summ. lib.2. c.11. n.16. Nouar. concl. vnic. de absol. à casib. occul. n.8. & Nald. in sum. d. ver. absol. à pecc. n.9.* Qui id tuetur argumento cuiusdam declarationis Sac. Cōgreg. adducēs rationem, quod illa particula Sac. Conc. *in sua diœcesi,* importet idem, quod erga subditos suæ diœcesis.

Immo posset episcopus, etiā in absentia absoluere subditum
174 à censuris prædictis, ex quo absolutio à censuris potest in absentia impendi, ex omnium mente, vt per *Sanch. cit. nu.14 & Duard. in Bull. cęnæ li.3. §. 2. q.8. n.49*

Quamuis *Barbos. cit. all.39. nu.8.* dicat, quod talis absolutio à casibus prædictis occultis debet fieri ab [e]piscopo præsente pœnitente intra diœcesim commorante in confess. sacramentali, vt infra nu.181. referemus.

Dispensare autem extraiudicialiter in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus posse episcopum cum suis subditis admittit *Barbos. cit. loc nu.7.* tàm intra, quam extra diœcesim, & etiam si ipse existeret in diœcesi, & subditus extra eam. cū iurisdictio dispēsandi exerceri possit circa absentē. vt tradunt *Filiuc. tr.20. c.10. quæst.10. n.271. Bonaci. d. disp. 7 q.5. pu.1. nu.5. & alij,* quāuis *Ric. in prax. for. eccl. resol.445. nu.?.* dicat non posse episcopum dispensare cum subditis extra diœcesim.

Est tamen obseruandum, quod non poterit Episcopus ex vi dictæ facultatis cōciliaris ali-
175 quem absoluere à casibus in Bulla cœnæ, vt declarasse Sac. Congr. Gregor. XIII. & Clem. VIII. testantur *Genuen. d. c.67 nu.10. Garc. p.11. c.10. nu.115 & Sanch. in sum. li.2. c.11. n.26* Quidquid aliqui, aliter sētiāt.

Neq; aliquem, poterit absoluere à censuris incursis ꝑpter violationem clausuræ monial., ēt si delictum sit occultum, ex declar. Sac. Congr. vt testātur *Graff. de cas. reser. c.5. n.6. Barbos. p.2. all.39. n.45. & Ric. in prax. for. eccl. resol.544. n.5.*

Posset tamen episc. iux. trad. per *Bonaci. de cens. disp.1. q.3. pu.2. num.6. & Campanil. in diuer. rub.11. c.15. n.130.* ex vi dictæ facul. S.C.T. absoluere subditum, qui dum in aliena diœcesi versaretur cōtraxit cēsuram ibi latam per statutum, quando delictum esset occultum. v.g. si subditus Auersan.

se contulit Capuam, ibiq. moniales inuisit, cum Capuæ lata sit excommun. contra visitantes, vel alloquẽtes moniales; posset talis subditus Auersan. etiam absolui à suo episcopo, vel ab alio, qui in eodem episcopatu Auersano haberet eamdem specialem facultatẽ absoluendi. cum ex verbis dicti decr. S.C.T. ibi, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis. colligatur à fortiori esse cõcessam episcopo hanc facultatem à casib. inferiorum Prælatorũ.

Sed vtrum episc. ex vi facultatis eiusdem S.C.T. possit aliquem
176 in foro conscientiæ absoluere ab excommunicatione cõtracta ob delictum in causa duelli, quando delictum est occultum, & nondum deductum ad forum contentiosum. nam in foro exteriori ad Papam spectat absolutio, vt patet ex const. Clem. VIII. cõtra duellantes.

Negat *Iac. Graf. de cas. reser. lib. 1. c. 7. nu. 20.* ex eo quia præfata const. Clem. VIII. cum sit edita post Conc. Triden. fit quod illi derogauerit; quamuis de Concilio nullam mentionem fecerit; Idemq. scilicet, quod non possit episcopus absoluere à censuris Papæ reseruatis post Triden. tenent *Lazar. de monit. sect. 4. q. 14. n. 19. & Capraull. de casib. reser. c. 14. q. 3. difficult. 2.*

Alij vero existimant posse absoluere, quando delictum est occultũ, vt dictum est, ex vi decreti prædicti S.C.T. cum talis facultas sit concessa dignitati, & non personæ, & sit generalis, non distinguẽdo inter reseruationes præteritas, & futuras. ita tenent *Sanch. in Sum. lib. 2. c. 39. num. 7. & alij apud Bonac. de cens. disp. 2. q. 6. pu. 2. nu. 40. ac Alex. Peregr. in tract. de duell. q. 37. num. 2. qui nu. 6. addit*, quod quando excommunicatio causa duelli esset publica, & ipse excommu-
177 nicatus esset impeditus iusto impedimento, quominus S. Sedem Apostolicam adire posset, tunc etiam proprius episcopus eum absoluere posset. Quam opinionem plurib. rationibus probare conatur, vt per eum, & per *Sayr. de de cens. lib 3. c. 18. num. 37. & Em. Sà verb. excommun. Papæ reser. nu. 3.*

178 Quæ autem sint legitima impedimẽta. enumerãtur per Doctores, præcipue per *Nauar. c. 27. n. 86. Peregr. d. q. 37. num. 12. Sayr. d. lib. 3. c. 28. & alios.*

Quid vero dicendum sit de regularib. vel alijs specialem facultatem habentibus absol-
179 uendi à casibus reseruatis Sedi Apostolicæ, an possint etiam

etiam absoluere prouocãtes, vel pugnantes in duello.

Resp.negatiue,nisi ex priuilegio speciali eis concesso post reseruationem factam in decreto edito à Sac. Congr. S.R.E. Card.negotijs Epis. & Regul. præposita,ex mãdato fel. rec. Clem. VIII. die 9.Ian.*1601.* vt per *Iacob.de Graff.in pract. cas.reseru.lib.1.reg.18.c.4.fol. 25.nu.63.Nouar.conclus.iuris Pontif.noui concl.3.n.9. Sãch. cit.loc.& Peregr.nu.14.* Quod decretum, cum alio postea edito ab eadem Sac. Congr. die 7. Ian. *1607.* de mandato fel.me.Pauli V. refert *Barth. à S.Faustο in tract. de indulg. lib.4.post q.94.* Præter declarationem nouissimam, cuius tenor est,vt sequitur.

180 *Sacra Congr.S.R.E.Card. negotijs,& consultationib. episcoporum,& Regular.præposita censuit, per confirmationes Priuil. quas Regulares à Sede Apost.post S.C.T.obtinuerunt, nequaquam reuixisse Priuilegia per prius ab eodem Concil. ac deinde etiam ipsius Congreg. decretis sublata, atq; extincta, si quæ habebant, absoluendi à casibus Ordinario loci reseruatis; Quemadmodum nec indulta absoluendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die cęnæ Domini legi consueuit, vtpote, sublata per annuã ipsius Bullę publicationem,vires,aut robur acquisiuisse ex subsequentibus Priuileg.confirmationibus; ac proinde Regulares cuiusuis ordinis, Congregationis, Societatis,& instituti, etiam necessario exprimendi, nec intra, nec extra italiam in vim priuilegiorum, aut confirmationum eiusmodi, quas vel hactenus, obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt, posse quemquam absoluere ab eisdem casibus in Bulla cęnæ, aut Ordinario loci reseruatis; ac si secus egerint, absolutiones nullas, atque irritas fuisse,& fore. Ab alijs vero casibus, & censuris Sedi Apostolicæ reseruatis; siquidem Regulares habent a Sede Apost. absoluendi facultatem, illam extra Italiam minime sublatã fuisse ijsdem Sac. Cõgr. decretis hac de re editis iussu san. mem. Clem.VIII.*

Quam Sac.Congr.sententiam Sanctitas Sua ad se relatam approbauit,mandauitq. ab omnibus ad quos pertinet inuiolabiliter obseruari. Romæ 17.Nouembris 1628. *F.A.Card. S.Honufr. P. Fagnanus Secr. loco ✝ sigilli.*

181 Sed dubitatur, an absolutio,vigore dictæ dispositionis Conciliaris Trid.possit ab episcopo impartiri extra confessionem sacramentalem.

Barbosa d.p.2.all.39.n.8. fatetur

Y non

non posse extra sacramentalē confessionem. nam illa verba Sac.Conc. *in foro conscientiæ* sunt intelligenda in foro sacramenti Pœnitentiæ, & in confessione sacramentali.

Cum alijs vero censeo, posse impartiri extra confessionem Sacramentalem, & illa verba Concil. non importare, vt absolutio sit in solo pœnitentiæ foro; sed vt nullatenus pro foro externo prosit. ita *Nauar. lib.5.conf. tit.de priuil.conf.11 nu.2.Suar.de relig.to.4.trac.6. li.6.c.16.num.4.Henriq.lib.7. c.13.§.2.Graff.lib.1.c.13.n.32. Sanch.de matr.l.8.disp.34.nu. 39.Genuen.c.67.nu.17.Ricciullus in tract.de iure person.li.4. c.68.nu.6. Nouar.d.concl.vni. n.12. & per Reginal.in prax. fori pœnit.lib.8 n.78.& Molf. in sum.tract.7.c.21.nu.23.*

Quarto quæritur. An episcopi possint committere alijs hanc
182 potestatem eis concessam à S.C.T.*d.sess.24.c.6.* dispensandi, & absoluendi. nam possent illam cōcedere suo Vicario generali ex speciali commissione; cum in generali cōmissione hæc non veniant, vt per *Sbroz.de off.Vic.lib.2.q.19. nu.2. & Vgol.de off.episc.c.4.§. 7.nu.2.*

In hac quæstione diuersimode scripserunt Doctores. vt est videre apud *Barbos. par. 2. alleg.39. num.11.*

Cum *Sanch.tamen in sum. lib.2. c.11. nu.23.* existimo, posse Episcopum committere alicui hanc facultatem, quoad hoc speciale munus absoluendi ab his casibus; nam sic dicitur, etiā Vicarius ad hoc specialiter deputatus, prout requirit S.C.T. & hanc partem sustinet etiam *Genuen.d.c.67. nu.15.* qui testatur sic seruari in Cur.Arch.Neap.

Posset quoque idem episcopus committere alteri vices suas, vt secum dispenset, & ad se absoluendum, proprium con-
183 fessarium deputare cum eadem auctoritate, quam ipse habet, *ex d.c.6. S.C.T. in sibi subditos. ita Sanch. lib.8. de matr.disp.3.n.3.D.Ric.in prax.fori eccl.res.445. Bellect. disq. cler.p.1.tit.de discipl.cler. §.1.n.54.Maiol.de irreg.lib.2. c.2.n.12.Barbo.cit.n.15. Suar. de cens.disp.41.sect.2.nu.9. & alij communiter.*

Quinto, & tandē quæritur. Quando dicatur homicidium voluntarium, ita vt in irregularitate
184 ex eo proueniente, episcopus nequeat dispensare, iuxta dispositionem præfati S.C.T.

Pro solutione dico. Homicidium voluntarium, in proposito, dici illud, quod est illicitum, intentum, & volitum in se, vt post alios docent

Vgol.

Vgol. de irregul. c. 53. Suar. de cens. disp. 44. sect. 1. & disp. 45. sect. 2. Bonaci. de contract. disp. 2. q. vlt. pu. 2. nu. 1. D. Ric. in prax. fori eccl. resol. 446. Barb. p. 2. all. 39. nu. 46. Campanil. in diuers. rubr. 11. *c. 23. num. 137. & alij.*

Vnde infertur à Doctor. mox. citandis, posse episcopũ dispen-
185 sare in irregularitate proueniente ex homicidio licito, vel auctoritate legitima, & iusta de causa; nempe illo, quod oritur ex defectu lenitatis, quale, iudices, & ministri iustitiæ officium proprium iuste exequẽtes, committunt, quod nec iniustum, nec culpabile apparet. sic *Rodriq. quæst. regul. 28. ar. 8. to. 1. Medina in sum. p. 1. c. 12. §. 1. Viual. in candel. aur. tit. de irreg. §. de dispens. n. 326. Campanil. d. rubr.* 11. *c. 23. nu.* 138. *& Nouar. de dispens. conclus. 5. nu. 3.*

Contrarium tamen, non posse episcopum in homicidio voluntario iusto dispensare, censeo cum *Molin. tra. 3. disp. 79. nu. 8. Iac. de Graff. in decis. aur. p. 1. c. 13. nu. 38. Garc. p. 7. c. 11. n. 40. & Nauar. cons. 39. de homicid.* qui testatur hanc esse consuetudinem totius orbis, petendi illam à Papa, quod ẽt tradunt alij apud *Barbos. p. 2. alleg. 39. nu. 47.* Nec posset episcopus dispensare in irregularitate abortus fætus animati ex const. Sixti V. vt etiam notat *Ragac. tit. de epis. q. 10. n. 11.*

Infertur secundo, licere episcopo dispẽsare in irregularitate
186 ex homicidio casuali prouenientc, modo delictum sit occultum. cum tale homicidium non sit proprie voluntarium. ita *Miran. in man. q. 8. ar. 13. concl. 2. & Barb. nu. 48.*

Infertur tertio, habere facultatẽ episcopum cum illo dispensa-
187 re, qui hominem occidit, nõ intendens occidere, quia homicidium casuale reputatur. nam qui facit aliquid, vnde sequuta sit mors, non tñ fecit animo inferendi mortem, irregularitatem incurrit ex casuali homicidio prouenientem. ita *Henriq. in summa lib. 14. c. 19. §. 3. in commen. lit. E. Bonaci. de cens. disp. 7. q. 4. pun. vlt. nu. 7. D. Ric. in prax. for. eccles. res. 48. & alij.*

Infertur quarto, licere episcopo dispensare cũ illo, qui mandauit aliquem baculo percutere
188 eo expresso ne occideret, quia si mãdatarius armis percusserit, & occiderit, istud homicidium respectu mandantis non esset proprie voluntariũ, sed casuale culpabile. ita *Henriq. & Bonac. loc. cit. Molin. de iust. to. 4. tract. 3. disp. 3. nu. 7. Sayr. de cens. l. 7. c. 7. nu. 9. Nau.*

c.27.nu.240.& D.Ric.p.4. dec. Cur.Arch.dec.117.qui in praxi fori eccl.resol.446. Campanil. in diuer.rubr.11.c.23.num.84. & Garc.p.7.c.11. nu.:4. referunt decisum, quod mandans
189 homicidium in personam vnius, si committatur in perpersonam alterius, non incurrit irregularitatem, quæ ex volũtario homicidio cõtrahitur.

Infertur quinto. Posse episcopũ dispensare in homicidio occulto commisso ex causa defensionis, non seruato moderamine inculpatæ tutelę. Quia
190 huiusmodi homicidium volitum causa defensionis, non venit sub nomine voluntarij, imò potius, licet non sit mere necessarium; necessarij tamen vim habet, quatenus causa vitandæ mortis perpetratur. ita *Valent.disp.7. q.19. pun.3. §.5. Auil. de censf.disp.6.sect.5. du.5.p.7. Nauar.c.27. nu.239. Petr.Greg. lib.4. part.iur. can. tit.13.c.2. & Barbos. qui alios refert, d.alleg.39.nu.53.*

Infertur denique, licere episcopo dispensare in membri mutilatione, etiam voluntaria,
191 si fuerit occulta, in qua Sac. Conc. nihil innouauit, excepit enim homicidium, sub qua exceptione non intelligitur mutilatio voluntaria, cum vere non sit homicidium. ita *Eman. Sà verb. irregularitas, Genuen.c.66.n.9. Suar.de censf. disp.44.sect.2.n.4 Tolet. lib.1. c.88.vers.6. Raguc. in tit.de episc.quæsi.10 n.12. Garc par.7. c.11.nu.30.& D.Ricc.in prax. for.eccl.resol.446.n.2. licet contrarium tueatur Sãch. in sum. lib.1.c.10.nu.49.*

DECIMA DVBITATIO.

192 QVod aliud requisitum desideratur in illis, qui hoc Priuileg. adipiscendi beneficia potiri cupiunt.

Resp. quod requiritur, & sit decimum requisitum, vt nõ sint corpore vitiati, cum ij sint irregulares, de qua irregularitate ex vitio, seu defectu corporali, habetur *in titul. de corp.vitiat.& de cler.ægrot. & per Valent.4.to disp.7.q.19 pu.3. Suar.de cẽs.disp.51. Sayr. eod.tract.lib.6.c.7. Iac.Graff.in decis.aur.lib.4.c.27.n.39. Molin.de iust.tract.3.disp.70. Tol. lib.1.c.63. & alios apud Barb. p.2.lib.42. Campanil. in diuer. rub.11.c.17.n.103. & Bonaci. de censf. disp.7.q.2.pun.2. nu.9.* Ideo breuibus verbis hanc rem restringẽdo. Dico primo, quod illi, qui insigniter corpore deformati sunt, ita vt sine nota-
193 bili horrore, aut scandalo ministri ecclesiastici minime esse possunt, non solum ad sacros ordines, & beneficia, quę requi-

requirunt ordinem sacrum, sed nec etiam ad minores ordines, & primam tonsuram, & consequenter, nec ad vllũ beneficium ecclesiasticũ, promoueri possunt, *c. 1. & c. penitentes, cum concord. 55. dist. & c. 1. cum seq. de corp. vitia. ita corras. de benef. 3. p. c. 6. num. 5. Lamb. de iurepatr. 1. p. 2. lib. q. 7 ar. 12. nu. 1. Garc. p. 7. c. 12. n. 3. & per Bonac. Campanil. & Barbos. cit. locis.*

Dico secundo, quod ille, qui sine culpa incidit in irregularitatem, quæ nascitur ex defectu,
194 ad vsum vnius ordinis, & nõ alterius iam suscepti, põt obtinere beneficium non requirens maiorem vsum, vt in casu *c. 2. de cler. ægrot. ita Vgol. de cens. c. 65. §. 1. nu. 4. Sayr. d. li. 6. c. 2. nu. 23. Less. li. 2. c. 34. n. 121 & alij.*

Dixi, illi, qui sine culpa. nam si ex sua culpa incidisset in irregularitatem prædictam, aliter dicendum esset, iux. tradita per *Garc. d. c. 12. n. 4.*

195 An autem clericus laborans morbo caduco sit inhabilis ad obtinenda beneficia.

Dico, non esse inhabilem ad obtinẽda beneficia simplicia, quia non est delictum; secus tamen si beneficium requireret ordinem sacrum, & ita fuit resolutum per *Rot. in vna Tullen. canonicatus 9. Nouemb. 1551. coram Vestano, vt per Caputaq. dec. 236. p. 2. & refert D. Ric. in prax. for. eccl. resol. 590.*

196 Sed quid in clerico incidẽti in cæcitatem.

Resp. cum *Garc. de benef. p. 7. c. 12 num. 21.* non posse ei conferri beneficium, ẽt simplex. Quia cæcus est incapax, ex quo horas canon. recitare nequit. & sic tenet etiam *Less. l. 2. c. 34. n. 130.*

Quid autem dicendum sit de clerico olim furioso, nunc sanæ
197 mentis, an possit præsentari ad beneficium.

Affirmat *D. Ric. loc. cit. resol. 588.* motus ex eo, quia habilitas, vel inhabilitas consideratur tempore, quo actus exercetur. sicut dicitur de teste, cuius habilitas cõsideratur tempore depositionis, *l. 1. C. de testib.*

An autem, qui patitur vitium, seu defectum corporis impe-
198 diens tantum celebrationẽ, vt in casu dicti *c. 2. de cler. ægr.* vt qui caret visu oculi canonis, vel pollice, &c. Possit promoueri saltem ad Diaconatũ, & inferiores ordines, ad quorum actuum executionem nõ habet, ob id, impedimentum considerabile, & consequenter possit obtinere beneficiũ non requirens ordinem præter illos.

Dico breuiter, non posse, iuxta tradita per *Suar. de cẽs. disp. 51 sect.*

sect.2.nu.11.& Tol.lib.1.c.57
Quod verius censet *Garc. p.7. c.12.n.29. ex cap. non confidat 30.dist.*&pro hac parte refert etiam decis.Rot.Rom.

Quis vero dispenset cum huiusmodi corpore vitiatis. videnda sunt, quæ tradunt *Mandos.*
199 *in tract.signaturæ gratiæ tit. dispensatio pro corpore vitiatis, Nauar.c.27.n.98. Vgoli. de irregul.c.52.& Barbos.p.2.all. 42.qui alios refert,nu.57.*

Hæc sunt requisita, quæ debent concurrere in omnibus, hoc priuilegio obtinendi beneficia gaudere, volentibus.

Sed quia in quibusdam diœcesibus, & Regnis est Priuilegium, seu consuetudo, vt be-
200 neficia conferantur oriundis, seu naturalibus earumdē diœcesum, seu Regnorum; ideo ijs in locis, in eo, qui de beneficio prouidetur, requiritur vltra prædicta requisita, vt sit oriundus, seu naturalis illorū locorum; nam exterus ibi beneficia obtinere non potest, ita *Selua de benef. 3.par. q.26. Couar.pract. c.35.n.5. Corras. 3.p.c.5.nu.12.& alij.*

Quis autem in proposito dicatur oriūdus, seu naturalis diœ-
201 cesis ad finem obtinendi eiusdem diœcesis beneficia. vide post alios, tradita per *Garc.p.7.c.9.à n.17.*

Rursus, cum quædam beneficia, ex fundatione, statuto, consuetudine, vel priuilegio sint
202 conferenda certis personis, seu certo generi personarū; vltra requisita generalia, hoc etiam desideratur in eo, qui ea obtinere voluerit, nam illis, & non alijs talia beneficia conferenda sunt. & de nonnullis circa hoc requisitum. vide tradita per *Garc. d.p.7.c. 15.*

Superest adhuc, pro maiori dilucidatione nr̄æ propositionis, vt in seq.dubi.sūmatim verba faciamus. An simoniacus, homicida, periurus, falsarius, sacrilegus, concubinarius, sodomita. & an hæretici, & eorum credentes, receptatores, defensores, & fautores, atq; eorum filij gaudeant hoc priuilegio obtinendi, vel retinendi beneficia. ideo sit.

VNDECIMA DVBITATIO.

203 AN simoniacus hoc Priuileg. obtinendi, & retinendi ecclesiast. beneficia, gaudeat.

Pro resolutione distinguendum est, de simoniaco in ordine, & de simoniaco in beneficio.

Si loquimur de simoniaco in beneficio. Quatuor sunt, quæ constant præcipue apud Doctores.

Primum est, quod simoniacus simo-

simonia re ipsa, ex vtraq. parte completa, est inhabilis ad obtinẽdum illud beneficium, quod sibi per simoniam nulliter fuit collatum, sine speciali dispensatione, vt colligitur ex *cap. penul. de elect. & ibi notant Abb. & alij, vt etiã refert Suar. 1. to. de relig. lib. 4. c. 58. n. 9. & per Farinac. in prax. crim. p. 7. in fragm. lit. C. n. 299. & Barb. p. 3. all. 57. n. 231.*

Ad obtinẽda vero alia beneficia, ex constit. Pij V. incip. *cum primum*, quam refert *Quarãta, verbo simonia*, idem dicendum est, vt notat *Garc. p. 8. c. 1. nu. 71.* cum ibi expresse ponatur ista inhabilitas ad beneficia obtinenda ipso facto. & Quamuis *Nauar. cons. 92. nu. 5. de simon.* quẽ sequitur *Emã. Sà ver. simonia nu. 9.* dicat, eã constitutionem ita videri intelligendam, vt non censeatur habere locum in foro consciẽtię, antequam condemnetur; tamen conuincitur clare ex verbis dictę cõstitutionis, vbi dicitur ipso iure sit inhabilis ad illa, & alia beneficia acquirenda, vt per *vgolin. tract. de simonia tab. 4. c. 6. §. 6. nu. 2. & Suar. d. c. 58. n. 10. Qui cum nauar. ait. vt refert quoque Garcia d. p. 8. c. 1. nu. 72.* prędictam pęnam non esse vsu receptam & ideo posse in praxi seruari opinionem Nauar. quãdo delictum non est deductum ad forum contentiosum.

Et quamuis alijs beneficijs, & dignitatibus antea legitime obtentis, aliqui dicant, priuari, vt probare conatur *Garc. d. cap. 1. n. 4.* tamen contraria opinio est communis, vt testatur *Mol fes. d. tract. 6. n. 97. vt* sit necessaria iudicis sententia & interim posse retinere beneficia legitime acquisita.

Secundum est, quod simoniacus per simoniam conuentionalẽ, dumodo non sit confidentię, neutra ex parte completã, vel datum est pretium, sed nondũ tradita res spiritualis, non incurrit ipso facto pœnas iuris positiui, secundum *Less. de iust. & iur. lib 2. c. 35. n. 149.* qui de communi testatur, præsertim recentiorum cum *Nauar. in sum. c. 23. n. 104. & Tolet. lib. 1. c. 93. n. 3. & per Molf. in sum. tract. 6. c. 15. nu. 93.*

An autem incurrat pœnas per simoniam conuentionalem completam tantum ex traditione rei spiritualis.

Affirmant *Sotus de iust. lib. 9. q. 8. ar. 5. Caiet. verb. simonia nu. 2. Valent. 3. tom. 2. 2. disp. 6. q. 16. pu. 6. Tol. li. 5. c. 93. & alij apud Garc. d. p. 8. c. 1. nu. 30.* Ratio eorum est, quia emptio, & vẽditio videtur perfecta quando res est tradita, licet pretium nondum sit persolutum.

Less.

Less.vero l.2.c.35.dub.27.n.149. contrarium tenet cum Nauar. d.c.23.nu.104. quem sequuntur Iaco.de Graff.in decis. aur. lib.2.c.96.nu.20. manual. Rodriq.in sum.2.to.c.55. num.3. Auil.de cens.3.p. disp.5. dub 9. Gons. ad regul.de mens.glo.15. nu.69.Suar.de relig.d.l.4.c.56. num.33.& alij relati per Garc. nu.19.* & hanc partem probat *Less.* ex eo quia, & si forte ex rigore iuris videantur hæ pœnæ contrahi per simoniam conuentionalem,etiã ex neutra parte cõpletam (eo quod ad substantiam cõtractus emptionis, & vẽditionis sufficiat conuentio,seu pactum, quia consensu perficitur) tamen iuxta stilum Curiæ Romanæ non censentur incursæ, nisi p simoniam realem vtrinque cõpletam, vt testatur Nauar. non obstante Bulla Pij V. hac de re edita, quæ non videtur fuisse recepta. Ratio esse videtur,quod pœnæ (præsertim graues,& quæ ipso facto contrahuntur) quantum fieri potest,sunt restringendæ,ac proinde pœnæ constitutæ ijs, qui spiritualia emunt,aut vendũt, restringendæ sunt ad emptionem, & venditionem completam,nisi expresse contrarium significetur lex enim puniens aliquem actum, censenda est punire actum completum.

Tertium est, quod simoniacus p simoniam confidentiæ, non potest obtinere beneficium sibi nulliter collatum vitio simoniæ, sed nec etiam alia beneficia,sine dispẽsatione. imò est quoq;priuatus alijs beneficijs, & pensionibus ante obtentis, prout statutum extat in const. Pij V. incip.*Intolerabilis*, relata per *Quaran.verb. simonia.* Pensiones tamen,& beneficia ante obtenta, non tenetur dimittere ante sententiam,vt aduertit *Less.d.l.2. c.35.dub 26. num.147. & D. Prosp.de August. ad Quaran. d.verb.Simonia, vers.secundo amplia.*

Quartum est, simoniacum, per simoniam tantum mentalem, non incurrere pœnas à iure inflictas contra simoniacos, ex communi sententia,de qua testatur *Less.d.l.2.c.35.du.23. nu.130.& tradunt Tol. lib.5. c.93.n.2.Molf in sum.d.tract. 6.c.5.nu.98.& alij.*

Quis autem dispensare possit in pdicta inhabilitate simoniaci.
204 vide tradita per *Vgol. de simon.tab.4.c.6.§.7. Nauar.de simon.cons.97.nu.5.Suar.to.1. de relig.lib.4.c.61.n.21. Barb. p.2.all.39.n.44.Nouar.in cõcl. 79.n.8.Campani.in diuer.rub. 11.c.27.n.66. & alios.*

Si vero loquimur de simoniaco in ordine, *Suar.de relig.d.li.4. c.56*

c.56.n.17. existimat, solam su-
205 spensionem ab executione suorum ordinum incurrere illum, qui simoniace ordinatur præter excom. reseruatã Papæ iux.extrauag.Paul.II. incip. *cũ detestabile, vt latè per Suar.ibid. & c.58. & per Less.lib.2.c.35. dub.24.n.133.ac Tol.lib.1 c.49 n.19.* & patet ex Bulla Sixti V. edita in male promotos, vbi dicitur: *si sic suspensi ministrauerint, fiant irregulares, & priuati beneficijs.*

DVODECIMA DVBIT.

206 AN clericus homicida, hoc priuil. obtinendi beneficia, gaudeat.

Et nequaquam hoc priuil. potiri tradunt communiter Doct. cum sit irregularis, qui sine dispensatione obtinere non põt ecclesiastica beneficia, vt habetur in S.C.T. *sess.14.c.7.de reform.* & dictum est supra nu. *151.*

Beneficijs tamen per prius obtentis, non est ipso iure priuatus; sed per sententiam venit
207 priuandus, *cap. cum non ab homine, de iudic. cap. clericus, ne cler. vel mon. & cap. ex literis, de excess. prel. vbi Scrib.* cum in pœnam, quis non incidat ipso iure, nisi vbi à iure exprimitur, *Couar. in clem. si furiosus 2.p.§.3. nu.6. Clarus §. homicidium nu.21. Suar. de cens. disp. 44. sect.4. Diaz. in prax. crim. c.94. Tol. in sum. l.1.c.38. Gonsg. io.15.n.79. D. Ric. p.2. dec.110 & Molf. in summ. tract.6.c.8. nu.21.*

Vnde cum non sit priuatus ipso iure beneficijs potest lite adhuc pendẽte ante sententiam illa resignare in fauorẽ tertij, sm̃ *Paris. de resign. li.3.q.16. & Sãch. de matr. lib.7. disp.42.n.2. & diximus supra nu.153.*

Supradicta tamen conclusio limitatur, vt non procedat in infe
208 rentibus iniuriam Cardinali, qui sunt ipso iure priuati beneficijs, *cap. felic. de pœnis. in 6.* immo etiam filij, & nepotes offendentium Cardinalem, priuantur omnibus beneficijs, & dignitatibus ecclesiasticis, & ad illas in posterum obtinendas efficiuntur inhabiles, *Farinac. in prax. crim. p.5. q.112. n.121. Sarch. in sum. lib. .c.28. n.20. & Barb. p.3. all.57. n.235*

Limitatur etiam in percutiente, vel occidente episcopum, quia ipso iure est priuatus beneficijs, quæ obtineret in ecclesia, cui talis episcopus præesset. *clem.1.§. à feud , de pœnis.*

Sic etiam in occidente prælatũ, aut conbeneficiatum, quia est priuatus ipso iure beneficiis, q̃ obtinet in ea ecclesia, *cap. in quibusdã de pœnis. & per Fari. d.par.5.q.119.num.58. & Ric.*

dicta par.2.decis.110.

209 Limitatur quoq. in assassino, qui ipso iure est priuatus beneficiis, *Farinac.d.p.5.q.123 Consf.nu.76.Molf.d.p.1.trac.6. c.7.nu.36. D.Ric.d.dec.110.p.2. Barbos.p.3.alleg.57.nu.238.& Campanil.in diuers. rubr.11.c. 23.n.122*

DECIMATERTIA DVBIT.

210 AN periurus gaudeat hoc priuilegio obtinendi beneficia.

Et dicendum est; ex *Rota dec.201. seu 1. de iure iurando*; periurū ob non seruatam fidem, esse infamem, *cap.quærelam, de iure iuran.& notant Ric.p.2.dec.17 & alij apud Barb.p.3.alleg.51. nu.45.* & ideo inhabilem ad beneficia, ex communi opinione, vt dicit *Lamb.de iure patr.li.2. q.9.ar.15.quem refert Clar.li.5. recep.sent.§.periurium nu.3.& per Feli.in cap.quærelam, de iure iur.& Campanil. in rit. 37. Cur.Arch.Neap.nu.12. & in diuer.rub.11.c.19.n.12.*

211 An autem beneficiis obtentis per prius, sit priuatus.

Resp. negatiue, sed esset priuādus ex communi sententia, quam tenent *Clarus d. §. periurium nu.3. Diaz in praxi crim.c.92. Duar.lib. 8.c.6.§.3.Seraph. decis.1285.Ricc.p.4.collect. decis. 1316.* & alii, quos refert, & sequitur *Barbo.cit.n.46.* Additq; *Staph.de lit.grat.tit.de var.modis vacatio.§.quando, quis veniat priuandus nu.8.* Quod signatura non dat pro periurio priuationem beneficii, nisi sit periurium iudiciale, vt etiam dicunt *Diaz cit. & Mandos.de signat.grat. tit.de priuat. vers. impetratur etiam, & alij relati per Garc.p.11.c.10.§.2. n.166.*

DECIMAQVARTA DVBIT.

212 QVid dicendum de falsariis literarum Apostolicarum.

Resp. & dico, esse ipso iure priuatos beneficiis, ex *tex.in cap.ad falsariorum, de crim. fals.* vbi falsarii literarum Papæ, qui p se, vel per alios, eas falsant, excōmunicati sunt, cū suis fautoribus, & defensoribus, ac beneficiis priuati ipso iure, vt notant etiam *Farinac. in prax. crimin.p.6.de falsit. q.151. n.7. Aldrete de relig. discipl. tuenda lib.2.c.17.nu.21.D.Ric.p.1.dec. 42.Barb.p.3.alleg.50.nu.84.& alij.*

An aūt falsificantes literas Cardinalis scribētis nomine Sanctissimi, sint puniendi pęna, de qua in dicto cap. ad falsariorum.

Resp. contra tales falsificantes, non esse infligendam pœnam prædictam, fuit in facti contingentia

gētia resolutum in Cur. Arch. Neap. vt testatur *Ricc. loc.cit.* cum in pœnalibus non debeat fieri extensio de vno delicto ad alium, *cap.odia,de reg.iur.in 6.*

DECIMAQVINTA DVBIT.

213 SEd quid de sacrilegis.

Et dico,quod de sacrilegis tradunt Doct. quod sunt priuandi beneficiis. cum sit graue delictum,& depositione dignum, *cap.si quis presb. 50.dist.* & sacrilegi sunt infames, *cap. infames 6.q.1.* sacrilegi autem, insequentes,percutientes Cardinal.sunt ipso iure priuati benefic. *c. felicis,de pęnis.in 6.*sic etiam capientes, seu bannientes,aut percutientes epis.*clem. 1.de pęnis.* Itē procurātes capi viros ecclesiasticos,vt suis beneficiis renuncient, aut ne citati vadant ad Curiam Romanā,*clem.2.de pęnis. & per Corras. 3.p.cap.vlt.nu.15.* iuxta dicta superius nu.208.

Cumq.in his dubit.sit resolutum, quod in multis casibus, clericus venit priuandus ecclesiastico beneficio, quod possideret. ideo, huius occasione. Quæritur vtrum cler. qui commisit aliquod delictum dignum priuatione beneficij, si fuerit ad illius titulum ordinatus in sacris,nec aliquid haberet,vnde se alimentari posset, an debeat illo priuari.

Et non esse priuandum beneficio in tali casu, ex nōnullis relatis per *Ric.p.1.dec.135.*fuit in facti contingentia cōclusum in Curia Arch.Neap.

DECIMASEXTA DVBIT.

214 QVid dicendū sit de concubinariis, vel sodomitis.

Resp. quod concubinarii, vt tradunt Doct. non sunt ipso iure priuati beneficiis, nec priuādi, nisi fuerint moniti, & nō destiterint,*cap.sicut,& cap.si autem de cohab.cler.& mulier.*& hodie debet præcedere, trina monitio ex S.C.T.*ses.25.c.14.de ref. ita Selu.de benef.3.p.q.3. nu.7. Folle. in prax.crim.fo.221.n.6. Car.de Gras.de eff.cler.in prælu. nu.60.Duen.regu.101.Ric.dec. 43.p.4. & Viuian. de iur.patr. lib.6.c.10.par.2.* vbi enumerat nōnullos,qui vti indignos præsentari nequeūt ad beneficia, &sequitur *Nouar.concl.2.in tit.de iure pat.*

215 De sodomitis autem, iux. Const.Pii V.relatam per *Quarant.verb.sodomia,*est dicendū, quod omnes clerici tām dirū nefas exercentes omni priuilegio clericali, omniq. officio, & beneficio ecclesiastico sunt priuati,&c.vt per *Nauar.c.27 n.249.& alios.*

Et in pœnas prædictæ Bullæ incurrere clericos, quando tale delictum est notorium in foro exteriori, resoluunt *Graff.dec. aur.lib.2.c.90.nu.4. Campanil. in diuer.rub.11.c.22. nu.12.& alij apud Ant.Dianam.p.2.tr.3. miscell resol.61* & in tali casu, vti infames infamia iuris, ad ordines promoueri non possent, & inualida esset collatio beneficij illis facta, iuxta resoluta per *Bonaci. de cens. disp.7. p.3. pun.1.à nu.19.*

Sed verum pœnæ inflictæ per dictam Bullam Pij V. locum habeant, quando sic delinquens esset occultus.

Et minime obligare delinquentem occultum; sed notorium tantum, tradũt *Henriq.lib.13. c.46.Vgol.de irreg.c.13.§.2.n.4 Graff. & Campanil. cit.loc.* & auctoritate prędictorũ, sic fuisse resolutum in Cur. Archiep. testatur *D.Ric.dec.145.p.4.nu. 22.*

An autem incurrat aliquam suspensionem, vel irregularitatem, talis clericus delinquens occultus.

Et nullam suspensionem, vel irregularitatem incurrere propter tale crimen, quãdiu est occultum delictum, fatentur *Nauar.loc.cit. Henriq lib.14. c.5. §1.Campanil.nu.9.& Bonacin nu.3.* post nõnullos alios quos refert, & sequitur *Garc. p.11. c.10.num.145.* quibus accedit *Diana cit.loc.resol.65.* Quãuis suspẽsionem incurrere ab ordinum exequutione, & si in eis ministrare, vel celebrare auderet, irregularem fieri, à solo Papa dispensandum, etiam si occultũ sit crimen, asserant *Clar. §.sodomia n.5. Foller.in prax. crim.p.6.c.37. nu.11. Couar.in clem.si furiosus p.1.§.1.num.6. & Franc.Marc.Delphin.decis. 687.n.16.p.2.*

An vero talis occultus delinquẽs prohibitus sit ordinibus insigniri, beneficia, & officia acquirere.

Ex supradictis non videri prohibitus, si occultum sit delictum, & nondum fuerit res deducta in iudicium, fatentur *D. Ricc. cit.loc.n.24.ex Graf.decis.vnic. n.3.sub titulo de pęnis.& Campanil.d.c.22.nu.19.*

DECIMASEPTIMA DVBIT.

216 AN hæretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores, atque eorum filij, & nepotes gaudeant hoc priuilegio obtinendi beneficia ecclesiastica.

Resp.quod notissimi iuris est, hoc priuilegio non gaudere, *cap. statutum, 2. de hæret. cap. quicumque §.hæretici, eod.tit.in 6.*

&

& cap. vt commissi §. priuandi, de haeret. in 6. & tradunt communiter Doct.

217 Obseruandum tamen est, respectu filiorum, intelligi de filijs haereticorum, qui tales esse, vel tales decessisse probatur; non autem haereticorum poenitentium, & ad fidem redeuntium, secundum *Garc. par. 11. cap. 10. num. 83. & Farinac. de haeres. quaest. 191. §. 2. num. 64.* vbi alios refert. Quamuis, vt tradit *Garc. num. 81. & notat Molfes. in Summa p. 1. trac. 6 cap. 7. num. 31* illi, qui inciderunt in haeresim, & postea cōuersi, & absoluti fuerunt, indigeant Pontificia absolutione, vt capaces efficiantur beneficiorum *d. cap. quicumq; §. haeretici, & cap. statutum, de haereticis.*

Vtrum verò, idem dicendū sit de filijs haereticorum relapsorum, etiam poenitentium, prout dictum est de filijs haereticorum poenitentium.

Varie scripserunt Doctores vt est videre apud *Farinac. cit. loco num. 65. Simanc. de Cathol. inst. tit. 29. rubr. de filijs, & minoribus, Pegnam ad Direct. Eymeric. par. 3. quaest. 115. comentar. 164. §. circa secundum, & Campanil. Rub. 11. ca. 26. num. 14.*

218 Similiter est obseruandum, filios haereticorum occultorū non priuari beneficijs; nec ad illa inhabiles reddi, vt per *Farinac. cit. num. 69.*

Quid autem dicendum sit de haeretico occulto, post absolutionem in foro conscientiae. vide *Say. de cens. lib. 7. cap. 12. num. 16. Garc. cit. loco Sanch. in Summa d. lib. 2. cap. 26. & Barbos. p. 3. all. 43. num. 9.*

219 An autem Clerici filij haereticorum priuentur beneficijs obtentis, ante paternam haeresim.

Nonnulli voluerūt illos priuari beneficijs, non solum obtentis post paternam hęresim, quod tradunt omnes, sed etiā beneficijs acquisitis, ante delictum patris, quorum opinionem communem dicit *Iac. de Graffijs lib. 2. decis. cap. 11. num. 11.*

Alij verò docent, non priuari beneficijs obtentis ante patris delictum, cum non militet eadem ratio in beneficijs obtentis post delictum paternum, & in obtentis antea, quia obtenta post illud, sunt male, & contra iuris interdictū, obtenta, sed obtenta antea, sunt iustè acquisita nullo iure interdicenti, vt *per Couarr.* qui de magis communi *opin. testatur, lib. 2. var. cap. 8. num. 4. Tolet. lib. 1. cap. 69. num. 4. Farinac. d. quaest. 191. §. 2. n. 58. Simanch. d. tit. 29. num. 29. Campanil. cit. num.*

num.21.Barbos.p.3.all. 57.nu. 229.& Sanch.in Summa lib.2. cap.28.nu.28. & 37.vbi etiam dicit nu. 30. quod nec filij hæreticorum per sententiam sũt priuandi beneficijs obtẽtis ante paternam hæresim. Quia nullo Iure, id cauetur. Immo n. 31. dicit quoque, quod nec sũt priuandi beneficijs obtentis, ante condemnationem patris, sed ijs solum, quæ post patris condemnationẽ assequuti fuere, vt per eum, quem etiam refert *Farinac. loc. cit. vbi num. 59. cum Ioan. à Roias sing. 24.* dicit rem ita dubiam esse, vt indigeat Summi Pontificis declaratione.

220 Sed quid dicendum de pensionibus *Sanch.d.lib.2.cap. 28. num.35.cum Gigan. de pens. q. 94.* Idem dicendum esse docet, quod de beneficijs tradit. Cũ in hac materia, appellatione beneficiorum veniat etiam pensio, & affert in hoc nonnullas Doct. auctoritates.

Est tandem obseruandum, filios, descendentes, & nepotes hæreticorum per lineam masculinam, vsque ad secundã generationem, & per lineam femininam, vsque ad primam generationem inhabiles esse ad obtinenda beneficia, vt habetur in *d. cap. vt commissi §. priuandi cap. statutum. 1. cap. quisquis §. hæreticis, de hæret. in 6. & ibi communiter Doct. & latè de hac materia per Farinac. de hæretic. loc. cit. à num. 50. & Campanil. d. rub. 11. cap. 26.*

221 Sed an id, quod dictum est de hæreticis, dicendum sit de apostatis.

Et idem dicendum esse fateor cum, & ipsi hæretici sint, vt tradunt *Abb. & Doct. omnes iuris Pontificij in cap. 1. de Apostatis, Caetan. verbo apostasia; valentia. 2. 2. disp. 1. quæst. 12. pun. 1. notab. 2. Sanch. in Summa l. 2. cap. 7. num. 18. & alij.*

222 De Schismaticis tãdem, vbi Schisma est cum hæresi coniuncta, est dicendum esse inhabiles ad beneficia Ecclesiastica acquirenda, etiã post Schismatis pœnitẽtiam, vt constat, ex *c. quia diligentia, de elect.* ac etiã esse priuatos ipso iure beneficijs ante obtẽtis, sicuti sũt priuati hæretici, vt per *Diaz cap. 114. Rebuff. in prax. benef. tit. de modis amitt: benef. n. 29. Paris. & resig. lib. 3. q. 1. n. 36. Garc. d. p.* xi. *c. 10. n. 151. et alios*

223 Ex omnibus hactenus dictis iã patet resolutio nostræ propositionis. Qui gaudeant, vel ne, hoc priuilegio adipiscendi Ecclesiastica beneficia. Reliquum est, vt breuibus verbis inquiramus de vtilitatibus beneficiato prouenientibus, ex beneficio, ideò sit.

DECIMAOCTAVA DVBIT.

224 QVæ vtilitates proueniant beneficiato, ex Ecclesiastico beneficio.

Resp. & dico, quatuor præcipuè esse vtilitates beneficiato prouenientes ex beneficio. Quarum prima est perceptio fructuum; ipsum, enim benefi-
225 ciū esse ius percipiendi fructus, diximus initio huius cap.
226 An autē beneficiatus acquirat dominium fructuum suorum benefic.

Negant *Nauar. lib. de redd. eccl. et pleriq;* alij, sed dispensatorem esse, tradunt, portionis beneficij superfluæ gradui sufficientis sustentationis, ita ut teneatur ex iustitia eam expēdere in causas pias, alias teneri ad restitutionem docent, quorum opinionem probabilem, & in praxi consulendam dicit *Less. de iust. & iur. l. 2. cap. 4. dub. 6. nu.* 42. ipse verò contrarium tenui in *tract. de oblig. cler. p. 2. num. 28. cum Molina tract. 2. disp. 142. Valentia 3. tomo disp. 10. quæst. 3. pun. 7. Less. cit. & alijs*. Quibus accedit *Barbosa p. 3. alleg. 114. num. 4.* qui ait redditus benefic. assignari non in sustentationis stipendium, sed in stipendium laboris. Quorum sententiam magis communem, & praxi, & consuetudini Ecclesiæ magis conformem, dicit *Garcia p. 2. cap. 1. num. 6. ex cap. vnico, de cler. non resid. ibi, rerum sic receptarum non acquirat dominium. ex Conc. Trid. sess. 23. ca. 1. de refor. ibi pro rata temporis absentiæ fructus non facere suos & sess. 24 de refor. cap. 12. vers. præterea. ibi, quos ratione præbendæ, & residentiæ fecit suos*. Vnde fructus malè expensos
227 restituere non tenebitur, licet eos malè expēdendo peccauerit mortal. maximè partē superfluam congruæ sustentationi, secundum communem sententiam, cum sit contra districtum præceptum *Concil. sess. 25. cap. 1. de refor.*

Cumque beneficiati acquirant dominium fructuum suorum beneficiorum, sequitur,
228 quod licitè, & validè de eis disponere possunt inter viuos, ad pios vsus, tam in prospera valetudine, quam dum in eo morbo existunt, ex quo è vita discedunt. Quod valide disponant, patet, quia vt dictum est acquirunt eorum dominiū. Quod licitè, probatur, quia ad eos pertinet administratio, & dispositio de redditibus suorum beneficiorum cum onere insumendi id, quod vltra congruam sustentationem superest in vsus pios, vt communiter tradunt Doct: nec morbus id onus auferre, imò laudabiliter

ter faciunt, cū id temp us magis eos astringat, vt ipsis piis operibus ad exitum vitæ se disponant, nec in iure reperitur irrita tempore infirmitatis talis dispositio inter viuos, ita tenent *Silu. verbo clericus* 4. *q*. 3. *& 5. Couar. de testam. num*. 3. *Nau. cap*. 25. *num*. 139. *& de reddit. quæst*. 3. *num*. 8. *Barth. à S. Fausto de horis canon. lib*. 3. *quæst*. 115. *& Molina de Iustit. tom. 1. tract. 2 disp. 1 18*. qui aduertit, vt tradant, quod donant inter viuos, tempore in-
229 firmitatis, ad excludendas magnas præsumptiones in foro exteriori, donasse in fraudē, & potius fuisse donationem irreuocabilem. Si tamen disponerent, vt supra, ad vsus profanos, quamuis valide, ex ratione adducta; tamen peccarent mor. cōtra charitatem, vt do-
230 cent *Molina cit. & alij relati per Garc. d. p. 2. cap. 1. num. 7.* quibus accedit *Bart. à S. Faust. de hor. can. lib*. 3. *q*. 111.

Aliter, tamen, videtur sentire *Hier. de Laurent. in decis. Auenion*. 117. in casu aduersæ valetudinis, dum dicit, quod Prælatus, quando incipit infirmari, equiparatur vsuario, secundum *Glo. in cap. præsenti, de off. ord. in 6.* & sicut Vsuarius non potest de fructibus vltra suum vsum disponere, *§. 1. inst. de vsu, & habit.* ita nec Prælatus infirmus. *Ricc. p. 4. decis. 98. & in praxi aur. var. resol. 117. & Io. Garsia Gallesius in comment. de expensis, & meliorat. cap. 11. num. 66.*

231 Secunda vtilitas est Priuilegium fori. De quo dicemus infra Cap. VII.

232 Tertia vtilitas est immunitas, & exemptio à gabellis, exactionibus, & tributis. De qua infra cap. 8.

233 Quarta vtilitas est. Quia obtinens beneficium poterit ad ordines promoueri ab Episcopo, in cuius Diœcesi est beneficium, seu ab alio, de eius licētia, quamuis alias nullo modo ei subditus sit *cap. cum nullus, de temp. ord. in 6.* & tradunt *Vgol. de pot. epi. cap. 26. §. 3. Cāpanil. in diuers. rub. 9. cap. 8. nu. 11. Bonac de Sacr. disp. 8. quæst. vnic. pu. 3. num. 14. Barbos. par. 2. alleg. 4. num. 42. & alij.* Dicitur, enim, ciuis, non solum illius Ciuitatis, in qua natus est; sed etiam illius, in qua possidet beneficium, quādiu illud possidet, *Boer. decis. 260. Abb. in cap. postulastis, de foro comp. Campanil. num. 17. & alij apud Car. de grassis de eff. cler. in prælud. num. 368.* Debet autem habere, hoc casu, non solum titulū: sed etiam pacificam possessionem benefícij, iuxta disposit. S. C. t. sess. 21. cap. 2. de ref. & notat post alios *Ricc. par. 2. decis. 183.*

234 Si tamen episcopus conferret beneficium extero in fraudem, ad finem conferendi ordines, non posset ei ordines conferre, secundum *Piaseg. in prax. episc.p.1.c.1.Ricc.in prax. for.eccl.reso.262. Molf.in sum. tract.2.de sacr.ord.c.2. Nouar. concl.2.de ord.num.21.& Campanil.d.rubr.9.c.8.nu.17.*

235 Si quis autem haberet plura beneficia in diuersis diœcesibus, à diuersis episc.poterit, ratione beneficij, ordinari, præter episcopum originis, vel domicilij, à quo ēt poterit ordinari ad titulum beneficij existentis in aliena diœcesi. *ita Garc.p.2.c.4.nu.2.Vgol.d.c.26. §.1. Ricc. in d.prax. resol. 257. Campanil d.c. 8.nu.14.Barbos. d.p.2.all.4 nu. 51.& alij.*

236 An autem per electionem vnius istorum episcoporum censeatur præclusa via, quominus pro reliquis ordinibus recipiendis, possit ad alios episcopos accedere.

Resp.secundum *Vgol.d.c.25.§.3.* quod posset quis ordinari ab episc. beneficij, etiã si ad illius titulũ non sit ordinatus, *ex glo. in d.c.cũ nullus,verb.ecclesiasticum*, cũ tex. nõ distinguat, nec in iure contrarium reperitur cautum. & regulariter, variatio in dubio non censetur prohibita, maxime in ijs, quæ sunt facultatis, vt in casu nostro. & ideo in praxi seruatur, variationem fori, personis priuilegiatis, pluries concedi. vt per *Nouar. in prax. elect. for. q.3. p.1.& concl.2.de ordin. nu.22. ac in tract.de priuil.miser.pers. priuil.96.n.9.* vbi etiam refert, fuisse resolutum in Cur. Arch. Neap. Quod ordinatus in loco domicilij, possit ordinari in loco beneficij.

237 Ampliatur primo, ante dicta conclusio, vt possit quis promoueri ab episcopo beneficij, vt procedat, etiam si beneficium non requirat residẽtiam, nec in illo resideat; nec in illius diœcesi, & sic non eximatur à iurisdictione primi episcopi. cum *tex. in d. c. cum nullus*, simpliciter loquatur de benefic. ita *Doct.in d.c.cũ nullus, addit.ad Quarant. verb.ordo, Ric.in d.prax.for.eccl.resol. 258.Vgol.d.c. 26.§.3.& alij.*

238 Ampliatur secundo, à quibusdam Doct. apud *Garc. d. p. 2.c.4.nu.8.* vt procedat etiam si beneficium sit tenue, & insufficiens ad victum, cum *tex. in d c.cum nullus*, vt pluries dictũ est, simpliciter de beneficio loquatur, nec explicat illius valorem, & quantitatem. Contrarium tamen ipse dicendum censeo, cum *Vgol.d.c.26. §.3. Prosp. de August. ad Quarant. d. verb. ordo, Piaseg. in prax. episc.p.1.c.1.Ric.cit.lo..reso.260*

& p.3.dec.77.& alijs. nempe, non posse episcopum loci, vbi est beneficium tenue, tali beneficiato conferre ordines. nam S.C.T. *d.sess.21.c.2.* postulat, vt beneficium sit sufficiens ad victum honeste, vt possit quis sacris ordinib. insigniri. Quãuis secundum Doct. si ordinandus adiungeret beneficio tenui, patrimonium sufficiens ad victum, posset ab eo episc. ordinari. *Sic Vgol. Ric & alij, cum Campanil. nu.12.* Qui etiam fatetur, episcopum, qui conferret ordines subdito ratione tenuis beneficij, & non habenti supplementum patrimoniale, non incurrere pęnam emanatam contra promouentem alienum, sed aduersus promouentem sufficienti titulo carentem.

Et à fortiori dicendum est, quod nõ possit quis ordinari ab episc. beneficij, quando esset beneficium tenuissimum, ratione prę sumptæ fraudis. vt tradunt *Barbos. p.2. all.4. n.45. & Campanil. in diuer. d. rub.9. c.8. n.12.* Qui etiam refert, per Illustriss. DD. Card. Sacr. Congr. cum suis ad D. Card. de Aquauiua Arch. Neap. tunc viuentem, datis literis responderunt. super quinque dubijs in hac materia ordinum ab illo propositis. Quarto enim capiti tractanti de promoto ab alieno episc. ex causa beneficij tenuissimi. Responderunt: male promotum, ipsumq. propterea suspensum ab executione, atq; ordinatorem à collatione per annum.

240 Quale autem sit beneficiũ tenuissimum.

Sotus de iust. lib.10. quæst.5. ar.3. exemplificat in beneficio non attingente ducat: octo, existimat itaq. non esse tenuissimum, si attingat ducat, octo, prout refert quoq; *Barbo. p.2. all.4. n.45.*

Auctor vero prax. epis. verb. benef. §.3. p.1. & Piaseg. in prax. c.1. nu.10. exemplificant in beneficio rendente quatuor ducatos in anno, & huic opin. accedere videtur *Campani. cit. dum ex sentẽtia Pauli de Eleazar. in clem.2. de decim. quem sequitur Menoch. de arbit. lib.2. cas.216.* beneficium tenue dicitur, non excedens ann. redditum septẽ coronatorum. in tãtum, quod vsque ad septem inclusiue, dicetur tenue; ab eo vero, supra transcendet terminos beneficij tenuis. & ideo ipse episc. Campanilis existimauit, potuisse conferre ordines cuidam clerico extero, tanquam suo subdito, possidenti in sua diœcesi benef. ann. duc.13. simul cum patrimonio adiuncto.

241 Ampliatur tertio, per Garciam infra cit. etiam si beneficium

cium sit manuale, & ad nutum amouibile. nam licet ad illius titulum promoueri nõ possit, vt tradunt Doct. communiter; tamen ratione illius, poterit ad alium titulum ordinari ab episcopo, in cuius diœcesi est beneficium. vt docent *Domin. & Franc. in d. c. cum nullus, & Rebuff. in prax. tit. de cler. & à quibus nu. 21. quos refert, & sequitur Garc. n. 3.*

242 Ampliatur quarto, vt procedat etiam si non habeat beneficium in titulum, sed in cõmendam perpetuam ad vtilitatem commendatarij; nã ista reputatur titulus canonicus, seu habet vim tituli, iuxta tradita per *Garc. p. 4. c. 4. num. 10. Barbo. p. 2. all. 4. nu. 50. Nouar. concl. 2. de ord. num. 15. & per Burrell. in sum. decis. tit. de commenda, & commendatarijs to. 1.* & quamuis *Francus* aliter sentiat, intelligi debet, vt ait *Garcia d. p. 2. c. 4. n. 11.* de commenda temporali, vel ad ecclesiæ vtilitatem, vt in terminis, *cap. nemo, de elect. in 6.* quæ non est titulus canonicus, nec vim tituli habet, & ita dicit *Rebuff. cit. loc. n. 21.*

243 Ampliatur quinto, vt procedat, siue istud sit beneficium, propter quod recipit ordinẽ, siue non. cum *tex. in cap. cum nullus*, generaliter, & indistincte loquatur, vt ait *glo. ibi, ver. ecclesiasticum*, vnde si beneficium haberet certum ordinẽ annexum, puta Subdiaconatũ, poterit ab eodẽ episcopo ratione talis beneficij, etiam ad alios ordines promoueri, vt docent *Vgol. de pot. episc. d. c. 25 §. 3. Barb. p. 2. all. 4. num. 50. & Ric. in d. prax. resol. 258. n. 2.*

244 Vltimo ampliatur, vt non solum possit eum ordinare episcopus beneficij; sed etiam cũ eo dispensare in interstitijs, & in illegitimitate ad ordines minores, vt tradunt *Garc. d. p. 2. c. 4. n. 14. & Barb. cit. n. 54.* nam cum sit illius subditus ratione beneficij, quoad ordines, est quoq; subditus, quoad omnia concernentia ad ordines, & illis annexa, *ad l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.* Quod non procedere, dicunt *Nauar. cons. 12. & 13 de temp. ord. Manuel 2. to. sum. c. 14. n 1. concl 10. Campanil. d. rub. 9. c. 8 nu. 29. Genuen. d. c. 83. Ric. p. 3. coll. dec. 596. & alij relati per Sanch. de matr. disp. 1. nu. 25.* in familiari episcopi triennali, alias non subdito, cum quo fatentur, ipsum episcopũ

245 non posse dispensare in interstitijs, nec in defectu natalium ad ordines minores, vt posset proprius episcopus. & ducuntur præfati DD. vt etiã refert Sanch. pluribus rationibus. Præcipue ex eo, quia vno impedimento sublato, minime

censetur alterum distinctum, sublatum, *cap. ex tua, de vsu, & auctor. pallij.* sed in hoc euentu concurrit duplex impedimentum; alterum defectus subiectionis ad ordines, alterum irregularitatis; sublato igitur priori per initiandi licentiam non aufertur posterius, cum potestas initiãdi, & dispensandi sint separata, & à separatis non fit illatio, *l. Papinianus, ff. de minor.* vt per eos. ipse vero

246 Sanch. alia ratione censet, posse episcopum cũ eo familiari dispensare in interstitijs, & quacumque irregularitate. Quod ad id, habitatio maioris partis anni sufficiat, vt tenet quoq; *Eman. Sà verb. episcopus n. 36.* & retulimus supra num. 171.

247 Obseruandum tamen est, vt notat *Garc. d. p. 2. c. 4. nu. 15.* quod episcopus, in cuius diœcesi est beneficium, poterit ordinare, vel dare literas dimissorias, etiam si beneficium esset subiectum alteri episcopo, quoad prouisionẽ, idest, etiam si spectaret ad prouisionem alterius episcopi. sed si esset alteri episcopo subiectũ, quoad iura episcopalia, tunc ille haberet id facere, quia tunc in illius diœcesi esse videtur. ita *Francus in d. c. cum nullus, Prosp. de August. ad Quarant. verb. ordo, Ricc. d. resolut. 258. Nouar. concl. 2. nu. 18. de ordin. & Cãpanil. in diuer. rub. 9. c. 8. n. 16.*

248 Item obseruandum est, quod ad istum effectum requiritur possessio beneficij, & non sufficeret sola collatio, seu titulus; ad hoc enim, vt efficiatur de eius foro necessarium videtur, quod habeat beneficium cum effectu, vt dictum est nu. 233. & tenent etiam *Ric. d. res. 258. Nouar. cit. num. 20. Cened. pract. quæst. c. 4. nu. 23. Cãpanil. in diuer. rub. 8. cap. 3.* Quamuis *Garc. p. 2. c. 4. n. 16.* dicat solam possessionem absq; titulo sufficere.

249 An autem sufficiat habere pẽsionem, vt possit episcopus illius loci, vbi est beneficium, vnde pensio habetur, ordines conferre.

Resp. negatiue, cum nõ sit beneficium. ita *Duare. de benef. l. 2. c. 4. Couar. pract. c. 36. n. 10. Suar. de cens. disp. 13. sect. 1. nu. 7. Gigas de pens. q. 28. Barbosa d. p. 2. all. 4. nu. 56. Ricc. in prax. rer. quot. for. eccl. res. 261. Vgol. de pot. ep. c. 26. §. 3. & alij.*

250 Sed an sufficiat habere capellaniam non collatiuam.

Resp. negatiue, quia non est beneficium ecclesiasticũ, nec ab Ordinario confertur, sed est sub pia dispositione fundatoris, seu eius hæredum, siue successorum, qui possunt dare tales

les capellanias sine episcopo, quibus voluerint, dummodo sint idonei, iuxta fundatoris dispositionem, ita *Guid. Papa dec. 187. Gons. in reg. 8. Cancell. glo. 5. nu. 27. Velas. dec. 6. nu. 12. Ric. p. 4. collect. dec. 789. & alij.* & ideo dicit *Nauar. cõs. 5. & 7. de preben.* quod capelaniæ institutæ à solis testatoribus citra auctoritatem Papalem, vel episcopalem, non sunt col latiuæ, nec beneficia, nec obligant suos possessores ad horas canonicas. Si vero capellania fuerit assignata alicui in

251 perpetuum, vel in titulũ auctoritate episcopi, tunc vt beneficium ecclesiasticum iudicari debet, & consequenter posset ratione ipsius ordinari ab episcopo, in cuius diœcesi esset erecta, vt supra dictum est, *ita Zerola in 1. p. §. beneficium fol. 14. Nauar. de hor. can. c. 20. num. 17. Ric. p. 2. dec. 190. num. 9. & alij.*

252 Tandem, præter subditum ratione beneficii (huius occasione) faciendo verba, breuiter, de subiectis episcopo, vt possint ab eo iux. *tex. in d. c. cũ nullus, de temp. ordin. in 6. & S. C. T. sess. 23. c. 8. de refor.* promoueri ad ordines, etiam ratione domicilii, vel originis.

253 Dico, loquendo de subiectis ratione domicicili. Quod contrahitur domiciliũ, quando quis se transfert ad habitandũ in aliquo loco, & expresse declarat se habere animum ibi contrahendi domicilium, quia statim illud acquirit, absque aliqua expectatione tẽporis. *Abb. in cap. fi. de paroch. Bonac. de sacr. disp. 6. q. vnic. pu. 4. n. 10 Mascar. de prob. concl. 534. Barbosa p. 2. all. 4. n. 26. Ric. dec. 27. pa. 4. & Paulus Layman. lib. 4. tract. 9. c. 9. de sac. ord. n. 10.*

Quamuis in Cur. Arch. Neap. aliter, iustis de causis, seruetur, vt refert idem *Ric. p. 2. dec. 251.* nam clerici exteri, qui in hac Vrbe morantur cum dimissor. suorum Ordinariorũ, licet declarent se habere animum in ea domicilium contrahendi, & per longum tempus in ea habitauerint, minime admittuntur ad ciuilitatem Neapolitanam, nisi capta informatione, quod in eorum patria non habeant aliqua bona, & tamdiu Neapoli habitauerint, quod præsumptio sit amplius non habere animum redeundi ad patriam, & postea mediante decreto declarãtur ciues Neapolitani, & nisi prædicta fiãt, nequaquam pro talibus habẽtur, nec conferuntur eis ordines sine dimissoriis suorũ episcoporum.

254 Si vero quis non declarat animum suum, ad coniecturas recurritur. Quarum prima est, si

si assidua probetur habitatio in aliquo loco, non minori tẽpore 10. ann. vt tradunt *Menoch. de arbitr. casu 86. num. 13 & alij apud Ric. d. dec. 251. p. 2.* & ideo, qui in aliqua ciuitate per decem ann. resideret, posset ibi ab episcopo illius, ordinari, vt decisum refert *Armendariz. in add. ad recop. leg. Nau. lib. 1. nu. 18. l. 1. nu. 49. Bonaci. cit. Guaran. verb. ordo, & ConincK. disp. 20. dub. 6.* nisi tamen adsit aliquod inditium nõ habere ibidem animũ permanendi, vt esset in studente, vel castellano, qui semper cogitãt

255 de redeundo ad patriam. *Farinac. in fragm. crim. par. 1. lit. D. nu. 215. Ric. par. 4. dec. 27. Bonaci. nu. 10. Grat. discept. for. 181. n. 4.* domicilium enim nõ constituitur, nisi cum animo ibi perpetuo habitandi. *Abb. in cap. nostra num. 11. de sepult. Mandos. in regul. Cancell. 16. quæst. 31. Paul. Layman. d. lib. 4. tract. 9. c. 9. n. 10. & D. Reg. Valenzuola cons. 27. nu. 26.* & in eo differunt domicilium, & habitatio, quia domiciliũ est locus originis, vel perpetuæ habitationis; habitatio vero est

256 commoratio in loco per accidens, & animo alio se transferendi. *Menoc. cons. 329. n. 33.*

257 Secunda cõiectura est, Quãdo quis magnam summã rerũ suarũ in aliquo loco cõstituit, *l. ciues C. de incolis, li. 10. Decia. tract. crim. lib. 4 c. 16. nu. 8. ConincK. & Guaran. cit. loc. Sãch. de matr. li. 3. disp. 23. Bonaci. cit. & Piaseg. in prax. p. 1. c. 1. n. 9.* Qui ait, quod sola emptio do-

258 mus, vel translatio alicuius partis bonorum non facit domicilium, *c. dilectus, de rescript. & per Barbo. p. 2. all. 4. num. 27 & alios.*

259 Vnde, qui longo tempore degit in aliquo loco, dum tamen habuerit animum in eo perpetuo permanendi, posset ab episcopo illius loci ordinari, aut ab alio promoueri cum suis literis dimissor. *Vgol. de pot. epis. c. 26. nu. 2. Nau. cons. 2. de tẽp. ord. Bonac. de sacr. disp. 8. pu. 4. q. vnic. nu. 4. & Campanil. in diuer. rub. 9. c. 8. n. 18.*

Vtrũ vero Baro possit ꝓmoueri ad ordines ab eo Antistite, in cuius diœcesi possidet feudum. Et posse fatendum est, cum *Campanil. nu. 20.* cum dicatur primus ciuis illius loci, & feudi, vt tradunt omnes. Idemq. sentire videtur *idem Campani.* quãuis in eo loco feudi non habitet Baro; & hoc, ratione præsumpti domicilij.

Quod si plura oppida, & terras in diuersis diœcesibus Baro possideret, posset ordinari, iuxta tradita per eumdem Cãpanil. ab illo episcopo, qui præest loco, à quo recipit denominationem

tionem, v.g. ab Episcopo Nucerin. si Dux Nuceriæ ordinari concupisceret.

260 Loquendo denique, de subditis ratione originis, sub quorum nomine. Dico, quod veniũt nati realiter in diœcesi, *glo. in c. 1. de vsur. in 6. ver. alienigena, Henriq. in sum. lib. 10. c. 22. §. 1. Vgol. d. c. 26. Affl. decis. 284. & Ric. in prax. for. eccles. resol. 257.*

261 Quod etiam ampliatur in expositis, quos episcopus loci in quo fuerunt expositi, poterit ordinare. Quia dicũtur originarij, & ciues illius ciuitatis in quo expositi sunt. *Bar. in l. 1. ff. ad municip. Mandos. de æta. min. c. 1. nu. 24. Barbos. p. 2. all. 4. n. 17. & 37. Ric. in rit. 15. Cur. Arch. Neap. & Campanil. loc. cit. nu. 24.*

262 An autem origo patris, etiam inspiciatur, quoad suscipiendos ordines; ita ut episcopus loci, in quo pater natus est, possit conferre ordines ipsius filio, qui alibi natus est.

Negat *Graff. dec. 25. in tit. de approb.* asserens suam, & non patris originem spectãdam esse. & ita viget praxis Cur. Arch. huius Neap. Vrbis, quæ nõ ordinat sine dimissorijs, alibi natos, ratione paternæ originis, vt testantur *Genuen. in prax. c. 47. & Nouar. de ordin. concl. 9. n. 6.*

Alij vero probabilius affirmant, posse promoueri à tali Antistite loci, in quo eius pater natus est. nam locus originis bene appellatur ille, in quo pater natus est, *l. assumpto §. 1. ff. ad municip. & l. si vt proponis C. de incol. lib. 10.* & oriundus dicitur à natiuitate propria, vel paterna. *Ias. in l. huiusmodi §. legatum nu. 18. ff. de lega. 1. Ioseph. de Sess. Aragon. decis. 30. & alij. ita Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. q. 46. glos. in d. c. cum nullus. ver. alienigenas, de temp. ordin. in 6. Vgol. de pot. epis. d. c. 26. §. 1. nu. 4. Barbos. p. 2. all. 4. n. 4. Campanil. d. rub. 9. c. 8. nu. 9. Bonaci. de sacr. disp. 8. q. vn. pu. 4. n. 13. & Ric. p. 4 dec. 317. & in prax. for. eccl. res. 257*

Vbi tamen hoc, quod dictũ est de origine patris, limitat in filio cõcepto, atque nato postquam eius pater deserta prouincia, vel loco originis, domicilium alio transtulit. Quia nõ potest dici originarius loci, iã prius deserti à patre, prout fuisse decisum in Rota, fatetur *Ces. de Graß. dec. 15. de prob.*

Vtrum vero ordinatus in minoribus ab alio, quam ab episcopo originis, possit ab eo, postea promoueri. vide dicta superius nu. 236

Quamuis autem filius ex origine patris dicatur oriundus, seu

263 originarius illius loci, in quo na-

pater natus est, tñ ex origine aui, non dicitur nepos, originarius illius loci, in quo auus natus est, quoad ordines suscipiendos. ita *Vgolin.Ricc.& Barbos.cit.loc.* & sic fuisse decisum in Rota Romana, refert *Cas.de Grass.dec.5. qui filij sint legit.& per Couarr.super 4.decretal.p.2.c.7.§.1.n.15.*

Nec quoad ordines suscipiendos inspicienda est origo matris. cum filius originem paternã,
264 non maternam sequatur.*l.3. C.de municip. & origin.lib.10. & per Pichar.in tract.de nobil. communicatiua nu. 9.* nisi pater sit naturalis, quia tunc nõ
265 eius origo,inspicitur,sed matris, quoad præfatum effectũ, *l.1.ff.ad municip.*nam appellatione patris non venit naturalis, secundum *Bald. cons.23. vol.1.vt refert Ric. d.resol.257. nu.6.* sicut etiam vulgo quæsi-
266 tus, maternam sequitur originem,*l.cum legitima ff.de stat. homin.*similiter quando patris
267 origo deest,sectanda est materna *Gonsal.in reg.8.Cancell. glo.9.§.1.num.14.& post alios Barbos.& Nouar.loc.cit.*

Ille vero qui fortuito natus est aliquo in loco, quem mater pertransibat, aut illuc nõ ani-
268 mo permanendi iuerat,quãuis ad breue tempus incolendi; illius loci non diceretur ciuis,ex doctrina *Bart.in l. filios C.de municip. & origin.lib.10.* & propterea ab illius loci Antistite promoueri non posset, sed sequeretur paternæ originis domicilium. *Henriq. in sum.lib.10.c.22.§.1.Campanil. d.rub.9.c.8.nu.10.Ricc.d.resol. 257.nu.7. Paul.Layman.lib.4. tract.9.c.9.nu.11. & Vgol.cit. nu.5.* Qui etiam asserit,filium habere originem in domicilio patris,si in mari natus sit, ꝙ sequitur quoque *Barbo.par.2. all.4.nu.18.*

269 An autem allectus in ciuẽ, vel aggregatus in Nobilem alicuius ciuitatis, vel loci, siue eius filius, possit ordinari ab episcopo illius loci, à quo fuit allectus.

Resp.minime posse ordinari. nã licet quis dicatur ciuis illius ciuitatis, in qua allicitur, seu recipitur.secundum *Capyc.dec. 162.& Affl. dec.384.* tamen dicitur ciuis fictus,& in materia stricta, prout est receptio ordinum,nõ comprehenditur, secundum *Boer.dec.13. nu.24.* quem sequitur *Ric. in prax.fori eccl.res.257. & in decis.Cur. Arch.p.4.dec.317.*

Et in d.Cur.Arch.Neapol. exteri allecti in ciues Neap. non admittuntur ordinandi, nisi mediantibus literis dimissoriis eorũ Ordinariorum; prout sic in eadem Cur. seruari testatur idem *Ric.p.3.dec.193.*

270

270 Posset quoque Episcopus ordinare familiarem suum, si per triennium secus fuerit cõmoratus, & beneficium re ipsa statim illi conferat, vt decisum extat in S.C.T.*sess.23.c.9. de reform.*& notant *Quarant. verb.ordo, Bonaci. de sacr. disp. 6.q.vnic.pun.4.nu.15.Martin. Fornar.de sacram.ordin.c.5.& alij.*

271 Quis aũt dicatur familiaris epi ad finem, vt possit ab eo ordinari. tradunt præter alios *Nouar.conclus.3. de ordinib.& Ric.p.2.dec.282. & p.3.dec.70.* & dicemus, oportuniori occasione, infra c.7.nu.49.

272 Sed vtrum episcopus titularis possit ordinare alienum subditum prætextu continuæ commensalitatis.

Dico, non posse, fine licentia sui prælati, vt decretum extat in S.C.T.*sess.14.c.2.de reform. & notant Franc.Leo, in thess.fori eccl.p.3.c.8.nu.16.Ric.in prax. for.eccl. resol.495. in notabilibus, & alij apud Barbos.par.2. alleg.6.nu.1 & Bonaci. d.disp. 6.q.vni.pu.4.n.19. ac notatur in tract. de confess.solicitan.q. 12.nu.27.*

273 Possunt quoque Cardinales presbyteri tonsuram, & cęteros ordines minores cõferre suis familiaribus, *Ioan. Andr.& alij in cap.1. de suppl. neglig.prælat.Mayol.de irregu. lib.4.c.20.nu.8.Martin.Laud. in tract.de Cardin.q.20. & alij apud Barbos. d.par.2. allg.5. num.19.*

274 Quis autem dicatur familiaris Cardinalis, præter notatata infra d.c.7.nu.49.tradunt etiam *Barbos.p.3.all.57.n.108 & Ric.dec.215.p.4.*

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. V.

De Priuilegio obtinendi pensiones Ecclesiasticas.

SVMMARIVM.

2 *Quid sit pensio.*
4 *Et quotuplex.*
8 *Quæ sint pensiones clericales.*
9 *Pro obtinendis pensionibus requiritur, vt quis sit clericus, & incedat in habitu, & tonsura.*
12 *An possit reseruari pensio ad fauorem cleric. ordin. ab alieno episc. sine dimiss.*
13 *Quę ætas requiratur ad obtin. pens.*
15 *An requiratur, vt non sit censuris innodatus.*
16 *An irregulari possit pensio reseruari.*
Et vtrum sit capax retentionis pensionis.
17 *An irregularis ob homicidium, priuandus sit pensione.*
18 *An clericus coniugatus valeat obtinere pensiones.*
19 *An vacent pensiones obtētæ ante contractum matrimonij.*
21 *Quid, si matrimonium fuit irritum.*
22 *Vel, si contraxit sponsalia de futuro.*
23 *An illegitime nato, possit pensio reseruari.*
24 *Illegitimus dispensatus ad clericatum, an possit obtinere pensionem.*
26 *An illegitimus possit obtinere pensionem, quam pater obtinet, si haberet facultatem illam transferendi.*
27 *Et an possit obtinere pēsionem super eadem prębenda, super qua pater olim obtinebat pēsionem.*
28 *Qui possint imponere has ecclesiasticas pensiones.*
29 *An exigi possit pensio, literis nō expeditis.*
30 *Et an episcopus possit illas imponere.*
33 *An pensiones impositæ per episcopum transeant ad successores in beneficio, durante vita pensionarij.*
39 *An pensio imponi possit super benef. iurispatr. sine consensu patroni.*
41 *An episcopus possit imponere pension. in permutatione, quando beneficia sunt inæqualia.*

42 *Quibus in casibus, & quando extinguantur pensiones clericales.*
46 *An per promotionem ad episcopatum.*
48 *An professione religionis.*
50 *An per vota biennij Societatis Iesu.*
52 *Ad quid obligetur pēsionarius, ex causa pensionis clericalis.*
53 *An teneatur ad reparationem ecclesiæ beneficij, super cuius fructibus pensio fuit reseruata.*
An ad subsidium charitatiuum.
54 *An clericus pensionarius possit testari de redditibus pensionis, & ad quem spectent pensiones non exactæ.*

1 QVintum Clericorum Priuilegium est obtinendi pēsiones ecclesiasticas super fructibus beneficiorum. vt notāt *Tolet. in sum. l. 5. c. 82. nu. 8. & alij communiter*

2 Pensio autem, est ius spirituale, seu illi annexum, instar beneficij, percipiendi certam portionem ex fructibus mensæ, vel beneficij ad tēpus. Hæc diffinitio traditur per *Garc. to. 1. de benef. p. 1. c. 5. n. 170.* Quāuis aliter describatur à *Tolet.*
3 *d. lib. 5. c. 82. Gigan. de pens. q. 1. & Vgol. de simon. tab. 1. de simoniæ genere c. 28. §. 3. nu. 3.*

4 Pensio, item triplex est, Temporalis, Spiritualis, & Media, vt notant *Less. de iust. l. 4. c. 34. dub. 37. n. 201. Tolet. cit. loc. & Paul. Laymann. lib. 4. tract. 2. c. 18. num. 2.*

Temporalis dicitur, quæ datur propter aliquod ministerium temporale præstitum, vel præstandum; vt ea, quæ alicui Prin-
5 cipi, aut illustri viro datur, vt ecclesiam defendat; & quæ datur Aeconomo, vel alteri negotia ecclesiæ agenti.

Spiritualis est, quæ clerico ob spirituale ministerium datur,
6 v.g. concionatori, vel coadiutori episcopi, aut parochi vicario, aut cooperatori.

Media est, quæ in clericali quidē statu fundatur, tamen nō pro-
7 pter spirituale ministeriū confertur, sed ob aliam causam, vt ea, quæ clerico pauperi, vel parocho seni, loco alimentorum assignatur; & quæ datur causa resignationis beneficij, vel litis componendæ iux. tradita per *Paul. Laymann. loc. cit.*

Ex prædictis, duæ postremæ vocantur pensiones clericales,
8 seu ecclesiasticæ, quia solis ecclesiasticis dantur; prima vero laica, quia laicis competere potest. Et de pensionibus clericalibus, de quibus latè apud *Gigan. de pension. q. 28. & Sāch.*

in sum.to.2.lib.7.c.29.nu.8. in hoc capite ita aliqua summatim proponemus, cum illorũ resolutione, vt huius priuilegij necessaria pateant, scilicet.

Qui sint capaces huiusmodi pensionum, & quæ in eis requirantur, vt illas obtinere valeant. à nu 9.

Qui possint has pensiones imponere. à nu.28.

In quibus casibus, & quando extinguantur istæ pensiones. à nu.42.

Ad quid obligetur pensionarius ex perceptione huius clericalis pensionis. nu.51.

An pensionarius possit testari de redditibus pensionis, & ad quẽ spectant pẽsiones non exactæ tempore mortis pensionarij. num. 54.

PRIMA DVBITATIO.

9 QVi sint capaces huiusmodi pensionum, & quæ in eis requirantur, vt illas obtinere valeant.

Resp. quod notissimi iuris est, clericos solum capaces esse huiusmodi pensionum. Ideo in eo, qui pensiones obtinere cupit. Primo, requiritur ordo, & sic vt saltem sit clericali insignitus tonsura. vt scribit *Gigas de pens. q.22.* maxime vigore const. 30. Sixti V. de habitu, & tõs. Qua sancitur, quod clericis, tantum, in habitu clericali, & tonsura incedentibus pensiones reseruentur, cũ decreto irritante.

10

11 Quamuis per aliam const. 31. eiusdem Sixti V. quæ incip. *Pastoralis*, edita anno 1589. permittat, & concedat, quod obtinentes pensiones, summã sexaginta ducatorum auri de Camera, non excedentes; ac quidam familiares S.D.N. de quibus ibi, in habitu, & tonsura clericali incedere minime teneantur, dummodo sint clerici.

12 An autem collatio pensionis valeat, si fuerit facta clerico ordinato prima tonsura sine literis dimissorijs, ab alieno episcopo.

Dico, nullam esse, vt tradunt *Cas. de Grass. dec. 187. num. 4. & Flam. Pari. de resign. lib. 4. q. 2. nu. 80. & ita censuisse Rotam, refert Garc. p. 1. c. 5. nu. 13. Carol. de Grass. de eff. cler. eff. 1. nu. 636. & Ric. par. 5. collect. decis. 1678.*

13 Secundo, requiritur ætas legitima, quæ, secundum Doct. mox citandos, sufficit, vt sit illa, quæ de iure cõmuni requiritur ad primam tonsuram, quæ est septem ann. *cap. cum nullus, & ibi glo. de temp. ord. in 6. glo. & alij, in cap. si eo tempore, verb. ætatem, de rescript.* cum Sac. Congr. censuerit, nõ

esse

esse præstitutam ætatem tonsuræ, & quatuor minoribus à Triden.sed à sacr.canon.exauriendam,vt etiam notat *Anto. Raguc.in vas.eccles.discipl.sub tit.de futuris episc. quasi.4. ita Gigas q.13.nu.3.Merend.cons. 29.Ric.in prax.fori eccles.resol. 367.& decis.186.p.4.& Zecch. de benef.& pens.cap.11.num.7.* & mouentur ex eo, quia ætas 14.ann. quæ requiritur ad beneficia ex S.C.T. *sess.23.c.6. de reform.* non est necessaria in pensionibus;cum S.C.T. solum loquatur de beneficijs, & nil innouet,quoad pensiones, quæ non sunt beneficia. ideo remanet ius intactum, quod sufficiant septem anni.

*Cum Less. nihilominus in d.lib.2. dub.38.*censeo magis secundũ mentem Sac.Conc.in *d.c.6.*esse, vt adsit ætas necessaria beneficijs. & ante 14.ann. non posse clericum obtinere pensionem,sicuti nec beneficium, iuxta decretum S.C.T. vt tradunt quoque *Garc. d.pa.1.c.5. nu.129.*qui ait sic declarasse Sac.Congr. *Eman.Sà verb.beneficium nu.30.Barbo.p.3. all. 60.num.79.& Campanil. in diuers.rub.7.c.6.n.5.& rubr.11. c.14.n.16.* Minori autem sep-

14 tennio posset, etiam pensio assignari, ex dispensatione Papæ. vt notat *Gigas cit. loc. n.4.*

Tertio requiritur, vt non sit cēsuris innodatus; vnde clerico excõmunicato,alijsq; censuris

15 irretito, pensio reseruari non potest.ideo ex stilo Curiæ Romanæ,quando alicui pēsio reseruatur, apponitur clausula solita apponi in literis beneficialibus. absoluendo à censuris. ita *Less.d.dub.38.nu.203. Gigas q.14.nu.9. Sayr.de cens. l.2.c.5.num.15.Suar.eod.tract. disp.13.sect.1.n.9.&Cãpani.d. rub.11.c.14.n.16.*Quãuis aliqui validam esse asserant collationem pensionis. vt refert *Bonaci.de cens.disp.2.q.2.pun.4.§. 1.num.4.*

16 Quarto requiritur, vt non sit irregularis. ideo clerico irregulari pensio minime reseruari potest. vt tradit *Nauar. cons.63.nu.5.de simon. qui de communi testatur, & cons.44. n.3.de homic.* dicens ita esse de stilo Curiæ, eumq; sequuntur *Vgol.de irregul.c.65. §.1.nu.3. Sayr.l.6.c.2.n.22. & alij.*

17 An autem irregularis possit retinere pensionem,quam ante irregularitatem obtinebat.

Resp.affirmatiue, cum *Suar.de cens.disp.44.sect.3.n.39.Eman. Sà verb.irregularitas, Galet.in marg cas.consc.ver.pensio,Ricc. in prax.for.eccles.resol.167. & Garc.p.1.c.5.n.136.* Quia pensio in rigore,non sapit titulum beneficialem; nec est beneficium

cium ecclesiasticum, ex communi opin. de qua per *Selu.de benef.p.1.q.3.nu.10.*

Vnde cler. irregularis ob homicidium, non venit priuandus pẽsione, quam obtinebat antequam committeret homicidium cũ non sit incapax retentionis pensionis, iuxta præfatã doctrinam *Suar.* & aliorum, quibus accedit *Bonaci.de cens.disp.7.q.4.pun 5.num.11.* & sic in facti contingentia fuit resolutum in Cur.Arch.Neap. vt fatetur *Ric.p.2.dec.71.*

18 Quinto requiritur, vt nõ sit cõiugatus; nam clericus coniugatus, sine summi Pontificis dispensatione, incapax est veræ pẽsionis, de qua in hoc cap. agimus, quæ titulo clericali conferri solet. & quas ante matrimonium obtinebat perdit, ob statum incompatibilem;

19 nisi aliter ex tenore literarũ assignationis pensionis apparebit esse mentem Pontificis. ita *Nau.li.1. cons.de temp.ord. cons.11.n.2. Tol.li.5.c.82.n.6. Em.Sà ver.pẽsio n.4. Gig.q.54. & Sanch.lib.7.de matr.disp.44 nu.5. & 9.* Qui testatur de stilo Curiæ, huiusmodi pensiones,

20 per matrimoniũ vacare, etiã si nullo spirituali onere adiecto sint constitutæ, vt docent *idem Sanch. in sum.to.2. lib.7. c.4.nu.13. & c.29.nu.8. Car.de Grass.eff.5.num.12. Campanil. cit.loc. nu.17. Paul. Laymann. d.l.4.tract.2.cap.18.num.2. & alij.*

21 Quid autem dicendum sit, si matrimonium fuit irritum. Dico, quod in hoc sunt eædem opiniones, vt dictum est de beneficijs, in cap. præced. nu.87. secundum *Sanch.d.l.7.disp.44. num.5. & Eman.Sà cit.loc.* & sicut de beneficijs, ita de pensionibus respondendum est.

22 Sed quid si contrahat sponsalia tantum de futuro. Resp. non extingui pensiones. vt firmat *Gig.de pens.q.54.*

23 Sexto requiritur, vt sit legitimus. nam illegitime nato, pensio reseruari non potest, absq. dispensatione episcopi, secundum *Garc.p.1.c.5.n.159.* Sicut enim illegitimus est incapax beneficij ecclesiastici; ita etiam pensionis, saltem de stilo Curiæ, iuxta genericam regulam traditam à *Nauar.cons. 11.de temp. ord. num.2.* prout etiam docent *Cãpanil. d.rubr. 11.c.12.nu.3. Gig.q.16.nu.13. Less.d.dub.38. & Sanch.de mat. d.l.7.c.44.n.9.*

24 Quamuis obtenta dispensatione ad clericatum, illegitimus esset capax pensionis, absq. alia dispensatione. iuxta *decis.Rot.diuers.par.1.dec.425.* Quia nõ est inhabilis ad obtinendam pensionem, nisi ratione clericatus, ex quo illegi-

timus

timus nō poteſt eſſe clericus. & ita etiam tradūt *Belleſt.p.1. diſq.cler.tit.de diſcipli.cler.§.2. nu.29.fol.26. Gonſal.ad reg.8. glo.5.§.5.nu.24. Ric.dec.186.p.4.nu.12.& campanil.d.rub.11. c.13.n.64.*

25 Denique nonnulla ex dictis in præc.cap.poſſunt colligi,& hic,ꝓportionabiliter applicari.

26 Illud, tamen eſt notandum. quod pater clericus,habens facultatem , penſionem,quam poſſidet, transferendi,illam transferre poteſt in filium clericum , etiam illegitimum diſpenſatum ſimpliciter ad beneficia,& pēſiones; prout tradunt *Gig.q.85.nu.5.Pariſ.de reſign.lib.6.q.4.nu.21.Ric.p.4. dec.186.& Barboſ.p.3. all.65.* Neq; in hoc caſu intrat prohibitio S.C.T.*ſeſſ.25.c.15.de ref.* Quia ibi, Conc.loquitur,quando pēſio eſt reſeruata ſuper beneficio,ꝙ habuit pater,quo caſu hodie fieri non pōt.*Pariſ.d. q.4.n.22.* quem etiam ſequuntur *Belleſt.p.1. diſq.cler.tit.de diſcipl.cler.§.2.nu.31.&Ric.d. dec.186.nu.19.*

27 Vnde poſſet, etiam filius illegitimus clericus obtinere penſionem ſuper eadem præbenda , ſuper qua, eius pater dum vixit habuit penſionem. Quia S.C.T.cit.loc. prohibet, vt tales filij non poſſint obtinere pēſiones ſuper fructibus beneficiorum,quæ obtinuerūt eorum parentes,ideo non extenditur ad caſum impoſitionis penſionis ſuper præbenda, in qua pater habuit penſionē. ita *Nauar.conſ.9. de fil.presb. & Ric.num.6.* qui fatetur ita quoque fuiſſedeciſum in Cur. Arch.Neap.

SECVNDA DVBITATIO.

28 QVi poſſint imponere has penſiones eccleſiaſticas. Dico,quod certum eſt,Summum Pontificem eas poſſe imponere . cum in beneficijs pleniſſimam habeat poteſtatem. *c. 2. de præb.in 6.& clem.1.in fi. vt lit.pend.Gigas q.6. Ric.p.3.dec. 289.&Doct.communiter.* Sic etiam legati Sedis Apoſt.hāc facultatem habent, quando à Summo Pontifice eis conceditur.vt fatetur *Ric.cit.loc. & per Garc.p.1.c.5.n.281.*

29 Eſt tamen hic obſeruandū, quod licet ſit impoſita penſio ſuper aliquo beneficio, non poſſet exigi , nec etiam ſolui, niſi ſint expeditæ literæ Apoſtolicæ reſeruationis talis penſionis impoſitę ſuper eo beneficio; ſtante clauſula, quæ apponitur in ſupplicatione penſionum. Cui clauſulæ renūciari nō poteſt , etiam per ambas partes, quia eſt ad fauorem officialiū Cancellariæ,ne defrauden-

dentur. immo est nulla, si ante expeditionem literarũ exigatur, vt per *Garc.p.4 c.1.& 2. Ric.p.4.dec.165.& Naua.conf. 37.de simon.* vbi tradit simoniã committere, qui promittit soluere pensionem resignanti, literis non expeditis. Quod ét firmat *Pari de confid.q.43.nu. 10.*

30 An autem episcopus, in sua diœcesi, possit super beneficijs pensionem imponere.

Aliqui censent posse ex causa iusta, & honesta, ac vtilitatem ecclesiæ concernente. ita *Duaren.de benef.lib.6.c.4. Nauar.cõs.4.de simon.Gonz.glos.5. §.5.nu.27. Gig.q.6.Barbos.p.3. all.69.nu.15.& alij apud Garc. d.p.1.c.5.n.295.*

31 Alij vero docẽt, de stilo Curiæ pensionum Constitutionẽ Summo Pontifici reseruari in tantum, quod Ordinarij non possent, nisi quatenus; id eis priuilegio, vel consuetudine concessum sit. nam stilus Curiæ, ius facit, quod maxime

32 verum est in pensionibus, quarum ius vniuersum fere cõstat consuetudine. ita *Less.d.dub. 38.num.206.Tolet.d.l.5.c.82. Ric.p.3.dec.289. Molf.in sum. p.1.tract.6.c.3.nu.34. & Paul. Layman.d.l.4.tr.2.c.18.*

33 Sed attenta priori opinione. Quærunt Doct. An pensiones impositæ per Episcopum, transeant ad successores in beneficio, durante vita pẽsionarij; an vero durent tantum ad vitam beneficiati, illi consentientis.

34 In Hoc quæsito, Quidam dicunt, non posse ordinarios imponere pensiones, quæ transeant ad successores in beneficio; sed tantum ad vitam cõsentientis. ita *Paris.de confid. q.28.nu.120.& Nau. cons.43. nu.4.de simon.*

35 Alij censent, pensiones impositas per inferiores à Papa, non transire ad successores, nisi vbi Ordinarius eas imponeret causa concordiæ, vt à lite recedatur; nam tunc transirent ad successores in beneficio. ita *Sarnen.in regul.de annal.q.2. Gig.q.85. Mandos. in regul.33.q.14.nu.11. Hier. Paul.in pract.cancell. vers. super beneficio potest transigi, & alij.*

Alij verò tradunt, posse episcopum absolute, ex causa rationabili, imponere pensiones ad vitam pensionarij, quæ transeant ad successores. *cap. nisi essent, de praben. ita Caccialup. de pens.q.4.& 5.Gig.q.6.nu.4. Suar.to.1.de relig. lib.4. de sim. c.27.nu.37.& c.51.num.18.Sa verb.pensio, Paul.Layman. d.l. 4.tr.2.c.18.Garc.p.1.c.5.num. 134. & Gambarus de off.lega. lib.6.n.385.* Qui ait istam opinio-

nionem veram esse in puncto iuris, in iudicando tamen primam, quam dicit communem sequendam.

Et quamuis *Garc.d.p.1.c.5.n.334 & 340.* excipiat, si pensio desi-
37 gnetur causa concordiæ, vt à lite recedatur, quia non transiret ad successorem. argum. *tex.d.c.nisi essent, de præben.* ea ratione, quia cum tunc agatur de iure personali, non potest obligari beneficium, vel successor, cum de eius vtilitate non agatur. nihilominùs contrariũ probabilius docet *Suar. n.18.cum Paul.Layman.cit.loc.*

38 Non possent tamen inferiores Papa pensiones imponere, vbi interuenit aliqua pactio inter partes de ea, vt aduertit *Garc cit.loc.* Quinimo non solũ ab ipsis partib., sed nec à compromissarijs conuentio, de pẽsione reseruãda, initium habere debet, sed à superioris auctoritate.

39 Sed vtrum pensio possit imponi super benef.iurispatron. sine consensu patroni.

Et certum est, posse à Papa imponi sine consensu patroni; tamen si beneficium est iuris patronatus laicorum, debet fieri mentio in reseruatione, de tali iure patron. alias pensio esset subreptitia, & nulla. ita *Caputaq. dec.132.p.2.Burs.consf.178 lib.2.n.38.Gig.q.24.* qui testatur ita seruari in Curia.

40 Et posito, quod episcopus possit pensionem imponere quibusdam in casibus, secundũ supra relatos Doct. Quidam dicunt, quod posset, etiam imponere pensionem super beneficio iuris pat. sine consensu patroni, ita *Gig.q.23. & Gambarus de off.leg.d.l.6.c.4. n.94.*

Alij vero contrarium dicunt, saltem contradicente patrono. ita *Camill. Cautius in tract. de pens.episc.n.5. cum alijs relatis per Garc.d.p.1.c.5.n.358.* Qui cẽset, quod posset eam imponere, dummodo non transeat ad successores in beneficio, alias non, sine cõsensu patroni; quia in hoc esset considerabile præiudicium patroni, propter præsentationem, quæ foret de beneficio grauato, & nõ libero. Quod dictum videtur posse limitari, nisi pensio transitoria ad successores, imponeretur per episcopum in magnam ecclesiæ vtilitatem; nam tunc videtur valere, etiam sine consensu patroni, & eo inuito si vocatus nolit consentire. vt per *Garc.& Paul.Laym.cit.loc.*

41 An autem possit episcopus imponere pensionem, quando facta esset aliqua permutatio beneficiorũ corã ipso vti Ordinario, prout de iure, & beneficia pmutata esset inæqualia. Affirmant *Barbosa p.3.all.69.nu. 14.*

14. *& Paul.Layman.cit.loco*, si ex officio mandaret (cessante pacto) quod recipiens beneficium pinguius, solueret aliquã pensionem suo tempore duraturam, ad coęquandos fructus vtriusq; beneficij permutati, ad vitam eius, cui pensio designatur.

TERTIA DVBITATIO.

42 QVibus in casibus, & quando extinguãtur huiusmodi clericales pensiones.

Dico, quod multipliciter extinguuntur.

43 Primo, morte pensionarij, sicuti vsufructus, morte vsufructuarij, *§. finitur, inst. de vsufr.* Quod tradunt Doct. cõiter.

44 Secundo, extinguitur pensio per contractum matrimonij, vt dictum est num. 20.

45 Tertio, extinguitur pensio per promotionem pẽsionarij ad episcopatum, vbi post consecrationem, possessionem cõsequutus fuit, sicuti vacant beneficia, *cap. cum in cunctis, §. cũ vero, de elect. & ibi DD. Garcia p. 1. c. 5. nu. 110. & p. 11. c. 6. nu. 25. Paul. Layman. d. l. 4. tract. 2. c. 18. Gig. q. 57. Verall. dec. 401. p. 2. Ricc. collect. dec. 866. & alij apud Barbos. p. 3. all. 57. nu. 73.* nisi ei sit indultũ à Papa, quod

46 simul cum episcopatu, quascumque annuas pẽsiones per antea ei assignatas super fructibus beneficiorum, retinere possit, vt notat idem *Gig. nu. 5. & per Molf. d. tract. 6. c. 3. n. 53.* Si tamen fuerit promotus ad episcopatum in terris infidelium, quod vulgo, dicitur Episcopus

47 titularis, non amittit pensiones, ob eius promotionem, sicuti nec beneficia, cum non possit, nec per eũ stet assequi possessionem illius, *Nau. cõs. 14 de elect. Paris. de resign. li. 3. q. 1. n. 10. Ric. in prax. for. eccl. resol. 495. Garc. d. c. 6. n. 26. & alij.*

48 Quarto, extinguitur pensio, per professionem in aliqua Religione, sicuti vacãt beneficia, vt constat ex *cap. beneficium, de regul. in 6.* cum lato sumpto vocabulo, appellatione beneficij veniat pensio. ita vt liberũ maneat beneficium, illa grauatum, ab onere illius soluendæ. ita *Gig. q. 28. & q. 57. Molfes. d. tract. 6. c. 3. n. 51. Paul. Layman. cit. loc. & Sanch. in sum. 2. tom. lib. 7. c. 29. n. 8.* qui hoc verissimum censet in ijs casibus, in

49 quibus pensio extinguitur per contractum matrimonij, quasi assumpto statu incompatibili, licet *Rebuff. de pacif. poss. n. 137 vers. vlt. concl.* dicat non extingui, sed Monasterium ea gaudere, dum monachus ille naturaliter vixerit.

50 Per vota autem biennij Societatis Iesu, vt fatetur idem

Sanch.

Sanch.nu.10. nullæ pensiones extinguũtur, sed durant donec religiosus ille, vel professionẽ solemnem, vel votum coadiutorum formatorum emittat; quod non contingit in votis biennij; constat, quia nec illis biennij votis vacãt beneficia; vt probat *Sanch. eod. l.7.c.27. n.32.* & sic testatur esse hodie praxim societatis: at de illis iuxta superiorum præceptum, & non aliter disponunt.

QVARTA DVBITATIO.

51 AD quid obligetur pensionarius, ex causa prędictæ clericalis pensionis.

Dico, quod hodie ex const. Pij V. incip. *ex primo Lateran. Conc. 138.* pensionem percipiens, vt clericus tenetur recitare officium paruum B.M.V. Quod si omiserit, nõ facit fructus suos, eodem modo, quo beneficiarius horas canonicas omittẽs, vt tradunt *Less.d.l.2.c.34. dub. 38.nu.208.Ricc.dec.285.par.4. Barth.à S.Fausto de hor.canon. lib.2.q.299.& alij.*

52 Si vero talis clericus recitaret ratione beneficij, vel ordinis sacri, officium diuinum, ꝙ magnum, vulgo appellatur, nõ tenebitur officium B. M. persoluere, *Bonacin.de hor.canon. disp.1.q.2.pu.4.n.9.& alij.*

53 An autem habens pensionem super beneficio teneatur ad Ecclesiæ reparationem.

Nauar.consi.vnico de eccl.edifican. cõsuluit, quod habens pensionem super beneficio ecclesiaſ, & fructibus eius impositam, pro rata, ad eius ecclesiæ reparationem, tenetur, nisi pensio ita imposita fuerit, vt ab omni onere, libera solueretur. Quod sequitur *Barbos.p.3. alleg.64. nu.18.*

Similiter tenebitur, de iure communi, pro rata ad subsidium charitatiuum, nisi à Papa imposita fuerit libera à tali onere, vt habet stilus Romanę Curiæ, & testantur idem *Barbosa p.3.all.87.num.52. & alij apud Paul.Layman.d.lib.4. tr. 2.c.18.num.7.*

QVINTA DVBITATIO.

54 AN clericus pensionarius possit testari de redditibus pensionis; & ad quem spectent pensiones non exactæ tempore mortis pensionarij.

Gigas de pens. q.52. censet clericum pensionarium posse testari de redditibus pẽsionis, & ad eius hæredes competere ius exigendi præteritas pensiones non solutas. cum pensio nõ sit proprie beneficium, & testandi prohibitio sit solum inducta contra beneficiarios; vt etiam tenent *Vasq.de*

reddi.c.1.dub.9. & Barth.à S. Fausto de hor.canon.li.3.q.117 & refert Ric.dec.98.p.4.

55 Verius tamen censet *Garc. par.1. cap.5. num.161.* Quod pensio equiparetur beneficio in materia spoliorum, & facultatis testandi, & disponendi de redditibus; ex quo datur loco beneficij; vt per *Reduan.de spol.eccl.§.ex his, & de reb.eccl. rub.33.q.1.Molin.de iust.to.1. tract.2. disput.145. Eman.Sà verb.pensio nu.8. & Nauar.de spol.cler.§.8.nu.8.* per constit. Pij V. quam refert *Quaranta, verbo spolia cleric.* & sic pensiones non exactæ in vita pensionarij, exiguntur post eius obitum à Reu.Cam.Apost. vt seruatur in Tribunali Illustriss. Nuntij Neap., sicuti exiguntur fructus beneficij post mortem beneficiati.

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. VI.

De Priuilegio canonis, si quis suadente. 17. q.4.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium huius canonis est clericis concessum in ordinis clericalis reuerentiam.*

2 *Quæ requirantur ad hoc, vt locum habeat dispositio huius canonis.*

3 *Clericum percutiens pluries eodem impetu, an in plures incidat excommunicationes. & quid si vnica percussione, percutiat plures clericos.*

4 *Quando excommunicatus sit vitandus.*

5 *Qui gaudeant, vel ne, hoc priuilegio, vsque ad nu.39.*

6 *Præcipue, an ordinatus, non tamen baptizatus, vel ordinatus coacte*

10 *Quid si clericus habitum, & tõsuram non deferat.*

11 *Quid de clerico incorrigibili.*

12 *Quid de eo, qui se immiscet enormitatibus, vel exercet artem vilem.*

An clericus, qui non habet requisita ad priuil. fori, gaudeat hoc canon. priuil.

13 *An clericus excommunicatus, su-*

ensem, vt se defendat.

88 *An incurrat inijciens manus in clericum, pro defensione, vel recuperatione bonorum.*

89 *An percutiens clericum inuadentem proximum.*

90 *Vel percutiens pro defensione rerum proximi.*

91 *An iudex secularis capiens clericum in actuali crimine inuentum, vel noctu cum armis, non sine magna suspicione criminis repertum, vt eũ præsentet superiori.*

93 *An detinens clericum per vim ob bonum finem.*

94 *An expellens per vim clericum excommunicatum vitãdum ab ecclesia.*

95 *An percutiens clericum, causa correctionis.*

96 *An incidat in excommunicationem non baptizatus?*

97 *A quo iudice puniri debeat inferens iniuriam clerico.*

98 *Quis absoluat ab hac canon. censura.*

100 *Quæ sit percussio leuis, enormis, & mediocris.*

103 *Episcopus absoluere potest ab hac canonis censura ob leuem percussionem.*

104 *An possit absoluere, leuiter percutientem monacum.*

105 *Ab enormi, absolutio spectat ad Summum Pontificem.*

Delegatus à Papa ad absoluendum ab hac censura, an possit subdelegare.

106 *Quis absoluat à mediocri percussione.*

107 *In quibus casibus Episcopus possit absoluere ab enormi, & mediocri.*

108 *An occultos excommunicatos, ex vi facultatis S.C.T.*

111 *Percussor clerici, vel regularis debet satisfacere antequã absoluatur, & quomodo, & cui.*

115 *Quid, si non posset satisfacere.*

SExtum clericorum Priuilegium est canonis editi ab Innoc. II. in Concilio Lateranensi, ad totius ordinis clericalis fauorem, de quo fit mentio in *cap. vnico, de cler. coniug. in 6.* & habetur in *cap. si quis suadente,* 17. *q.* 4. in quo Innoc. statuit: Quod violentas manus inijciens in clericum, statim sit anathematis vinculo innoda-
1 tus. Quod canonis Priuilegiũ est clericis concessum, in ordinis clericalis reuerentiam, vt notat *Sanch. lib. 7. de matr. disp. 47.* & alij per ipsum relati; omnes enim debent honorare clericos, siue bonos, siue malos, *cap. Dominus noster, & ibi glo. verb. sacrilegium,* 93. *dist. & glo. in cap. sacerdotibus, verbo*

spe-

*specialiter.11.q.1.*nam reuerentia,& honor fit officio, quod ministrant, vt notat post alios *Carol.de Graff. de effect. cler.in prælud.n.425.*

Tria autem copulatiue requiruntur ad hoc, vt locum habeat dispositio huius canonis. Primo,requiritur factum, dum in
2 eodem canone dicitur: *manus iniecerit.*Secundo reqritur animus iniuriandi,dum ibidem dicitur:*suadente diabolo.* Tertio requiritur violentia, dum dicitur:*violentas manus.*ita *Abb. in c.1.de sent.excom. nu.4. Archid. in d.can.si quis suadente, Lel.de Zanch.in tract.de priuil. ecclesi.priuil.155.nu.9.Car.de Graff.eff.9.nu.311.& alij.*

Est tamen obseruandum, quod percutiens clericum pluries, eodem impetu, dicitur semel
3 percussisse, & vnica indigere absolutione,ex quo in vnicam incidit excommunicationem, cum vna censeatur manuum iniectio,secundum *Couar.li.2. var.resol.c.10.nu.8.Clar.in §. fin.q.84.nu.2. & alios communiter, vt testatur idem Clar.& sequuntur Car.de Graff.n.312. & Anton.Ragu.in vase eccl.discipl.tit.de excommun.quæst.67 nu.4.vbi cum Nauar.c.26.nu. 16.* notat. Quod percutiens vnica percussione plures clericos, tot incurret excommunicationes,quot sunt clerici.

4 Demū est aduertendum,licet violentas manus inferens in clericū, sit statim ipso iure excōicatus,nihilominus ad hoc, vt ab oībus euitetur,vt excōmunicatus, hodie per *Extrau. ad euitanda scandala, Concilij Constantiensis,*requiritur vt sit notorius percussor clerici,aut nominatim denūciatus, & declaratus per cedulones. ita dē *Graffiis in decis.aur. p.2. lib.3. c.5.Tol.in sum.lib.1.c.13.n.31. & alij communiter, & dixi in tract.de oblig.cler.p.3.n.5.*

His suppositis, vt huius priuilegij necessaria pateant,breuibus verbis discutiemus de infrascriptis; addita resolutione nonnullorum dubiorum,& signanter. 5

Qui gaudeant, vel ne, hoc canonis priuilegio.nu.3.

Quis dicatur violentas manus in eos inijcere.nu 40.

An quælibet percussio,siue actio violenta contra eos, sufficiat, vt quis hanc censuram incurrat. nu.51.

In quibus alijs casibus,quis hanc censuram incurrere possit,vel effugere. nu. 56.

Quis absoluat ab hac canonis censura.nu.98.

PRI-

PRIMA DVBITATIO.

5 QVI gaudeant, vel ne hoc priuilegio canon. si quis suadente.

Dico primo, cum communi doctrina, hoc priuilegio gaudere omnes constitutos in alicuius ordinis gradu, etiam in prima tonsura, vt colligitur, *ex cap. cum contingat, de ætat. & qualit.*

6 Non tamen, hoc priuilegio gaudebit ordinatus, sed prius non baptizatus, quia minimè recepit characterem ordinis. *ita Silu. verbo excommun. 6. n. 4. & alij cũ S. Antoni. 3. p. tit. 25*

7 *cap. 1.* Qui idem dicunt de suscipiente ordinem coactè, coactione absoluta. Quod idem esse, ait *Ioan. de lignano tract. de cens. Ecclesiast. §. 5. num. 13. quem citant Silu. & Sayr. de cens. lib. 3. c. 26. nu. 10. & Car.*

8 *de Graf. eff. 9. nu. 392.* De ordinato coactè, coactione conditionali, nisi postea ratificet expresse, vel tacitè.

9 An autẽ gaudeat, hoc priuileg. ordinatus à non suo Episcopo sine literis dimissor. vel cum falsis dimiss. Patebit solutio ex dicendis in seq. cap. num. 29.

Sed num gaudeat clericus in mi-
10 noribus, qui habitum, & tonsuram clericalem non defert. *Abb. in cap. contingit 2. de sent. excomm. Silu. excomm. 6. num. 6. Sayr. l. 3. cap. 27. num. 7. Bonac. de legib. disp. 10. quæst. 2. pun. 1. §. 4. num. 20. & Car. de Graffis effectu. 1. num. 900. & d. eff. 9. num. 128.* dicunt non gaudere si fuerit ter monitus à suo Episcopo, & non se emendauit, quæ monitio sufficeret si esset generalis, puta, per edictum Episcopi, vt omnes clerici reassumant habitum intra mensem, & non sufficere vnã monitionem pro tribus, addit *Bonac. de cens. disp. 2. quæst. 4. pun. 4. num. 6.* cum alijs per ipsum citatis, nam in *d. cap. contingit dicitur, ter à te moniti.*

Suarez, tamen, de cens. disp. 22. sec. 1. nu. 11. & alij, apud *ConincK disp. 14. dub. 15. num. 163.* censent, quod statim non gaudet, hoc priuilegio, si non semel, atque iterum, sed continuata consuetudine vestibus clericalibus, omnino nõ vtatur, quãdiù in habitu laicali perseuerabit; nisi haberet beneficium Ecclesiasticum, iuxta *S. C. T. sess. 23. cap. 6. de refor.* dispositionem.

11 Quid autem dicendum sit de clerico incorrigibili.

Tolet. in summa lib. 1. cap. 32. nu. 10. censet gaudere, quousque fuerit ter monitus, & non se emendauit.

Nauar. verò, cap. 27. num. 79. docet hoc Priuileg. non gaudere

per *tex.in cap. cum non ab homine,de iudicijs*. Quod etiam fatetur *Car.de Graffis eff.9.nu.* 121. si clericus ab Episcopo fuerit incorrigibilis declaratus, quam declarationem debere præcedere,ad hoc,vt talis clericus, hoc canonis Priuileg.non gaudeat, probabile existimat *Suarez d. disp.* 22. *sect.2.nu.9.* cum hæc priuatio priuilegij clericalis sit pœna, quæ non incurritur ipso iure, dum in lege pęnali non explicatur, nam in *d.cap. cum non ab homine*:non adest verbum, quod hanc priuationem ipso Iure satis declaret.

Immo cẽset,amplius, idem *Suarez num.* 10. *& refert quoque Ricc.decis.*102.*p*,4.*nu.5.* quod post prædictam declarationẽ, talis clericus non esset omnino clericali priuilegio priuatus, ita vt censuram euadat, qui ipsum percuteret,cum solum in *d.cap.cum non ab homine*,limitate dicatur, per secularem potestatem corrigatur: vnde respectu aliorum minime auferri videtur immunitas clericatus. Sicuti etiam,clericus, qui non gaudet fori Priuilegio,ex quo non habet requisita,iuxta dispositionem *S.C.T.d.sess.*23.*ca.6.* non esset huiusmodi canonis Priuil.priuatus secundum *Gonsalez. ad regul.8.canc.glo. 5.§.5.num.7. Sanch.summa 2.to.lib.7.ca.13. num.35.Bellect. d. 1. par. disq. cler.tit.de fauor.cler. pers. §.8. num. 29.Barbos.p.2.all.*12. *n. 32.Ricc.in prax.for.Eccl.resol.* 531. *& in Ritu* 37. *cur. Arch. Neap.& p.3.decis.*315.*num.4. Bonaci.de legib.disp.*10. *q.* 2.*p.* 1.*§.4.num.7.& alij.* Quod intelligi debet de clerico non coniugato, & de clerico, qui non omnino deseruit habitũ, vt per Doct.cit.Quamuis probabiliter doceat *Suar.lib.* 4. *defens.fidei cathol.cap* 27.*num.* 24.*& alij apud Paul.Layman. lib.1.tr.5.par.* 2. *cap.5.num.4.* Neque canonis, sicuti nec fori priuilegio,gaudere clericũ, qui non habet requisita,iuxta præfatam cõciliarem dispositionem.

12 De clerico,autem, qui immiscet se enormitatibus, quid dicendum sit; vtrum canon. Priuilegio potiatur.

Resp. ꝙ de hoc quæsito loquuntur *tex.in cap.in audientia*, *& cap.contingit*, *cap. cum non ab homine,& in cap. perpendimus de sent. excomm.* vbi habetur, quod clericus, qui dimisso habitu clericali, *tyrannidi*, *& enormitati* (idest seditioni,vel latrocinijs,& iniquis bellis) se immiscet,etiam ante Episcopi monitionem, canonis priuilegio priuari,vt per *Paul.Layman. lib.1.theol.mor.tract.5. par.2.*

par.2.cap.5.num. 4. *Ant. Dianam p.1.tract.1.Resol.* 139. & alios,ac verba faciemus in c. seq.num.32. vbi etiam de clerico exercente artem vilem, vel qui militiæ se adscriberet.

13 De clericis excommunicatis, suspensis, interdictis, vel depositis verbaliter tãtũ, aut irregularibus,dicendum est, eos gaudere hoc canon. Priuil.vt constat ex *cap. intelleximus,de Iudicijs,& tradunt communi consensu Doct.*

14 Dagradatum verò actualiter, licet quidam modernus, dicat hoc Priuil.gaudere; cum retineat ordines, & characterem,tamen dicendũ est,cum communi aliorum sententia, eo non gaudere, cum omni Priuilegio clericali sit priuatus, *cap. degradatum, de penis in 6.& ibi glo.in fine.*

15 Clericum, quoque hæreticum,aut Schismaticum, minimè hoc priuilegio gaudere fateor,cum *Em.Sà verb. excom. Papæ refer.Car.de Graff.eff. 9. num. 219. & alijs communiter in cap.contingit.1.de sent.excõ.* Nam cum prædicti delinquãt in legem Ecclesiæ,non debent lege Ecclesiæ iuuari.

16 De clericis coniugatis cum vnica, & virgine non est hæsitandum,hoc priuilegio gaudere,sicuti,& fori priuil. si incedant in habitu, & tonsura clericali, & alicui Ecclesiæ inseruiant de mandato Episcopi, *Iuxta disposit.tex.in cap.vnico de cler.coniug.in 6.& S.C.T.d. sess.23.cap.6. de ref.* Si tamen

17 mortua vxore redirent ad propria clericorum ministeria, recuperarent omnia alia Priuilegia,quæ clerici non cõiugati à iure habent. Quia ea extincta non erant, sed suspẽsa. *Ita Abb.in cap.clericus,de vita,& hon.cler.Clar. §.fin. q. 36.Car.de Graff.eff.1.num.90. & alij.*

18 Quod si clericus tonsuram non deferret, eo quod caput rasum habet præ caluicie, aut alia infirmitate, non amittet, hoc Priuileg. nemo enim ad impossibile obligatur. *Clarus cit.loco num.17. & alij.*

Et nota (huius occasione) quod tonsuræ,siue coronæ vsus, est antiquissimus in Ecclesia, & initium sumpsit à Diuo Petro Apost. in Ciuitate Antiochena,cui, ibi, iudei abraserũt sumitatem capitis in contumeliam, vt tradit *Durand. in rationali lib.2.cap.1. num.31.* Et est nobis,quodam memoriale continuum illius Sacratiss.Coronæ D.N.Iesu Christi, vt aduertit *Conc.triburiense can.20 & refert Car. de Graffis de eff. cler.in præludio num. 28.* Prout in memoriam eiusdem Sac. spineæ coronæ Christi, coro-

nam capillorum gestasse D. Petrum, asserit *Beda lib. 5. histor. Anglorum, cap.21. quem etiam refert Paul.Layman.lib. 5.tr.9.cap.12.* toto reliquo capite detõso, & ad id alios clericos fuisse immitatos. Fuit tamen ordinata ab Aniceto Summo Pontifice, vt habetur in *cap.prohibitæ,23. dist. & in cap.clericus. 5.de vit.& hon.cle. & refert Platina in vitis Pontif.* in eiusdem Aniceti vita. Quod etiam notat *Barbosa de off.episcopi p. 2. alleg. 8.nu. 11.*

19 Si autẽ aliquis clericus dimisisset habitum clericalẽ, & illum iterum reassumeret, etiã sine licentia Episcopi, gauderet Priuilegijs, cum semel clericus nunquam desinat esse clericus, vt per *Viuium decis. 512.& Merendam cons.91.* ac fuit decisum in Cur.Archiep. Neap.vt fatetur *Ricc.p. 2. decis.167.* Quamuis, vt idem testatur, per const. Synod. & edictum Bo. mem.Illustrissimi Card.Decij, Carafæ prohibitũ sit clericis, qui alias dimiserũt habitum clericalem, illũ reassumere, absque licentia eiusdẽ curiæ; tamen de facto illum reassumentes gauderent Priuilegijs clericalibus.

20 De clericis græcis in Sacris vel in minoribus, qui vtuntur legitimo matrimonio contracto, cum vnica, & virg. in laicali habitu, vel dum erant in minor: *iux.tex.in cap.cum olim, de cler.coniug.& cap.quæsitum, de pœnit. & remiss.* Dicendum est, eos gaudere, hoc canonis priuilegio, eum sint verè clerici, & personæ Ecclesiasticæ, quoad omnia, vt etiam notat *Additio ad Quarant. verbo vectigal.*

Vtrum verò clericus in sacris, cũ quo fuit dispensatum à Papa ad nuptias cõtrahendas, gaudeat hoc Priuilegio. Dicemus in seq.cap.num.39.

21 Sed an vxor clerici coniugati in casu, quo eius vir gaudet, & ipsa quoque gaudeat, hoc priuilegio.

Resp.negatiuè, cum hoc priuilegium sit personale, ipsi clerico concessum in ordinis clericalis reuerentiam.ita *Sanch.de matr.l.7.disp.47.num.1. Suar. de legib.lib.8.cap.11.num. 3. et Car.de Grassis d eff.9. nu. 115.* qui hoc limitat, nisi manus iniectio fieret vxori prædictæ in

22 odium viri; Quia tunc injjciens incurreret excommunicationem, ac si ipsum percuteret, vt per doct.quos refert. Idemque dicendũ esset, si percussio fieret in personam alicuius consanguinei clerici in odium ipsius clerici, vt per *Decian.in tract.crim.p.2.lib.6. cap.17.num.15.Bellect.p.1.disquis.*

quis. cleric. fol. 183. num. 21. Ragucium de excommu. quæst. 70. & alios.

23 An autem famuli, & filij clericorum in casibus, in quibus fori priuilegio potiuntur, vt dicemus in cap. seq. num. 57. gaudeant, etiam hoc priuilegio.

Negatiue secundum *Marant. in pract. p. 4. dist. 11. num. 4. Scacc. in tract. de iudic. par. 1. cap. 11. num. 48. & Car. de Grassis eff. 1. num. 218.*

24 De clericis, denique, Bigamis, qui ex duplici matrimonio, vel cum vidua contraxerunt veram bigamiam. Dicendum est, eos hoc canonis Priuilegio non gaudere, vt constat ex *d. cap. vnico, de cler. coniug. in 6. & ibi glo. verbo, virginibus, oliua super Ritu 37. Cur. Arch. Neap. num. 8. Paul. Layman. lib. 1. tract. 5. par. 2. c. 5. num. 4. & per Sayr. d. l. 3. cap. 27. num. 31. ac Bonacin. de cens. disp. 2. quæst. 4. pun. 1. num. 5.* Secus autem erit, secundum *Sanch. d. lib. 7. disp. 46. num. 3. Capell. thol. dec. 64. Car. de grassis eff. 1. à num. 995. & alios*, si clericus duxit à se solo cognitam, aut si ab alio, & non consumauit matrimonium, vel si duplex inijt matrimonium, alterum, non est consumatum.

25 An autem, & quando in casibus prędictis, & similibus inducatur bigamia, vide Doct. cit. supra cap. 4. num. 96.

26 Et an Episcopus possit cum bigamis dispensare ad minores, diximus supra cap. 4. num. 97.

Denique circa clericos, seu diaconos, quos vocant siluaticos; an, & quando gaudeant priuil. cleric. patebit in seq. cap. num. 40.

27 Dico secundo, hoc priuilegio canonis gaudere monacos, & moniales, & regulares professos, atque eorum conuersos, & conuersas, nouitios, & nouitias, vt clamitant vniuersa iura, neque dubitationi locus est.

Sed vtrum mulieres, quæ non sunt professæ: sed vt Deo seruiant, se recludunt in vna domo, vel loco, hoc priuilegio muniantur.

Affirmat *Decian. in tract. crim. par. 2. lib. 6. cap. 17. n. 12. quem refert, & sequitur Car. de Grassis eff. 9. num. 73.*

28 Et hoc Priuilegio canonis gaudebit etiam religiosus, qui erat bigamus: nullo, enim, iure constat, ipsum priuari Priuilegio religion. sicut priuatur clericus bigamus, vt fatetur *Bonacin. de cens. disp. 2. q. 4. pu. 1. num. 6. qui alios refert.*

29 Vtrum vero, hoc Priuileg. gaudeant homines illi, qui assumpto monachali habitu, adhiben-

hibentur ad seruitia, & obsequia monialium, & ad petendam pro ipsis eleemosynam.

Affirmat *Bonacin. loco cit. num. 9. vt per eum.*

30 An autem fratres tertij habitus S. Dominici, & S. Franc. canon. Priuileg. fruantur.

Caiet. verb. excomm. nu. 10. negat Nauar. tamen c. 27. num. 29. affirmat. Sed aduertendum est, non posse hic dubitari de ijs tertiarijs, qui editis tribus votis essentialibus, vere religiosi sunt sub regula, & iurisdictione ordinis mendicantiū viuentes, ex concessione Sixti IV. apud *Rodriq. to. 3. reg. q. 72. ar. 1. concl.* 3. De alijs verò tertiarijs, qui religiosi proprie

31 nō sunt, sed solum addicti religioni, cui vel bona sua offerunt, vel etiam habitum, & regulam suscipiunt, licet hi omnes videri possunt canonis Priuileg. gaudere, vt sentit *Suarez de cens. disp. 22. sect. 1. num. 20. cum alijs apud Paul. Layman. l. 5. tr. 5. p. 2. cap. 5. num. 4.* tamen dubitationem istam sustulit Leo X. in suis constit. Quas refert *Quaranta verbo*

32 *Priuil. regul.* vbi statuit, quod fratres prædicti tertij ordinis, si collegialiter viuunt sub habitu religionis, gaudeant Priuilegijs, quibus fratres ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum gestant, potiūtur, & gaudent, & ita quoque fuit resolutum in Cur. Arch. Neap. vt testatur *Ricc. decis. 88. par. 2.*

33 Sorores, autem, eiusdem tertij habitus, hoc priuilegio gaudere fatendum est, cum *Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 16. & alijs*, vt expresse habetur in *d. const. Leon. X.* vbi statuitur. Quod sorores eiusdem tertij ordinis habitum gestantes, etiam in proprijs, aut consanguineorum domibus, vel seorsum habitantes, si emittunt votum castitatis simplex, & vitam cœlibem ducant, gaudere debeant Priuilegijs, quibus gaudent fratres ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum gestant, prout. refert quoque *Ricc. d. decis.* 88. *p.* 2. cum sint personæ Ecclesiasticæ, & religiosæ improprie, vt tradit *Barth à S. Fausto in Thes. Relig. lib. 8. q. 205.*

34 Sed quid dicendum de Eremitis, an eodem fruantur Canon. Priuilegio.

Negat *Angel. verb. Eremita num.* 3. Affirmāt verò *glo. in cap. qui verè 16. q. 1. Silu. verb. eremita, Nauar. cap. 27. num. 79. Tolet. l. 1. cap. 35. num. 15. & Suar. de cens. disp. 22. sect. 1. n. 22. Paul. Layman. l. 1. tra. 5. par. 2. cap. 5. num. 4. Anto. Ragucc. in tit. de excomm. quæst. 71. & alij.* Cum quibus censeo, quod eremitæ, qui religiosi non sunt (nam de cre-

eremitis, qui profitentur tria vota religionis, vt sunt Camaldulenses, non est ambigendi locus) si ex speciali obligatione, & quasi traditione alicui Ecclesiæ, vel loco Sacro, dicati sint, cum speciali subiectione ad Episcopum, gauderent hoc priuilegio, cum sint personæ specialiter Deo dicatæ, seu deuotæ. Secus verò esset dicendum de eremitis, qui vagi dicuntur, nec definitum, aut firmum vitæ modum, neque aliquam specialem obligationem Ecclesiasticam habent.

35 An autem Rectores hospitalium, qui hospitalarij dicuntur, hoc Priuil. gaudeant.

Affirmat *Auila de cens. p. 2. cap. 5. disp. 2. dub. 11.* si portant aliquod signum, & promittunt castitatem in manibus Episcopi, & renunciant proprijs, vt per eum.

36 Est tamen obseruandum, quod non solum clericus, & Religiosus viuens gaudet hoc Priuilegio, vt dictum est: Sed etiam, secundum aliquos, post mortem; in tantum, quod inijciens manus violentas in eorum cadauera, incideret in excommunicationem, ita *Abb. & Felin. in cap. à nobis 2. de sent. excomm. Tolet. lib. 1. cap. 32. num. 15. Bellect. par. 1. Dis. cler. fol. 173. & Car. de Graffis eff. 9. num. 140.* nam mortuo, etiam fit iniuria, & violentia.

37 Dico tertio, eodem canon. Priuilegio muniri Milites S. Io. Hierosol. vt passim tradūt Doct. cum sint vere religiosi, ex quo emittunt vota substātialia religionis, iux. *tex. in cap. cum ad monasterium, de statu regular. & docent Sanch. in Summa. to. 1. lib. 4. cap. 16. nu. 11. & to. 2. lib. 7. cap. 8. num. 36 Tole. cit. loco. Garcia p. 1. cap. 4. num. 3. & alij.*

38 An autem milites Diui Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ hoc gaudeant Priuil.

Et gaudere dicendum est, secundum *Nauar. consi. 11. de regul. & alios apud Garc. loco cit. nu. 15.* cum sint personæ Ecclesia-
39 sticæ. Quamuis valde controuersum sit inter doct. an hi sint vere Religiosi, vt per *Man. Rodriq. quæst. reg. to. 1. q. 1. ar. 6. Sanch. in sum. to. 1. l. 4. d. cap. 16. Car. de Graff. eff. 1. nu. 109. & eff. 9. num. 131. Barbos. p. 2. all. 12. num. 46. & D. Gar. Mastrill. sicul. decis. 390. par. 3.*

40 Et idem valet, vt fatetur *Bonacin. de cens. disp. 4. q. 4. pu. 1. num. 7.* in equitibus ordinis Christi in Lusitania, S. Lazari in Subaudia, & S. Stephani, Florentiæ, ex *Nauar. consi. 10. de regular.*

SECVNDA DVBITATIO.

41 QVando, quis dicatur, manus violentas inijcere in prædictas personas.

Respondetur. Per aliquam iniuriosam, seu contumeliosam actionem exteriorem, ac corporalem circa personam clericorum, aut res ei adhærētes: vt esset clericum vulnerare, occidere, percutere manu, en-
42 se, fuste, &c. illum violenter detinere in publica, vel priuata custodia: Aliquid per vim, & iniuriam eripere de manibus, vel corpore eius, item conspergere aqua, puluere, lapillis: Persequi eum, vt in fluuium, aut foueam incidat,
44 equo decidat; &c. Inijcere manus violentas in equū, cui clericus insidet, illum percutiendo, vulnerando, occidendo, aut retento fræno sistendo. ita *Silu.ver.excomm. 6. n. 5. Sayr.de cens.lib.3.cap.27.nu. 13. Auila item de cens. p. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 12. Nauar.cap. 27.num.77: Genuens.cap.29.n. 21. Bonaci. de cens. disp.2.q.4. pu.1.num. 12. Car.de Graff.eff. 1.num.534.& eff.9.à num.84. & alij.*

45 Sed vtrum incurrat excommunicationem ille, qui sclopū explodit in clericum, qui ob terrorem moritur, quamuis pila, nec leuiter quidē tactus, vel læsus fuerit.

Affirmatiuè secundum *Bonacin. loc. cit.* Quia talis actio censetur violenta, & iniuriosa clerico.

46 Quid autem dicendum sit de eo, qui per dolum, & fraudem furatur vestes clerici, aut nūmos, vel aliud ab eius posse; an dicatur violentas manus inijcere, & incurrat.

Negatiuè Respondendum est secundum Doct: mox citandos: quia tunc non dicitur violentas manus in clericum inijcere; distinguitur enim violētia, ab actibus subdolis, & fraudolentis: nisi clericus tempore,
47 quo talia ei tolluntur se defēderet, & surāti resisteret, quia in tali casu ille incurreret in censuram. ita *Caiet. verb. excomm.num.10. Angel.excomm. 5.num.29, Vinc.Filliucc.tract. 15.cap.1.num. 20. Sayr. lib. 3. cap.26.num.16. Bonacin. de cens.disp.2. q. 4 pu.1.num.14. Car.de Graffis eff.9. num. 222. & Paul.Layman.lib.1.tract.5 par.2.cap.5.num.5.*

48 An autem incurrant ministri Principis, qui violenter arcendo turbam, clericum percutiant.

Respondetur, minimè incurrere, si hoc fecerint, absque animo iniuriandi, cum tunc non dicatur violenta percussio. Et esto quod esset manus violenta, est tantum materialiter; si tamen

non

nō ſit formaliter talis; vt quia non intenditur violentia, ſeu iniuria, vel nō intēditur, quod ſit in clericum, nec talis in excōmunicationem incidet. ita *Sayr. lib. 3. cap. 2. num. 34. D. Ric. in prax. fori eccl. reſol. 635. & alij.*

Sed an percutiens clericum caſu
49 fortuito, dicatur violentas manus in eum inijcere, & incurrat.

Dico, nequaquam incurrere, ex *cap. 3. de ſent. excommun.* Nam caſus fortuiti præuideri non poſſunt, *cap. ioannes, & c. fin. de homicid.* & per conſequens, tunc nulla violentia, & temeritas poteſt conſiderari, *Soc. in d. cap. peruenit, de ſent. excomm. & alij apud Carol. de Graſſis eff. 9. num. 302.* Qui num. 235. hoc etiam dicit in eo, qui iniecit manus violētas in clericū, abſque deliberatio-
50 ne, ſed ex primis motibus, & ex ſubita animi paſſione; ita vt aduertens, quod facit, manum retrahit, quia primi motus non ſunt in poteſtate noſtra. ita etiam, ante eum, tenuerunt, *Caiet. verbo excomm. cap. 10. & alij.*

TERTIA DVBITATIO.

51 AN quælibet pcuſſio, ſiue actio violenta ſufficiēs ſit, vt quis hanc cenſuram incurrat.

Et minimè ſufficere dicendū eſt; ſed requiri, vt percuſſio, ſiue actio violenta talis ſit, vt ſufficiat ad p. m. cum excommunicatio maior non incurratur, niſi propter p. m. vnde ſi quis leuiter attingat, vel percutiat clericum, itaut illa percuſſio,
52 vel violentia iudicetur p. v. nō incurret hanc cenſurā. *ita tolet. l. 1. cap. 32. Suar. diſp. 22. ſect. 1. num. 23. Sayr. de cenſ. lib. 3. cap. 27. num. 33. ConincK. diſput. 14. dub. 15. num. 168. Molin. to 4. diſp. 51. num. 8. & Bonac. de cenſ. diſp. 2. quæſt. 4. pun. 1. num. 19.*

An autem incurrat, ſi percutiens peccet mort. ex intentione,
53 quam habuit grauiter percutiendi: ſed percuſſio exterior iudicetur p. v. tantum.

Dico, non incurrere, nam hanc cenſuram, quis non incurrit, niſi propter p. m. externum, & talis percuſſio, vt exterius ſit, non eſt pecc. mor. *ita Nauar. cap. 27. num. 85. Caiet. verbo excommunicatio cap. 10. Filiucc. tract. 15. cap. 1. quæſ. 4. nu. 17. Bonaci. d. diſp. 2. q. 4. pun. 1. num. 11. & alij.*

54 Sed an requiratur, vt hæc actio externa ſit p. m. ratione nocumenti corporalis, ſeu læſionis corporis, vel ſufficiat, ratione inhonorationis

Reſpondetur, quod non ſolum, quando perſona clerici grauiter

Ee

ter percutitur, incurritur hæc censura, immo nec requiritur semper ad incurrendam hanc censuram, vt percussio corporis talis sit, vt clericum grauiter lædat, cum sine graui læsione corporis, posset quis manus violentas in ipsum inijcere, cũ graui iniuria, quæ nõ solũ sit contra honorẽ, sed contra immunitatem proprij corporis, seu contra ius, quod vnusquisque habet in corpus suum, vt est violenta clerici detentio, vel ablatiò à suis manibus alicuius rei, quam iustè detinet, & similia, vt diximus supra num. 40. Sed etiã si actio violenta, personam clerici leuissime attingat, tamen secundum moralem existimationẽ virorum prudentum sufficiens sit ad grauem iniuriam cõtra honorem, & reuerentiam debitam tali personæ, sufficit ad incurrendam hanc censuram, cum sit manuum violenta iniectio in clericum, & grauis moraliter reputata. ita *Suar. de cens. disp. 22. sect. 1. num. 25. Filliucc & Bonaci. cit. locis, & Paul. Layman. d. lib. 1. tr. 5. par. 2. cap 5. num. 5.*

55 An autem occidens clericũ per cibum, vel potum veneno infectum, in hanc censuram incidat.

Affirmant *Molina de Iust. & iure trac. 3. disp. 51. D. Marcellus Megal: in prima parte institut. peregrin. lib. 5. cap. 14. num. 11. Suar. de cens. disp. 5. sec. 1. num. 13. & Bonacina*, *qui alios refert, in eodem tract. de cens. disp. 2. quæst. 4. pun. 1. num. 13.* Qui cum Suarez, hanc censura m non incurrere, existimat, antequam venenum operari incipiat, nam antea non aderat actio violenta, cum venenum sine vlla vi fuerit exhibitum, vt supponimus. Quidquid dicat *Auila 2. par. cap. 5. disp. 3. dub. 10.*

Vtrum verò occidens veneno dicatur cõmittere crimen proditorium ad effectum, vt confugiens ad Ecclesiam nõ gaudeat eius immunitate iuxta bullam Gregor. 14. Vide *Boer. decis. 109. D. Ricc. p. 3. deci. 262. & Decian. qui alios refert in tract. crim. lib. 6. cap. 28.* qui cõcludunt, crimen proditorium committere, vt per eos, & per *Antonin. Dianam p. 1. resol. moral. tract. 1. resol. 36.*

QVARTA DVBITATIO.

56 QVibus alijs in casibus, quis hanc censuram incurrat, vel effugiat.

Dico; quod in multis alijs casib. nam licet per *d. can. si quis suadente*. Soli inijcientes manus violentas in prædictas personas, hanc in excommunicatio-

tionem incidant, tamen Summi Pontifices, per alios canones, ad alias personas, extenderunt, & declararunt.

57 Primò, igitur, inijciens per alium, mandato, vel consilio, manus violentas in clericum, aut alias personas, hoc priuilegio gaudentes, eãdem censuram incurrit, vt habetur in *cap. mulieres, de sent. excomm. & notant Scrib. vt per tol. l. 1. cap. 32. num. 16. Nauar. cap. 27 num. 78. Silu. excomm. 6. num. 5. & alios.* Nam qui per alium facit per se ipsum facere videtur, *cap. qui per alium, de regul. iur. in 6.* In quam excommunicationem incidunt etiam

58 auxiliũ, aut fauorem præstãtes *glo. in d. cap. mulieres, tolet. nu. 19. Sayr. de censuris l. 3. cap. 26. num. 24. Soccin. in d. cap. peruenit, & alij.* non tamen incidunt, nisi sequuto effectu percussionis, vt colligitur ex *cap. mulieres §. vltimo, de sent. excommun.*

59 Sed quid si mandans percuti clericum, postea pœnitentia ductus reuocauerit mandatũ.

Tunc dicendum est, quod si reuocatio ad mandatarij notitiam peruenerit, ante percussionẽ, sic mandans non erit excommunicatus, licet mandatum exequatur post reuocationem. Sed si percusserat ante reuocationis notitiã, incurret mandans. ita *Siluest. cit. Auila p. 2. disp. 3. cap. 5. dub. 7. Sayr. dicto lib. 3. cap. 26. num. 23. Car. de Grassis effect. 9. num 30. Bellect. par. 1. disquis. clerical. tit. de fauore cleric. canon. §. 1. num. 6 pag. 172. Paul. Layman. lib. 1. tr. 5. par. 2. cap. 5. num. 7: et alij.*

Et nota, quod si percuti mandãs esset in gratia, dum mandatarius clericum percuteret, etiã censuram incurret, nam licet ad incurrendas censuras supponatur p. m. tamen nõn est necesse, vt tunc committatur, quando cẽsura incurritur; sed sufficit p. m. prohibitum sub censura cõmissum antea fuisse vt tradunt *Less. de iust. lib. 2. c. 13. num. 17. Bonaci. de cens. dis. 2. quæst. 4. pun. 3. nu. 3. & Paul. Layman. cit. loco.*

60 An autem idem sit dicendũ de consulente percussionem clerici.

Resp. negatiuè, cum consulenti non sufficiat reuocare consilium, si firmiter nõ credat cõsultum reuocasse propositum sed debet etiam monere percutiendum, arbitrio boni viri, vt sibi caueat, & tunc si sequatur postea percussio, non incurret consulens, quia percussio solum ipsi consulto eo casu imputatur. ita *Auila cit. loc.* & alii, apud *Paul. Layman. d. lib. 1. tr. 5. par. 2. cap. 5. n. 7.* Quamuis *Say. d. ca. 26 num.*

Ee 2 23.

23.idem dicat de consulente, quod de mandante dictum est num.præcedenti.

61 An verò præcipiens interfici, vel offēdi clericum, & ante exequutionem moriens, incurrat postea sequuta morte, vel offensione clerici.

Et minimè incurrere dicendum est, vt docent, *glo. in cap. mulieres, de sent. excom. Auila d. dub. 7. concl. 3. Vgol. de censur. tab. 1 cap. 17. §. 2. num. 5. Bellect. d. p. 1. disquis. cler. pag. 172. num. 6. & de Grassis effect. 9. num. 40.* Et hoc ea ratione, quia mandatum extinguitur morte mādantis re integra, *§. recte, instit. de mandato.* Ac alia ratione, quam reddit *Suar. de cens. disp. 5. sect. 1. num. 14.* Quia homo mortuus incapax est censuræ, quæ primo, & directe in ipsum feratur, vt enim incurratur censura, necesse est, vt subiectum sit habile, & capax eius, non solum eo tempore, quo dedit causam delicti, ob quod censura incurritur, sed maxime eo tempore, quo effectus consumatur.

62 Sed quid dicendum, si mandatum non sit expressum, sed tacitum; vt si quis, cum fuerit offensus ab aliquo clerico, diceret coram amicis, vel familiaribus, se desiderare vindictā de tali iniuria, præuidens, aut præuidere debēs inde eos fore excitandos ad eum percutiendum, an incurrat, etiam ipse in hanc censuram sequuta, illius clerici, percussione.

Dicò, incurrere *argum. tex. in ca. penult. de homicid. in 6.* & sic docent *Siluest. excomm. 6. nu. 5. Nauar. cap. 27. num. 78. Auila par. 2. disp. 3 cap. 5. dub. 10. Suar. disp. 22. sect. 1. num, 55. et Car. de Grassis eff. 9. num. 35.* Nam ille est causa moralis talis percussionis, & excitat, & mouet, & virtualiter mandat.

Vtrum vero mandans incurrat, si mandatarius excesserit fines

63 mandati, vt quia mandauit tantum verberare, clericum, & mandatarius illum vulnerauit.

Et incurrere fatendum est. Prout in simili dicitur de eo, qui fecit mandatum ad vulnerandum, quod si sequatur homicidium, tenetur de occiso, *cap. fin. de homicid. in 6.* Nam vulnera, & percussiones non dantur ad mensuram. ita *clar. §. fin. q. 89 & alij apud car. de Grassis eff. 9. num. 21.* Qui secus esse, ait, si quis mandaret, vt tantum inferatur clerico iniuria verba-

64 lis, & mandatarius excesserit, faciendo illi iniuriam personalem, quia tunc mandans non erit excommunicatus, prout ipse mandatarius, & hoc ea ratione, quia mandans iussit fieri actum, propter quem de

ſui natura non incurrit in pœnã excõmunicationis. *Baiard. ad clar.§.fin.quæſt.89. nu.* 17. *Menoch.de arbitr.caſ.352. nu.* 2.*& alij.*

65 Sed quid, ſi aliquis mittat manus violentas in clericum, eum capiendo de mandato ſui Prælati, an incurrat.

Reſp.negatiue,*cap.vt fama, de ſent.excomm.*Quod intellige,ſi clericus nollet permittere ſe capi,nam ſi permitteret ſe capi,ſine reſiſtentia, & capiens pugno, aut alio modo eũ percuteret,incurret.ita *Sayr. l.* 3. *cap.*27.*num.* 25. *Bonacin. de cenſ.diſp.*2.*q.*4.*pu.* 4. *num.* 13. *& alij.*

66 Secundò, eamdem canon. excommunicationem incurrit ille,qui poteſt, & debet prohibere,ne clericus verberetur & non prohibet,vt cõſtat, ex *cap.quanta.de ſent.excommun.* Quod limitat glo.ibi, vt notat *Tolet. l.* 1. *cap.* 32. *num.*20.*& Layman.d.lib.*1.*tr.*5.*p.*2.*cap.*5. *num.*8.ad illos, qui ex iuſtitia prohibere tenentur, vt ſunt officiales, eorumque miniſtri, Patres,Tutores, Parochi, & ſimiles. Quod tradunt etiam *Bonacin.d.diſp.*2.*quæſt.*4.*pun.* 3.*num.*6.*Filliuc.tract.*15.*cap.* 1.*quæſito* 7.*num.*31.*Say. d.l.*3. *cap.*26.*& Auila d.diſp.*3.*cap.*5 *dub.*8.*& alij.*

Quo vero ad alios, qui ex charitate tenentur. Si ex negligentia,vel ex timore, vt quia nolunt ſe immiſcere rumoribus, hoc non præſtarent, non incurrent, ſecundum communẽ opinionem, quando hic titulus ſufficit ad eos excuſandũ à culpa mortali, ſecundũ *Sua-*

67 *rez* mox citandum. Si autem doloſe non prohiberent, cum poſſint obuiare ſine periculo, & damno,tunc incurrent,tanquam conſentientes delicto. ita *Caiet.cit.cap.*10.*Suar. diſp.* 22.*ſect.*1.*num.*56.*Sayr.l.*3.*cap.* 26.*num* 24.*Nau.cap* 27.*num.* 78.*& alij apud Bellectum p.* 1. *diſquiſ.cler.tit,de fauore cleric. canon.§.*1.*n.*8.*fol.*173.Quamuis *Bonacina loc.cit.& Ragucc.ſub tit.de excomm.quæſ.*69.non incurrere exiſtiment,etiam ſi nõ obſtẽt propter odium,& prauum affectum,licet peccarent mortaliter,quidquid ſit de foro externo,cum non ſit in iure expreſſum.

Tertiò, eamdem excommunicationem incurrit ille,qui ratam habet percuſſionẽ clerici ſuo

68 nomine factam,licet non ſuo mandato. Quia talis ratihabitio retrotrahitur,& æquiparatur mandato *iux. cap. cum quis, de ſent. excomm. in* 6. Secus tamen erit, ſi percuſſio nõ fuerit facta eius nomine, quia licet poſtea ratam habeat,etſi peccet,non erit excommunicatus.

catus. *Glo.in d.cap.si quis,verbo,tuo nomine,Sayr.d.lib.3. ca. 26.num.25.Socc.in d. cap. peruenit,de sent.excom.et alij apud Bellect.cit. loco,ac Bonacin. de cens.disp.2.quæst.4.pun.3.n.7.*

69 Quartò,eamdem in excommunicationem incidit ille,qui percutit clericum permittente se verberari, si verberatio iniuriosa sit: nam licet non sit violenta percussio,vel potius coacta, est tamen iniuriosa statui clericali,in cuius fauorē est latus canon, cui clericus renuntiare non potest,*ca.contingit,1.de sent.excommun. ita Caetan.verbo excomm.cap. 10. Tolet.lib.1.cap.35.nu.12. Filliuc.tract.15.cap.1.quæs.7.nu. 33.Bonaci.d.quæst.4.pu.2.Layman.d.l.1.tr.5.p.2.cap.5.num. 5.& alij communiter.*

70 An autem hoc casu, ipse clericus, qui patitur verberari,incidat in excommunicationem.

Aliqui incurrere censent, si facile posset vitare percussionem, nam,vt dictum est num.67. sicut is,qui potest obuiare, absque suo periculo,ne clericus offendatur personaliter,& nō obuiat, incurrit; tanto magis videtur hoc procedere, vbi clericus esset causa ipsius offensionis. ita *Io.And.& Socc. in d.cap.contingit,de Graff.d.n. 29.Car.de Graffis eff.9.num.80 & Ragucius in tit. de excomm. quæst.70.num.7.*

Alij verò,quibus accedo,minimè incurrere existimant propter verbum *tex.in d cap. contingit ibi,excommunicetur*, quod est futuri temporis,indicans censuram ferendam,non autem ipso iure latam. ita *Tolet.loc. cit.num.13. Suar. disp.22.sect. 1. num. 57. Bonacina de cens. disp.2.quæst.4.pu.2.num.3. & Filliucc.quæst.7.num. 33.*

71 Sed vtrum clericus percutiens se ipsum,incurrat.

Dico,cum *communi Doct.opinione* incurrere, quando clericus iniuriosè,& per iram se ipsum percutit,ita vt percussio attingat grauitatem pecc. mortalis, propter læsionem factam in proprio corpore, secus si hoc faceret ex deuotione, vt si percuteret eius pectus pugno,vel lapide, vel cum disciplina maceraret eius carnes, tunc enim,non solum nō peccat, verum etiam meretur, vt legitur fecisse S.Hier. & alios Sanctos, vel si percuteret se ipsum ex dolore ob mortem parentum, & hanc communē opinionem sequuntur *Tolet. lib.1.cap.35.num.9.Sayr.lib.3 cap.26.num.20.Car. de Graffis eff.9.num.82.Io.Mar. Bellect. num.14.Bonacin.d.q 4. pu. 2. num.4.& Layman.cit.loc.*

72 Et quamuis aliqui non incurre-

currere censeant, ex eo, quia alius debet esse is, qui manus violentas inijcit, & alius, qui percutitur, dicitur enim in canone. *Siquis suadente diabolo clericum percusserit, &c.* vt per *d. Iac. de Gráff. lib. 1. cas. reser. c. 8. num.* 23. Tamen huius rationis, patet solutio, ex relatis per *Tolet. loc. cit. & per Ricc. in praxi aurea variar. resol.* 472. *num.* 8. *per tex. in d. cap. contingit, de sent. excomm.* vbi notatur, quod ad incurrendam excomunicationẽ sufficit, quod adsit manus iniuriosa, neque manus iniuriosa solum respectu sui, sed etiam si sit iniuriosa respectu ordinis clericalis; itaut enormiter percutiens se ipsum, incurret, cum nemo sit dominus membrorum suorũ, *l. liber homo, ff. ad legem aquiliam.*

73 Sed quæritur primo, an intendens, & volens percutere titium clericum, percutiat laicum, vel seium clericum, incidat in excommunicationem.

Resp. & dico in primo casu, si percutiat laicum, non incurrere, propter affectum tantum, quem habebat percutiẽdi clericum, ex *glo. in cap. si vero, de sen. excomm. & notant Bellecti. cit. loc. num.* 15. *& Say. lib. 1. ca.* 18. *num.* 20. *qui alios refert.*

In secundo casu, si percutiat aliũ clericum, & non illum, quem volebat percutere, incurrere existimant *Couar. in cap. alma par. 1. §. 10. num. 15. Sayr. lib. primo cap. 48. num. 18. & alij.* moti ex eo, quia adest voluntas, quo ad percussionem clerici, & iniuriam.

Ipse verò, cum *Suarez. in d. disp. 22. sect. 1. num.* 54. distinguendum censeo. nam aut iste percutiens ex errore alium clericum, & non illum, quem percutere volebat, sufficientem diligentiam adhibuit, ne aliam personam percuteret, aut nõ adhibuit; Primo casu, quando diligentiam adhibuit, non incurreret; cum sit inuoluntaria & casualis, secundo casu, in curreret, cum sit voluntaria indirecte, propter diligentiam non adhibitam, ne ex errore alium clericum percuteret.

74 Sed quid è contra, si volẽs, & credens percutere laicum, percutiat clericum, an incurrat.

Respondetur si adhibuit sufficiẽtem diligentiam, itaut ei non imputetur talis error, seu ignorantia personæ, non incurret; secus verò si non adhibuit sufficientem diligentiam, & sine sufficienti certitudine, quod ille esset laicus, ipsum percutiat; quia non excusabitur à culpa, nec à censura. *Secundũ Couar in d. cap. alma num.* 15. *qui de communi testatur, et sequi-*

quitur Suar. num. 52.

75 Secundo, quæritur, an incurrat percutere volens laicum, sed percutiēs ignorantia probabili clericum: si percussisset, etiam si illum, clericum nouisset.

Affirmant *Syluest. excommun. 6. num. 6. Couar. loco cit. Abb. in cap. si vero, de sent. excom. Sayr. lib. 1. cap. 18. num. 20. & alij.*

At verò cum *Suar. num. 53.* à supradicta distinctione adhibitæ diligentiæ, vel ne, minime discedendum censeo, cum ille prauus animus non influat in actum, & ideò si illo non obstante, actio procedit ex ignorantia probabili, excusaretur à censura.

Sicuti excusatur etiam, vt idem Suar. tradit à censura percutiens clericum ignorans pro-
76 babiliter clericatum. Nam etsi talis actio sit iniusta percussio, si tamen, quo ad circūstantiam personæ percussæ, idest, quod sit clericus, procedat ex ignorantia, quæ excuset à malitia Sacrilegij, nō incurritur censura huius canonis, in quo ponitur sola sacrilega percussio, quæ circa clericum voluntarie versatur. Et ita quoque fatentur *Tolet. lib. 5. cap. 8. num. 2. Nau. cap. 27. nu. 81. Sayr. d. lib. 1. cap. 18. num. 19. Bonacin. d. disp. 2. q. 4. pun. 4. num. 2. Ricc. p. 2. decis. 296. Car. de Graffis eff. 9. num. 189. Layman. d. lib. 1. tr. 5. p. 2. cap. 5. num. 8. & alij.*

Tertio quæritur, an percutiens
77 clericum ob iustam defensionem, incurrat.

Et minimè incurrere fatendum est, si defensio fiat incontinēti vim, vi repellendo, *ex cap. ex tenore, & cap. si vero. 1. de sent. excomm.* & tradunt communiter Doct. vt *per Suar. disp. 22. sect. 1. num. 53. & Layman. cit. loco.* Ratio est, quia talis percussio non est violēta, nec ad iniuriam, & animo iniuriādi, cum fiat se defendendo, nō aggrediendo, nec est suadente diabolo, sed ratione suadente, cum licitum sit, vim vi repellere, cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Quod moderamen inculpatæ tutelæ cōsistit circa tria, scilicet circa modum, tempus, & causam. circa modum, vt si quis esset insultatus sine armis, non poterit se defendere cum armis, *l. 1. §. sed si claua ff. de sicar.* circa tempus, vt fiat incontinenti; & illico facto insulto, *glo. in l. prima C. vnde vi, Mascard. conclus. 126. nu. 42.* vbi etiam num. 33. examinat materiam, quibus armis insultatus possit se defendere, & quibus non, & quo casu dicatur excedere terminum defensionis. Circa causam, vt

talis

talis sit, & tanta propulsatio, quāta est necessitas defensionis,& non vltra. *Bald.in d.l.1. C.vnde vi,Clar.§.homicidium n.27. Boer.dec.168.n.4. Car.de Graff.eff.9.n.263.& per D.Ric. pa.4.dec.159.n.17.*

78 Dicitur quoq. percussio ex iusta defensione,si mulier percutiat clericum, pudicitiam suam facto aliquo,tentantem, &nō solis verbis,vt per *Nau. in c.27.n.85.& Paul.Layman. d.l.5.tr.5.p.2.c.5.*

79 Item dicitur percussio, ex iusta defensione, si aliquis aggressus à clerico non poterit vitare nocumentum sine ignominiosa fuga,nisi se defendendo, eaq. de causa clericū percutiat,quia non incurret, cum tunc neq. peccet.ita *Caiet.d.c. 10. Nau.& Suar.loc.cit.& alij, quibus accedunt Ric.decis.159. p.4.n.20. & Raguc.in vas.eccl. discipl.tit.de dubijs curios.quæsito 33.*

80 Dicitur etiam detentio ex iusta defensione, si quis clericum fugientem, & propria bona asportantem; vel clericum debitorem,& fugam parantem, detineat, vt eum statim Superiori præsentet,& ea via suum creditum recuperet. ita *Nauar.Caiet.Suar.loc. cit.Cornel.Beninc.in tract.de paup.q.7.special.8.nu.13. Caccialup.in tract.de debit.suspect. & fugit.in 5.q.princip.nu.19. & aly apud Carol.de Graff.eff. 1.n.550.*

Sed an laicus percussus à clerico, si timor repercussionis non adest,dictum clericū causa defensionis percusserit,incidat in excom.d.canonis.

Resp.affirmatiue, quia non esset defensio,sed vindicta,quæ non est permissa singulis, sed iudici; nisi fortè timeretur geminata percussio. & ita in facti contingentia fuit resolutum in Curia Arch.Neap.vt testatur *Ric.dec.159.p.4.* vnde non debet insequi,percussus,suum percussorem,ex quo non vult amplius percutere.

81 Quarto quæritur,an manus violentas inijciēs in clericum, turpiter inuentum cum propria vxore,matre,filia,aut sorore,incurrat,& peccet.

Et dicendum est,quod licet,peccet,tamen canonis excommunicationē minime incurrit,*iux. tex.in d.cap.si vero*,si percussio fiat in ipso actu inuentionis; secus si post temporis interuallum percussit, quia censuram non effugiet. ita *Siluest. excom.6.casu 10. Azila p.2.c.5. disp.3. dub.3.Sayr.n.24. Paul. Laym.cit.loc.Bonaci.de censur. disp.2.q.4.pu.4.nu.5.Ric.decis. 147.p.4. & alij apud Car. de Graff.eff.9.n.185.*

82 Appellatione autem,vxoris in

in d.tex.comprehenditur spōsa ducta per verum, & ratum matrimonium, etsi non consumatum, non tamen sponsa de futuro, quia non est vxor, & potest quis propter tale crimen illam dimittere, & aliā ducere. Unde neque iniuria, neque occasio similis est. Nec comprehenditur mater, filia, vel soror adoptata, nec alia
83 neptis, vel alia ex ascendentibus, & descendentibus, vel ex collateralibus, *glo. communiter recepta, in d. c. si verò, Sayr. & Auila cit. & Suar. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 36. Comprehendi-
84 tur tamen appellatione filiæ, etiam filia illegitima. *Nauar. cap.* 27. *num.* 94. *& Ant. Ragucius de excommunicatione quæsito* 66. *num.* 6.

85 Aduertendum tamen est, quod si maritus procurauerit, vt clericus vocaretur ab vxore ad illam turpem actionem, & sic eum percuteret, incurret vterque, scilicet, tam vxor quam maritus excommunicationem, quia sunt in dolo, cum prouocauerint, vt vocaretur ad turpitudinem. ita *Angel. excomm.* 5. *num.* 10. *Caietan. verb. excomm. cap.* 10. *Sayr. de cens. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 23. *Bellect. p.* 1. *disquis. cler. pag.* 181. *et Paul. Layman. d. lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 8.

86 Nec est prætermittendum, quod concubinarius occidēs, vel percutiens clericū deprehensum cum concubina, incidit in excommunicationem d. canon. Quia in concubina nō committitur adulterium, neque pœnæ appositæ violanti matrimonium, habent locum in cognoscente concubinam, vt notatur in *l. transigere C. de transact. & tradit post alios, Ricc. decis.* 147. *par.* 4.

87 Quinto quæritur, si aliquis dum à suis inimicis insequitur eijcit clericum equitantem, vt super eo equitaret, & celeriùs, ac tutius fugere valeat, an sine incursu censuræ à clerico prædicto, etiam per vim, equū auferre possit.

Affirmat *Nauar. cap.* 27. *num.* 85 *& Suar. loc. cit. num.* 38. ex eo, quia in tali casu est in quadam extrema necessitate, in qua quisque habet ius re alterius vtendi, nec id fit aliquo malo animo, nec suadente diabolo. Quāuis *Decian. in tract. crim. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *quē refert Car. de Grassis effectu* 9. *num.* 289. dicat, quod isto casu standum erit arbitrio iudicis, seu boni viri, qui considerabit necessitatem fugæ, & qualitatem offensæ factæ in deturbando clericum, & eum ab æquo eijciendo.

88 Sexto quæritur, an incurrat inijciens manus in clericum pro

pro defenſione, vel recuperatione ſuorum bonorum.

Et dicendum eſt, minime incurrere, ſi hoc faciat cum moderamine inculpatæ tutelæ, & aliter non poſſet vim vi repellere. ita *Graff.decis.aur.par.2. l.3.c.5.n.27.Abb.in d.cap. cum non ab homine n.18.de iud. D. Ric.p.4.dec.159.nu.17. & alij apud Car.de Graff.eff.9.n.196.* Qui hoc limitat, qñ res eſſet parua. Quia pro defenſione, & recuperatione talis rei, non eſſet permiſſum hominē interficere.

89 Septimo quæritur, an incurrit, qui percutit clericum inuadentem proximum.

Et non incurrere, tradunt *Innoc. & abb.in cap. ſi vero 1. de ſent. excom.Sayr.d.li.3.c.27. nu.17. & alij, quos refert Car.de Graff. eff.9.n.270.per tex.in cap. dilecto, de ſent.excom. in 6.* nā quilibet tenetur, & debet ſubuenire proximo ſuo, & diligere ſicut ſeipſum, *cap. Charitas §. item, de pœnit. diſt.2.* & ideo in eo, non poteſt conſiderari diabolica perſuaſio, *cap.olim cauſa, de reſcrip.*

90 An autem idem dicendum ſit, ſi quis percuſſerit clericum pro defenſione rerum proximi.

Feli.in d.c.ſi vero n.2.quem ſequitur Car.de Graff.n.272. cenſet non incurrere. Quia non ſit ſuadēte Diabolo, & ita quoq. tenent *Innocen. & Abb.cit.& Suar.d.diſp.22.ſect.1.num.39.* Qui ait, quod ſecus erit, ſi vel modus defenſionis excedatur, vel ceſſet vera, & iuſta ratio defenſionis; vt v.g. cum clericus nō res alienas vſurpabat, ſed proprias recuperabat; vel nō inferebat iniuriam, ſed ius habebat caſtigandi, vel quid ſimile.

91 Octauo quæritur, an iudex ſecularis capiens clericum in actuali crimine inuentum; vel noctu cum magna ſuſpicione criminis repertum, vt eum ſtatim præſentet ſuperiori, incurrat.

Et dicendum eſt, nequaquam incurrere, ſi nō excedat iuſtam, & moderatam vim in capiendo, & ducendo illum ſine iniuria ad eccleſiaſticum; nam tūc præſumitur adeſſe interpretatiuam voluntatem eiuſdem Iudicis eccleſiaſtici. ita *communiter DD.in cap.cum non ab homine, de iud. Reginal.li.19.n.70 Genuen.in prax.c.33.n.10. Ambroſin.de immu.eccl.c.18.n.31. D.Ric.p.4.dec.391.nu.4.Paul. Laym.li.4 tr.9 c.4.nu.6.Campanil.in diuer.rub.1.n.26.Car. de Graff.effect.1.n.537.& 543. Eellect.p.1.diſq.cler tit.3.§.11. & poſt alios, Anto.Diana p.1. reſol.mor.tr.2, reſol.10.* vbi ēt refert DD. aliter ſentientes.

92 Num autem possit clericus priuari, per iudicem laicum, armis prohibitis à statuto, cum quibus fuit repertus; vel tantum ad obuiandum delictum duci cum armis ad episcopũ.

Nonnulli docent, debere duci cũ armis ad Episcopum, in cuius potestate erit disponere de armis. vt per *Suar. lib. 4. de fens. c. 34. num. 14. Vasq. 1. 2. disp. 167. cap. 1. num. 31. Bonacin. de legib. disp. 10. q. 2. pu 1. §. 1. nu. 22. & alios apud Paul. Laym d. l. 4. tr. 9 c. 4. num. 7. & Ant Diana d. p. 1. resol. mor. tr. 2. resol. 9. & Genuen. c. 92. nu. 6.* Qui testatur sic fuisse seruatũ in facti contingentia in Curia Arch. Neap. Quamuis aliter sentiant *Couar. pract. quæst. c. 33. Prosp Petra in annot. Capy. dec. 98. Clar. §. fi. q. 36. n. 22. Menoch. de arbitr. cas. 393. num. 3. Farinac. de inquis. q. 8. num. 96 & alij apud Ambrosin. d. c. 18. nu. 36. & Car. de Graff. d. eff. 1. nu. 862.*

93 Nono quæritur, an detinẽs clericũ per vim, ne aliquis iniuriose eũ percutiat. aut ne ipse clericus cõmittat aliquod homicidium, vel ne incidat in manus hostium, incurrat.

Dico, non incurrere. Quia hæc non est iniuriosa, vel sacrilega violentia; sed procedit tãtum ex charitate, vt habetur in *cap. pietas 23. q. 4. ita Graff. decis. aur. p. 2. li. 3. c. 5. n. 13. & alij relati per Car. de Graff. effect. 9. n. 105.* & idem est dicendum de eo, qui detineret per modicum tempus clericũ pro tuitione suæ personæ; ne s. ipse clericus exire possit, & ipsum detinentem offendere, vt tradunt *Graff. loc. cit. n. 23. D. Ric. p. 4. dec. 391. n. 5. & alij.*

94 Decimo quæritur, an expellens per vim clericum excommunicatum vitandum ab ecclesia, dum diuina celebrãtur, incurrat hanc censuram canonis.

Et minime incurrere fatendũ est, si ad ipsũ expellendũ, vi opus fuerit, vt dixi in *tract. de oblig. cler. p. 3. n. 43. cum Suar. de cẽs. disp. 12. sect. 1. n. 11.*

95 Vndecimo, q̃ritur, an percutiens clericum causa correctionis, incurrat.

Dico, quod si percutiens habet facultatem, & iurisdictionem in eum, vt si esset superior, pater, magister, &c. & leuis est percussio, nec ex odio, vel iniquitate, non incurret, vt tradunt DD. communiter. Non tamen posset Pater causa correctionis percutere filium clericum in sacris constitutum, secundum *Host. Abb. & Fell. in cap. cum voluntate, de sent. excommu. Bellect. p. 1. disq. cler. fol. 108. & alios communiter.* Quamuis aliqui probabiliter con-

contrarium doceant, vt *per Suar.disp.22.sect.1.num.49.& alios apud Paul.Laym. d.lib.1. tr.5.p.2.c.5.n.8.*

96 Duodecimo quæritur, si non baptizatus percutiat clericum, an incidat.

Et dicendum est, non incurrere, cum non sit capax censuræ. ita *Suar.d.sect.1.num.5.& alij.*

97 Decimotertio, & vltimo, quæritur, à quo iudice puniri debeat laicus offendens clericum.

Diuersimode scripserunt Doct. Aliqui enim, existimãt dari locum præuentioni, ita *Guido Pap.dec.562.num.3. & refert Scappa in tract.de iur.non scripto li.1.c.3.& c.11.n.13.*

Pleriq; vero putant, ab ecclesiastico iudice esse puniẽdum. ita *glo.in auth.item nulla communitas, verb.ecclesia, C.de epis.& cler.Abb.in cap.cum sit generale, de for.comp.nu.13. & Aufr. de pot.eccl.super laic. nu.50.*

Cum alijs tamen dicendum est, ꝙ ab vtroq; iudice ecclesiastico, & laico procedi, & puniri poterit laicus offendens clericũ; cum per offensam clerico factam, vtriq; foro censeatur illata iniuria; & sic Iudex laicus poterit procedere, & punire laicum prædictum pro delicto principali, scilicet, pro verberibus, homicidio, &c. pęnis tẽporalibus. & ecclesiasticus pro sacrilegio imponet pęnas spirituales, cum pęna temporalis non tollat spiritualem, nec è contra. ita *Molin.to 4. tr.3.disp.40.n.3.Car.de Grass. eff.1.n.586.Clar.§.fi q.36.n.42* qui testatur ita seruari in praxi, & alij apud *Bonaci. de legib. disp.10.q.2.pu.1.§.1.nu.32.*

QVINTA DVBITATIO.

98 Qvis absoluat ab hac canonis censura.

Dico, quod regulariter ad Summum Pontificem spectat absolutio à cẽsura d. canonis, vt expresse habetur in eodem *Canone si quis suadente*, & notant communiter Scribentes. in aliquibus, tamen casibus ab Episcopo talis absolutio impendi potest.

99 Ideo, præmittendum est, ꝙ tres sunt species percussionis, scilicet, leuis, mediocris, & enormis, vt tradunt Doct. cõi consensu.

100 Leuis percussio, secundum *Nauar.c.27.n.91.Cos.Philiar. lib.3.de offi.sacerd.c.33.Filiuc. tr.15.c.1.quæst.8.Bonacin.de cens.disp.2.q.4.pu.5.n.2. Paul. Laym.d.lib.1.tr.5.p.2.c.5. nu. 10.& alios*, est illa, quæ fit pugno, .i. palma, baculo, vel lapide, & vbi nullum membrum abscinditur, aut dẽs euellitur, nec multum sãguis emittitur.

Quam-

Quamuis ſemper hoc non ſit verum,nec certa regula in hac re dari pôt, vt fatentur *Sayr. lib.3.c.28.num.5.& alij apud Layman.cit.loc.*ſed leuitas,aut grauitas percuſſionis iudicanda eſt arbitrio boni viri,ſeu iudicis,ex circumſtantijs perſonarum, locorum, temporum, ac modo percuſſionis,& leſionis.Si.n.clerico ſolemniter miniſtranti in altari, quis leuiter manus iniecerit,non erit leuis iniuria, quæ alias leuis eſſet. Sicut è contra,quædam eſt leuis,illata puero,vel in dorſo, aut manu,vel baculo,aut in occulto, quæ non eſſet leuis illata ſeni,vel in facie,pugno, aut enſe,vel in publico. & cõmuniter percuſſio, quæ fit à Magiſtro,Prælato,Patre, Domino in diſcipulum clericum, filium,aut ſeruum,leuis cenſetur, vt inquit *Sayr.cit.loc.& alij cum Ric.p.4.dec.3.*

101 Enormis percuſſio eſt,quæ coniũcta eſt cum graui læſione,vel graui iniuria; vt quãdo proceſſum eſt ad occiſionem, aut membri mutilationem,vel effuſionem multi ſanguinis;ita vt vulnus notabile illatum ſit; non tamen vbi ſanguis ſolum è naribus,quis efflueret.Secũdo,quando fuit læſa perſona Epiſcopi,vel Abbatis,aut Prioris, vel Sacerdotis induti ſacris veſtibus. Tertio,quando officialis laicus,auctoritatiuè percuteret clericum.Quarto, ratione ſcandali, vt ſi inferior percuteret ſuperiorem.Quinto,ex irreuerentia,vt ſi in cõſpectu Prælati,aut iudicis percuſſio fuerit facta. Sexto,ex loco,vt ſi in eccleſia, vel in platea.Septimo,ex loco vulnerũ, puta,ſi vulneratus,quis fuit in oculo,aut facie.Octauo,ex facti notorietate , & ſpecialiter in tẽpore magnæ feſtiuitatis. ita *Sayr.d.l.3.c.28.nu.6.* Quæ omnia tũc inducunt grauem percuſſionem ad effectum, vt abſolutio à Sede Apoſt.ſit cõcedenda, quando percuſſio in ſe notabilis eſt, & ſcandalum magnum parit,ſecundũ *Nau. c.27.n.92. quem ſequitur Ric. prax.for.eccl.reſol.436.& p.2. dec.249.& d.p.4.dec.3. Filiuc. & Bonac.cit.loc.*

102 Mediocris percuſſio dr̃, q̃ media eſt inter leuem,& enormem,q̃ ex varijs circumſtãtijs pẽſanda eſt, nec de hac re pôt eſſe certa regula; iudicium tamen pertinet ad Epiſcopum, vt tradunt *Tol. li.1.c.33.nu.5. Sayr.d c.28.n.7.Bonac.& Philiar.loc.cit.& Pau.Laym.d.l.1. tr.5.p.2.c.6.n.10.*

103 His ſuppoſitis,Dicendum eſt,quod Epiſcopus põt abſoluere ab excõne contracta ob violẽtam iniectionem manus in clericũ,ex leui percuſſione,

vt

vt habetur *in cap.peruenit, de sent.excom. & ibi glo.& DD. passim.*

104 An autem Eps possit absoluere laicum, vel clericum, qui leuiter percussit monacum.

Resp.affirmatiue, cum ad Ordinariũ loci spectet huiusmodi absolutio; non aũt ad Superiorem Monachi percussi. & sic fuit in facti contingentia iudicatum in Cur. Arch. Neap. vt testatur *Ric.in prax.for.eccles. res.439. Cãpanil.in diuer.rub. 12.c 13.nu.136.& Barbo.p.3. alleg.105.n.50.*

105 Ab enormi percussione, nulli dubium est, ad Summum Pontificem absolutionem spectare, vt notant cõiter DD.

Et quia per Sum.Pontif.solet absolutio talis censuræ delegari Ordinario loci; posset dubitari, an ab eo possit subdelegari. de quo vide sup.c.2.nu.49.

106 A mediocri percussione pôt Episcopus absoluere clericos collegialiter viuentes, si forte vnus alterum percussit, sed non ab enormi, *cap.quoniã de vit.& hon.cler.& per Barbo. p.2.all.41.n.16.* sic ẽt Religiosi in claustro degentes à ꝓprio Superiore, *cap. monachi de sẽt. exco.cap.Religiosi, eod.tit.in 6. & notant Sayr.d.l.3.c.28.n.10. Tol.l.1.c.33.n.7.& alij.*

107 Sunt deniq. varij casus, in quib. à mediocri, & ab enormi etiam percussione absoluere potest Eps. Præcipuè pueros ante annos pubertatis, seu annos 14. *cap.super codẽ, de sent. excom.* ẽt si absoluendi essent post annos pubertatis ab excõicatione, tamen contracta ante pubertatem, *cap.vlt.eod. tit.* Secũdo, mulieres cuiuscũq. ætatis, & conditionis, *cap.mulieres eod.tit.* Tertio, moniales, *cap.de monial.eod.tit.* Quarto, impotens ad iter, vt cæci, claudi, senes, & similes, *cap.ea noscitur, & cap. quamuis eod. tit.* Quinto, pauperes, maxime, ꝙ

108 iter agendo arte sua vti nequeunt, & essent astricti mendicare; nam nõ tenerẽtur cum verecundia quærere victum in itinere, *cap.quod de his, de sent. excom.* vel alias iudicis arbitrio pauperes iudicarẽtur, vt notat *D.Ric.dec.190.p.4.* ac ẽt non-

109 nullos alios, vt per *Sayr.d.c. 28.à n.10.Suar.disp.22.sect.1. à n.61.Tol.l.1.c.33.à n.4.Car. de Grass.eff.9.à nu.153.Peregr. tract.de duell.q.37.n.12.Bonac. de cens disp.2.q.4.pu.5 n.5 Bel lect.p.1.disq.cler.tit.de fauore cler.canon.§.3.fol.189. & Ric. p.1.dec.156. & d.p.4. dec.227.* vbi ꝓcipuè refert, quod Cur. Arch.Neap.censuit.de filiofamil. vt si sit infra pubertatem esse absoluendum ab Episcopo, si verò esset pubes, debere mitti ad Curiam.

110

110 Est tamen obseruandum, quod Eps posset absoluere quoscũq; sibi subditos ab excõicatione, etiã propter enormem percussionẽ, modo delictum sit occultum, & non sit deductum ad forum contentiosum. ex decreto S.C.T. *sess. 24. c. 6.* & diximus supra c. 4. n. 154. & notant *Suar. de censur. disp. 44. sect. 2. Tol. d. c. 33. n. 14 ConincK to. 2. d. 8. d. 8. Bonac. de cens. disp. 2. q. 4. pu. 5. n. 4. & alij.*

111 Deniq. est obseruandum, quod regulariter percussor clerici, antequã absoluatur, debet satisfacere clerico, *Cap. Parrochianos, Cap. ea noscitur, Cap. quamuis, de sent. excom. in 6. & per Sayr. li. 6 c. 6.* Quæ satisfactio consistit, vt vltra damna, existimetur iniuria, & satisfiat clerico in pecunia, *Cap. olim, de iniur. & damn. & per Abb. in d. c. ea noscitur.* & iniuriatus dicit, quod vellet potius tantum de suo perdidisse, quam pati hãc iniuriam, & iudex postea taxabit, secundum qualitatem, & quantitatem iniuriæ & personæ, *Cap. quod fieri 3. q. 3. Spec. de iniur. §. 1. & alij.*

112 Quando vero fuisset percussus monachus, non sufficeret satisfacere dicto Monacho; sed esset necesse satisfieri Abbati, & toti monasterio. cum iniuria facta monacho, cẽseatur facta Abbati, & toti monasterio. *l. in personam, & ibi DD. ff. de pact.* & in facti contingentia sic fuit resolutum in Cur. Arc. Neap. vt fatetur *Ric. p. 3. de. 34* posset tamẽ Abbas remittere

113 iniuriam factam monacho, etiam ipso ignorante, vel inuito, vt refert *Gom. in 3. to. var. resol. c. 6. de iniur. nu. 6. ex communi DD. sententia*, quem etiã citat *Surd. de. 89. nu. 12.* cum ꝑ

114 iniuria facta monacho competat actio quærelandi Abbati, ẽt proprio nomine, *l. iniuriarum actio, & ibi gl. & Scrib. C. de iniur.*

Quod si excõmunicatus ad effectum obtinẽdi absolutionẽ in

115 foro cõtentioso satisfacere non posset, debet saltem fideiussoriam cautionem præstare de satisfaciẽdo, quãdo poterit. *Cap. ex parte, de verb. sign. Cap solet, de sent. excom. in 6. gl. in Clem 2. de hæret. Ric. p. 3. dec. 198. Anto. Diana p. 1. tr. 11. res. 24. Barthol. à S. Fausto de indulg. & iubil. lib. 4. q. 103. Pau. Layman. lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 6. n. 8. & per Nau. c. 26, n. 7.* vbi etiam addit, eum dici non posse satis-

116 facere, qui non põt commode, vt quia non põt satisfacere, nisi notabiliter vilius vendẽdo bona sua, & põt differre satisfactionem absque magno damno alieno, vt per eum. & alios, apud Dian. cit.

TRA-

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. VII.

De Priuilegio fori.

SVMMARIVM.

1 *Quo iure clerici sint exempti à iurisdictione iudicis laici.*

2 *Vtrum possint cum iuramēto, fori priuilegio renunciare.*

3 *Et an cum consensu Episcopi.*

4 *An eligere iudicem secularem tanquam arbitrum.*

Clericus, qui confessus est se esse laicum, an frui debeat hoc priuilegio.

Clericatus quomodo probetur.

5 *Quæ sint requisita, quæ ex dispositione S.C.T. concurrere debent in clericis hoc priuilegio gaudere volentibus. & quid de iure communi.*

6 *An gaudeat clericus in minoribus si tonsuram nō deferat ex eo, quia caput rasum sit præ caluicie.*

7 *An clericus, qui ob paupertatē, vel alia iusta causa habitum non gestaret.*

8 *An clericus incedens sine habitu, & tonsura.*

9 *An requiratur trina monitio, ad hoc, vt cler. incedens sine habitu, & tonsura amittat priuilegium clericale.*

Dimittens habitum, an possit illum reassumere sine licentia, & gaudeat priuil.

An Episcopus possit dare licentiam cler. irregul. reassumendi habitum.

10 *Vtrum gaudeat, si tempore delicti, vel captura careat tonsura.*

11 *Si clericus seruitium diuinum non continuatum, sed interpellatum præstiterit, an gaudeat.*

12 *Et quid si bis, vel ter tantum inseruierit ecclesiæ.*

13 *An inseruiens alteri ecclesiæ, quam illi, cui fuit adscriptus, gaudeat.*

14 *Vtrum necessario debeat clericus esse adscriptus, ecclesiæ, vt gaudeat.*

15 *An clerici Græci gaudeant fori priuileg. si ecclesiæ non inseruiant.*

16 *An cleric. habēs solum titulum sine possess. benef. gaudeat.*

17 *Num sufficiat solus titulus beneficij, absque redditibus, vt gaudeat.*

37 *Vtrum clericus coniugatus, qui post commissum delictum tempore, quo omnia requisita habebat, vt fori priuileg. frueretur, effectus sit bigamus, gaudeat.*

38 *Vel si post commissum delictũ, vxorem ducat.*

39 *An clericus in sacris dispensatus à Papa ad nuptias contrahendas, gaudeat priuileg. cler.*

40 *Refertur decretum Sac. Congr. circa Diaconos seluaticos, an & quando gaudeãt priuileg. cler.*

41 *Regulares professi, conuersi, & nouitij, vtriusque sexus, fori priuil. gaudent.*

42 *An, & quando eo gaudeant fratres, & sorores tertij Ordinis.*

43 *An oblati alicuius monasterij.*

44 *An Eremitæ.*

45 *An hospitalarij.*

46 *Milites S. Ioannis, Diui Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, gaudent fori priuil.*

48 *An milites S. Stephani, S. Lazari, & similes.*

49 *An familiares Episcopi.*

50 *Quis dicatur familiaris, vt hoc priuil. gaudeat, ac ad ordines vti triennalis familiaris possit promoueri, & nu. 52.*

51 *An sufficiat habere literas familiaritatis.*

53 *An sufficiat triennium ceptum antequam dominus sit factus Episcopus.*

An consanguineus Episcopi cõuiuens eius expensis.

54 *An Magister actorũ Episcopi.*

55 *An familia Vicarij Episc. gaudeat fori priuil.*

55 *An Nuntij, & alij Notarij, & officiales Epis.*

57 *An familia, & serui clericorũ.*

Conductores bonorum ecclesiast. an possint conueniri coram ecclesiast.

Emphyteota eccl. coram quo debeat conueniri ad censum soluendum, vel ad relaxationem rei sub prætextu caducitatis.

In quibus casibus clerici gaudeant, vel ne, priuil. fori.

58 *Si lite cepta contra laicũ apud iudicem secularem laicus moriatur, clerico relicto hærede, an idem iudex possit procedere, an vero clericus hæres possit forum declinare.*

59 *Iudex laicus an cognoscat de causa coram eo incboata, antequam quis esset factus clericus.*

Et quid si instantia esset perempta, & insufflaretur spiritus vitæ.

60 *An clericus hæres laici possit cõueniri coram iudice laico.*

An clericus teneatur, vltra vires hæreditarias si non confecerit inuentarium.

61 *An clericus possit reconueniri coram iudice laico.*

62 *Vtrum possit reconueniri corã delegato.*

91

crimen læsæ Maiestatis.
16 *Clericus pro delicto falsæ monetæ, à quo cognoscendus.*
Refertur Bulla S.D.N. Vrbani Papæ VIII. edita contra monetarios.

SEptimum Clericorum Priuilegium est, exemptio à iurisdictione iudicis laici, tam in spiritualibus, quam in temporalib. ita vt coram eo nullo modo conueniri possint: sed tantum corã iudice ecclesiastico. Quã exemptionem habent, & consequuntur clerici non solum
1 iure ciuili, & canonico: sed etiã de iure diuino, iuxta probabiliorem DD. opinionem, *Siluest. verb. immunitas* 1. *q.* 4. *Ambro. de immun. eccl. c.* 16. *Farin. de inquis. q.* 8. *n.* 2. *Azor.* 1. *p. lib.* 5. *c.* 12. *quæst.* 1. *& aliorum apud Bonaci. de legib. disp.* 10. *q.* 2. *pu.* 1. §. 1. *n.* 3. *& Car. de Graff. de effect. cler. eff.* 1. *n* 4. Cui exemptionis priuilegio, neq. cum
2 iuramento poterit renunciari; cum sit introductum in fauoré totius ordinis clericalis, *Cap. si diligenti, de foro comp. & notãt Farin. loc. cit. Molf. ad Consuet. Neap. p.* 2. *q.* 7. *n.* 21. *Clar.* §. *fi. q.* 36. *Campanil. in diuer. rub. de priuil. cler. c.* 2. *& in rit.* 37. *Cur. Arch. Neapol. n.* 13. *& alij apud Ant. Dian. pa.* 1. *resol. mor. tr.* 2. *res.* 3.

3 An autem clerici, saltem de consensu Episcopi, possint cõsentire, vt à laico iudice iudicentur, & puniantur.

Et dicendum est, neque de cõsensu episcopi hoc posse; cum .n. Episcopus non possit iuri communi derogare; sequitur clericum non posse in laicum iudicem consentire, etiam si consentiat de cõsensu episcopi. ita *Sigism. Scac. de iud. caus. crimin. c.* 11. *n.* 38. *Iaco. Sbro. de off. Vic. l.* 2 *q.* 203. *n.* 4. *Farin. de inquis. d. q.* 8. *n.* 13. *Ambrosin. de immu. eccl. c.* 16. *nu.* 11. *& Ric. in prax. aurea var. resol.* 486. *nu.* 2.

4 Posset tamen clericus eligere secularem iudicem tãquam arbitrum in causa ciuili, & tẽporali, in qua illi parere teneatur; nam hoc de iure minime prohibitum est, vt tradunt *Salon.* 2. 2. *q.* 67. *ar.* 1. *controu.* 2. *Bonac. de legib. & præcep. decal. disp.* 10. *q.* 2. *pu.* 1. §. 3. *n.* 5. *Clau. Reg. li.* 12. *c.* 7. *n.* 10. *& Carol. de Graff. de eff. cler. eff.* 1. *num.* 933. Sed si clericus in dicto casu nolit stare sententiæ, non potest iudex laicus illum per se cogere, vt docent *Less. l.* 2. *c.* 29. *dub.* 6. *n.* 52. *& Ant. Dian. tr.* 2. *resol.* 106.

In causa vero spirituali, laicus nõ solum non potest esse iudex, verum neq. arbiter, *Cap. cõtingit, de arbitr. Farin. de inquis. d. q.* 8. *nu.* 24. vbi de cõmuni testatur,

&

& sequitur *Car. de Graff. d. eff.* 1. *n.* 409. *&* 860. *&* 933. Qui hoc limitat cum alijs Scrib. duobus modis. Primo, quando compromitteretur in laicum, non vti arbitrum, sed vti arbitratorem. Secundo, quando fieret compromissum in laicum, & clericum simul, de licentia episcopi, per *tex. & ibi glo. in cap. per tuas, de arbitr.* quod etiam tradit *Paul. Layman. li.* 3. *theol. moral. tr.* 6. *c.* 1. *nu.* 3.

Vtrum vero clericus, qui confessus esset coram ecclesiastico se esse laicum, & postea de mendacio conuinceretur, sibi praeiudicet, itaut frui non debeat fori priuil.

Foller. in prax. 1. *par.* 3. *p. vers. & confitebuntur num.* 122. docet quod nequaquam sibi praeiudicat; idemq. tenent *Guid. Papa in sing.* 537. *Girond. Hisp. in tract. de expli. priuil. q.* 183. *Nouar. singul.* 95. *par.* 1. & in facti contingentia ita censuit Cur. Arch. Neap. vt testatur *D. Ric. decis. d. Cur. Arch. p.* 4. *de.* 9.

Quomodo autem probetur clericatus, si clericus delinquens diceret, se non esse clericum. vide quae tradunt *Farin. de inquis. d. q.* 8. *n.* 38. *Mascar. to.* 1. *conclus.* 302. *Ric. p.* 3. *dec.* 157. *& alij*, *praeter notata supra c.* 4. *n.* 16.

His sic praemissis, vt huius fori priuilegij necessaria pateant, de infrascriptis compendiose verba faciemus, scilicet.

De requisitis, quae praecipue ex decreto S.C.T. *sess.* 23. *c.* 6. *de reform.* debent concurrere in clericis, hoc priuil. gaudere volentibus. Addita resolutione nonnullorũ dubiorum. à nu. 5.

Item de iis, qui hoc fori priuileg. gaudent, vel ne, à nu. 26.

Tandem diuersas quaestiones in praxi frequentiores, breuibus verbis discutiemus, in quibus iura, & auctoritates, praesertim recentiorum afferemus; An clerici gaudere debeant, vel ne, hoc priuil. à nu. 58.

PRIMA DVBITATIO.

5 QVae sint requisita, q̃ concurrere debent in clericis, hoc priuilegio gaudere volentibus.

Respon. quod ex decreto S.C.T. *sess.* 23. *c.* 6. *de refor.* in clericis in minoribus ordinibus constitutis, hoc fori priuil. gaudere volentibus. Requiritur, vt beneficium ecclesiasticum habeant; aut clericalem habitum, & tõsuram deferentes, de mandato Episcopi alicui ecclesiae inseruiant; vel in seminario clericorum, aut aliqua schola literaria, ipsius episcopi praecepto, ad maiores ordines anhelantes, versentur. Sed de iure cõi canonico, ex solo clericatu, ẽt

absq.

absq; delatione habitus,& ton surę, quis fori priuil.gauderet, vt notant *de Ponte tom.1.consf. 24.n.27.& 2.to.consf.36.nu.16. & Barbos.de off.& pot.epis.p 2. all.12.nu.21. Quamuis Bertach. in repert.verb.clericus incidens, quem refert,& sequitur Car.de Graff.eff.1.n.1168.* dicat, quod ex iuris canonici dispositione, requiritur,ad hoc,vt quis gaudeat hoc fori priuilegio,vt habitum,& tonsuram deferat, & solum, vt inseruiat alicui ecclesiæ est introductum ex dispositione S.C.T.

Quæ licentia, & mandatum per episcopum sufficit, vt sit oretenus,quamuis debeat esse expresse, *D.Ric. in prax.fori eccl. resol.525.& par.4.dec.111.Cened.canon.quæst. c.24. Barbosa d.alleg.12.n.14.* & ita declarauit Sacra Congr. vt idem *Ric.* testatur.

6 Sed quæritur primo,si clericus in minoribus constitutus, tonsuram non deferat, ex eo, quia caput rasum sit præ caluicie, aut propter aliam infirmitatem, an gaudeat hoc priuilegio.

Et dicendum est gaudere. Quia nemo ad impossibile obligatur. ita *Farin.de inquis. q. 8. n.67.Sanch.de matr.lib.7. disp. 46.n.9.& alij.* & hoc intelligitur, etiam de clerico coniugato,si alijs requisitis nō careat; vt per *Cāpanil.in ritu 37.Cur. Arch.Neap.n.14.*

Secundo quęritur,an gaudeat clericus,qui ob paupertatem habitum gestare non valeret,aut ob aliam iustam causam. 7

Resp.affirmatiue,ex *tex.in cap.clerici,de vit.& honest.cler.& tradunt Decian.in tract.crim. p.1. li.4.c.9.Vgol.de off.epis.c.12. n. 3.Barbos.p.2.all.9.n.16.D.Ric. p.4.de.154.n.5.& alij.*

8 Tertio quæritur,an clericus in minoribus incedens sine habitu, & tonsura, gaudeat hoc fori priuil.

Et nequaquam gaudere dicendū est, iuxta decretum S. C. T. d. *sess.23.c.6.de refor.* etiam si nulla præcedat sui Episcopi monitio ad habitum reassumēdum, sicut censuit Sacra Congr. vt tradunt *D.Prosp. de August.ad Quaran verb.habitus clericalis, Bellect.disquis.cler.tit.de fauor. cler.person.§.8.n.7. & Barbosa d.p.2.alleg.19.* nam per d.Sac. Conc. fuit derogatum iuri cōi Sac.Canon.p quod requirebatur trina monitio iudicis ecclesiastici ad amittendum Priuile-
9 gium fori in casu prędicto,iux. *tex.in cap.in audientia, & cap. cum contingit, de sent excomm.* Quod intelligi debet, quando continuo incederet in habitu laicali, itaut publicè existimetur laicus, vt fatentur *Farina. nu.64.Ric.par.4.de.154. & alij* apud

apud Bonacin.de legib.disp. 10. *q.2.pu.*1.*§.*4.*num.*15.

10 Ex dictis sequitur, quod carens tonsura, vel habitu clericali tempore delicti, vel captura non ammittit hoc fori Priuileg. si alias erat solitus deferre, prout fuit decisum in S. Conf. Neap. vt tradit *Erudit. tiss. D. Reg. Tapia in const. de pers. num.* 37. & *per Ricc. in prax. fori eccl. resol.* 530. *Genuens. cap.*9.*Car. Grassis eff.* 1. *num.*910.& *Paul. Layman. l.*4 *tr.*9 *cap.*6.*num.*2.

An autem clericus, qui dimisit habitum clericalem, possit illum reassumere, absque licentia Episcopi, & gaudeat Priuilegijs cleric. Dictum est in praeced. cap. 6. num. 19.

Vtrũ vero Episcopus possit dare licentiam clerico irregulari reassumendi habitum clericalẽ relictum tempore matrimonij, ab eo, contracti.

Et posse, dicendum est, cum *Ricc. par.*3.*decis.*235.ex eo, qnia delatio habitus nõ est actus ordinis, sed quid facti.

11 Quarto queritur, si clericus seruitium diuinum non continuatum, sed aliquo necessario impedimento, interpellatum praestiterit, an gaudeat.

Dico, gaudere, prout Sacra Congregatio declarauit, nam verba ciuili modo intelligenda sunt, *l. si cui, ff. de seruitutibus,* & continuò, quid fieri dicitur, quod pro maiori parte temporis fit. *Abb. & Felin. in proem. decretal. ita Genuens. & Prosp. de august. loc. cit. & alij.*

12 An autem clericus fori priuilegio gaudere debeat si bis, vel ter tantumodo inseruierit Ecclesiae, & postea destiterit.

In hoc casu *Menoch. cons.*912. *n.* 21. *Cened. lib.*1.*pract.q.*4. *nu.* 25.& *Ricc. par.*4.*decis.*111.*nu.* 5.*quibus accedit Bonaci. cit. nu.* 13. censent non gaudere, nam verbum, inseruiat Ecclesiae, quo S.C.T. vtitur non videtur importare seruitium, vt plurimum intermissum, sed potius moralem perseuerantiam, saltem pro maiori parte, vt dictũ est. *Galett. Margar. casuum conscientiae verbo clericus. pag.* 42.*col.*2.*Barbosa p.*2. *alleg.*12. *num.*14.& *Bonaci. cit. loc. Car. de Grassis eff.* 1. *num.*1183. & *alij.*

Quinto quaeritur, an clericus inseruiens alteri Ecclesiae, quam
13 illi, cui fuit adscriptus; vel deseruiens capellae existenti in Ecclesia, quae ab Episcopo cõfraternitati laicorum, pro oratorio esset assignata, gaudeat hoc fori priuilegio.

Et gaudere fatendum est, ex declaratione Sacrę Congreg. vt testantur *Genuens. & Prosp. de august. cit. loc. Ricciull. tract. de iur. person. lib.*2.*cap.*6.*nu.* 15.

Anton. Dian. p. 1. resol. mor. tract. 2. resol. 34. fol. 40. et Ricc. par. 4 decis. 111. & 154. vbi ita decisum refert etiam in Curia Arch. Neap. Inferens ex hoc, hodie adscriptionem in Eccle-
14 sia de mandato Episcopi non esse necessariam: sed sufficere, quod realiter fiat seruitium in diuinis, cum ad id S. C. T. habuerit mētem, & sic obtinuisse in M. C. V. Neap. testatur *Nouar. in opusc. Pract. concl. iuris Pontif. conclus. 6. num. 5. de foro competenti*. Quamuis aliter sentire videatur *Car. de Grassis eff. 1. num. 1170.*

15 Sextò quæritur, an clerici coniugati oriētales, quos græcos appellamus, si Ecclesiæ nō inseruiant, iux. Decr. S.C.T. gaudeant hoc fori Priuil.

Affirmatiuè secundum *Camil. de curte in diuers. iur. feud. p. 2. ca. 2 num. 90. & Carol. de Grassis eff. 1. num. 82.*

16 Septimò quæritur, an clericus habens titulum beneficij absque possessione, fori Priuilegio gaudeat, iuxta præfatam conciliarem dispositionēm.

Farinac. de inquis. d. q. 8. num. 45. Clar. §. fin. q. 36. num. 18. Mascard. de prob. concl. 302. et alij. probabiliter censent nō gaudere, nisi adeptus fuerit beneficij possessionem.

Contrarium tamen, scilicet, obtinentem collationem beneficij, etiam ante adeptam possessionem, fori priuileg. potiri, probabilius est: modo collatio valida fuerit, cum habeat ius ad beneficium, & titulum beneficij. ita *Gigas. de pens. q. 94. num. 12. Cened. pract. q. lib. 1. q. 4. num. 22. Paris. de resig. lib. 7. q. 1. num. 47. Bonaci. de leg. disp. 10. q. 2. pu. 1. §. 4. num. 12. Garcia p. 2. cap. 2. num. 14. Ricc. in prax. fori eccl. resol. 329 & par. 2. decis. 188. & par. 4. decis. 128 & alij apud Barbos. par. 2. alleg. 12. & Antonin. Dianam resol. mor. par. 1. tract. 3. resol. 29.*

17 Vtrum verò sufficiat possidere solum titulum beneficij, absque redditibus.

Et sufficere dicendum est, cum redditus, non sint de essentia beneficij vt tradunt *Couar. 3. variar. cap. 16. Genuens. d. cap. 7 num. 10. Diana cit. resol. 29. & Ricc. d. p. 2. decis. 189. & par. 4. decis. 128.*

18 Octauo quæritur, an sufficiat habere capellaniam, vt quis hoc priuil. possit gaudere.

Resp. affirmatiuè, si capellania fuerit collatiua, & in perpetuū titulum conferatur. Quia est beneficium Ecclesiasticum. *glo. communiter recepta in clem. fin. de decimis, & in extr. execrabilis, verbo, quæ alias, de prebend.* Non tamen veniret

ap-

appellatione beneficij capellania, si non esset collatiua, nec in perpetuum, vt post alios tradit *Ricc. in ritu 37. cur. Arch. Neap.*

19 Nono quæritur, quid de clerico, qui Neapoli habet fratãtiam pro comitandis cadaueribus defunctorũ, an gaudeat. Et gaudere dicẽdum est, quia est beneficium ecclesiasticum, & habet requisita essentialia beneficij, & sufficit, etiã, quod sit modici valoris. *ita Genuens. cit. num. 9. Ricc. d. resol. 329. & in collect. decis. 540. Barbos. d. p. 2. all. 12. n. 11. & alij.*

20 Decimò quæritur, an clericus habens pensionem solitã concedi clericis, gaudeat fori Priuileg. tanquam beneficiatus.

Gigas, de pens. q. 28. n. 18. & Salzedo ad Diaz cap. 62. num. 10. dicunt fori priuileg. gaudere, & ita fuisse in supremo Regio Consilio iudicatum, refert *Salzedo.* ex eo, quia in materia fauorabili cõprehenditur pensio appellatione beneficij, & ita etiam testatur *De Ponte 1. to. cons. 24. num. 33. & 2. to. cons. 36. num. 24.*

Nihilominus, ꝙ talis clericus, si non incedat in habitu, & tonsura minime gaudeat fori Priuil. tradunt, *Paris. de resign. lib. 1. q. 11. num. 70. Garcia p. 1. ca. 5. num. 70. Genuens. d. cap. 7. nu. 7. Car. de Grassis eff. 1. n. 1206. Bonac. de legib. disp. 10. quæst. 2 pu. 1. §. 4. num. 11. Ricc. prax. aur. var. res. 470. & par. 2. decis. 191. Gonsalez ad Regul. 8. cãc. glo. 5. §. 5. nu. 6. & Bellect. par. 1. disquis. cler. fol. 249. num. 11.* Qui hoc intelligit de pensionarijs non excedentibus pensionem sexaginta ducatorum auri de Camera, iuxta Bullam Sixti V. relatam supra cap. 5. num. 11. de qua etiam per *Ric. par. 4. decis. 154.*

Supradictas tamẽ opiniones cõciliare nititur *Marcus Antonius Cuchus lib. 5. tit. 8. nu. 17. quem etiã refert Antonin. Diana par. 1. tract. 2. resol. 30.* dicẽs quod si clericus habet pensionem loco tituli beneficij, reputatur, vt beneficiatus, & per consequens gaudebit fori priuil. secus autem, minimè gaudebit.

21 Vndecimo quæritur, An habens coadiutoriam à Papa concessam, gaudeat hoc priuilegio.

Resp. affirmatiuè, nam, & iste beneficiatus appellatur, sic *Garcia par. 4. cap. 5. num. 98. & Armendariz in add. ad recopil. leg. Nauar. lib. 2. tit. 15. num. 26. de foro compet. Barbos. d. alleg. 12. num. 4. & alij.*

22 Duodecimo quæritur, si clericus, qui obtinuit beneficium, non poterat illud obti-

nere, quia erat illegitimus, vel irregularis, & de facto, reperitur in possessione beneficij; an gaudeat fori priuilegio.

Et gaudere fatendum est; prout in facti contingentia fuisse seruatum in M.C. Vicariæ, testatur *De Franchis decis. 189. & tradunt Car. de Graffis effectu primo num. 340. & 1194. Mascard. de probat. concl. 302. num. 20. & alij relati per Io. Bap. de Thoro in compen. decis. Neap. verbo clericus, fol. 94.*

Etidem dicendum esset, si de facto reperitur ordinatus, qui erat impeditus clericatum assumere, ex quo erat illegitimus, cum huiusmodi defectus non impediat, quin character imprimatur, sed suspēdit exequutionem ordinum, vt per *Doct. cit.*

23 Decimo tertio quæritur, an clericus in ordin. minor. constitutus habens beneficiū, sed minime deferens habitum, & tonsuram, nec alicui Ecclesiæ deseruiat, gaudeat fori Priuilegio.

Resp. gaudere, cum decretum S.C.T. *sess. 23. c. 6. de refor.* alternatiuè loquatur, ibi, nisi benecium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferat inseruiens de mandato episc. alicui Ecclesię. ita docent *De Ponte lib. 1. cons. 24. Bobadilla in Polit. to. 1. lib. 2. cap 18. num. 102. Car. de Graffis eff. 1. n. 340. & 1195. Barbos. par. 2. all. 12. Ricc. par. 4. decis. 357. Bellect. disq. cler. tit. de fauor. cler. pers. §. 8. num. 7. Bonacina de legib. disp. 10. q. 2. pu 1. §. 4. num. 10. Paul. Layman. lib. 4. tr. 9. cap. 6. num. 2. Genuens. cap. 7. num. 7. & Ant. Diana p. 1. res. mor. tr. 2. resol. 28.* Quod etiam procedere fatetur *Garc. par. 2. c. 2. n. 5.* stāte hodie const. 30. Sixti V. de habitu, & tonsura, dum de facto non est priuatus, sed retinet beneficium.

24 Decimo quarto quæritur, An clericus carens requisitis præscriptis in S.C.T. *d. sess. 23. cap. 6.* & proinde non gaudeat fori Priuil. possit subijci non tantum foro laicali, sed etiam foro ecclesiastico.

Et fatendum est, quod licet in tali casu non possit declinare forum iudicis laici, vt colligitur ex dicto decr. S.C.T. attamen est citra controuersiam, vt possit episcopus contra dictum clericum delinquentem procedere, eumque punire, nec istud decretū obstat episcopo, quo miuus iure suo vti possit in huiusmodi clericos delinquentes si ad huc clerici permanēt, ex quo ecclesia nō abdicauit à se ius cognoscendi de criminibus clericorum, & ita censuit Sacr. Congreg.

vt testatur *Ric. in prax.for.eccles.resol.531. & sequitur Bonaci.de legib.disp.10.q.2.pu.1. §.4.n.19.*

25 Decimoquinto quæritur, an clericus, q aliqua de causa amittit canonis priu.l.amittat etiam fori priuil.

Et minime amittere fori priuil. tradunt *Comitol. Resp.moral. li.6.q.20.nu.2.Gonf.ad regu.8. glo.5.§.5.Moli. tra.3. disp.49. nu.3.Bonaci.de legib.disp.10.q. 2.pu.1.§.4.n 20.Ric.prax.for. eccl.resol.531.ConincK disp.14 du.15.n.160.& alij.* cum possit vnum priuil. amitti, altero retento ex prædictis duobus priuilegijs. tum quia à diuersis non fit illatio, *l.Papinian. ff.de mino.*; tum etiam,quia priuatio priuilegiorum, quæ clericis concessa sunt in fauorem libertatis, est pænalis, & consequenter odiosa, & proinde nō extendenda, *Cap.odia de reg.iur.in 6. quamuis Suar. lib.4.d.fen.fid.c.27 n.24. cum alijs*, probabiliter fateatur, clericum,qui non habet requisita ad fori priuil.iux.decretū antedictum S.C.T. minime gaudere canon.priuil.vt dictū est supra cap.præced. nu.11.

Ad quem autem Iudicem spectet decidere, in dubio, an qs sit clericus,vel ne. & quando gaudere debeat, vel ne priuilegijs clericalibus,& de similibus. vide *Camil.de Curt. in diuers. seu comprehens.iur.feu. p.2.c.2.n.116.Caro.de Graff.de effect.cler.eff.1.à n.1257. Doct. in Cap.si iudex laicus, de sent. excomm.in 6.& in c.1.de Cler. coniug.eod.lib.6. & per P.Antonin.Diana p.1. resol.moral. tr.2.resol.27. vbi cum alijs docet,spectare ad ecclesiasticum.*

SECVNDA DVBITATIO.

26 QVi hoc fori Priuilegio gaudeant,vel ne.

Pro solutione præter hactenus allata. Dico primo cum communi sententia, hoc priuilegio potiri omnes clericos, & primæ tonsuræ,concurrentib. requisitis S.C.T. de quibus supra nu.5.& etiam clericos cōiugatos cum vnica,& virgine, si deferant habitū,& tonsurā, & alicui ecclesiæ inseruiant ex mandato episcopi, *Cap.vnico, de cler.coniug.in 6. & in d.c.6. Triden.sess.23.* vt diximus de canonis priuil.in cap.præced. nu.3.& per *Suar.lib.de defens. fidei cath.lib.4.c.28.*

Clericos quoque excōicatos,suspensos,interdictos,aut depositos verbaliter tantum,vel ir regulares,vt per *Abb.&Scrib. in cap.cum non ab homine,de iud. & tradunt Car. de Graff. eff.1.nu.525. 537.& 641. Ric. in prax.aur. var.resol.355. &* 438.

438. & p.3. dec.315. & Barbos. p.2. all.9. n.18.

Sed quid dicendum sit de clerico schismatico, vel hæretico. vide *Bertac. in tract. de episc. p.5. li.4. n.95. in 13. to. tract. diuers. p.2. fol.353. & Car. de Grass. num. 1012. & 1255.*

27 An autẽ clericus coniugatus gaudeat hoc fori priuileg. nõ solum in criminalibus, sed etiam in ciuilib.

Nonnulli existimant, in criminalibus, eo priuilegio gaudere tantum, siue ciuiliter, siue criminaliter, pro crimine agatur; non tamen gaudere in mere ciuilibus, vt esset pro debito pecuniario. ita *Io. And. & alij, quos refert, & sequitur Couar. pract. quæs. c.31. nu.6. Farin. de inquis. q.8. n.7. & alij,* quorum opin. cõem dicit *Soc. in c.1. de for. comp. & sequitur D. Reg. Tap. March. Belmon. lib.1. de iure regn. fol.34.* & mouentur ex *tex. in cap. vnico, de cler. cõiug. in 6. vers. in cæteris.* vbi vltra priuilegium canonis, & fori in criminalibus, in cæteris rebus, & actionibus non gaudent clerici coniugati priuilegio clericali; & licet tex. etiã loquatur de causis ciuilibus, hoc intelligendum esse dicũt, respectu capturæ personæ; secus vero si mere ciuiliter agatur sine carceratione, prout fuit resolutum in *Capell. Thol. dec.184. & per Fran. Marc. dec.319. p.2. & Barbos. de pot. episc. p.2. all.12. n.25.*

Ipse vero cũ Arch. & Phil. Fran. in d. c. vnico, Cępol. in cons. crimin.10. vers. super tertio, & alijs, existimo non solum in criminalibus, sed etiam in causis ciuilibus, vbi nullus est timor incarcerationis, gaudere foro priuil. Quorum sententia verior est, & communior, vt fatentur *Lap. alleg.118. & Car. de Grass. eff.1. n.181.* qui testantur, quod ita seruataur in Curia Romana. Pro qua sententia ponderantur verba *tex. in d. c. vnico, ibi: Neque ab ipsis iudicibus secularibus debere personaliter, vel pecunialiter nullatenus condemnari.* verbum enim *nullatenus,* excludit omnem iurisdictionem contra clericos coniugatos, dummodo seruẽt requisita illius tex. vt per *DD. apud D. Ric. par.4. de.320.* & hanc opinionem in nostro Regno Neap. indistincte, & sine dubio receptam esse tradunt *Camil. Borrel. in Spec. Princ. rub 11. §. videamus in lit. A. quem etiam refert, & sequitur idem Ric. p.3. dec.170. & tenent Duar. in Bulla Cęnæ lib.2. can.15. q.4. coll.3. n.12. & Ant. Diana p.1. tr.2. res.50.*

Est tamen obseruandum, quod liquidatio instrumenti, cum sapiat criminalitatem, respectu

ctu periurij, & aliorum, quæ
28 criminalitatem inducunt, secundum *Affli. dec.64. Præs.de Franch.dec.162.& 171. Frec. de præsent.instr.p.6.& Carau. in rit.100.n.109.* ideo etiam secundum priorem opinionẽ, instrumentum, contra tales clericos coniugatos, non posset liquidari, nisi in foro ecclesiastico, *Ric.d.p.3.dec.170. per Nouar.foren.quæst.lib.1.q.79. & Capobl.in pragm.Regni 8.de Baron.in 2.repet.n.58.*

Quæ autem dicatur causa criminalis, & quæ ciuilis ad effectũ supradictum, multipliter DD. scripserunt, quorum opiniones nouissime refert *Ric.de.58 p.4.*

Vtrum vero clericus coniugatus possit cogi ad subeunda munera Vniuersitatis.

Affirmant *glo.& alij in d.c.vnico ver.cæteris, Abb.in cap.ex parte, de cler.coniug.Guid.Pap.decis.384.cum alijs relatis per D. Ric.d.p.3.dec.170.* vbi testatur sic fuisse conclusum in Curia Arch. Neap.

De clerico in minoribus ordinato à non suo episcopo sine li-
29 teris dimissoriis, vel cum falsis dimissoriis, an gaudere fori priuil. dicendum sit.

Et gaudere refert *Ric. in prax. aur.resol.150. & in prax.fori eccl.resol.256. & tenent Nau. cons.29.de tempor.ordin.Fran. Marcb.dec.175.p.1.& per Borrell. cons.15.* ex quo ordines collati, etiam à non suo episcopo tenent, & ei, cui conferuntur imprimitur character, *Cap.eos, de temp.ord.in 6.Guid. Pap.dec.449.Car.de Graf.eff.5.nu.35.& alij,* quamuis taliter ordinatus non habeat executionem ordinis, *c.1.& 2.dist. 71. & notat Barbos.p.2.all.8. n.17.* ac alias pœnas incurrit, vt patet ex decreto Sac.Congreg.Illustriss.DD.Card.negotiis iurisd.Regni Neapol.Præposit.10.Kal.Iul.1623.

Hodie vero iux.Constit. S.D.N. D.Vrbani Papæ VIII. 11.Decemb.1624. taliter ordinatus minime fori priuil. gaudebit, dicitur enim in dicta Const. *Italos vero, si quos in posterum clericali charactere insigniri, vel ad minores ordines promoueri ab alieno episcopo, cum falsis dimissorijs contigerit, etiam si qualitatibus per Conc. Trid. decretum c.16.sess.23.requisitis præditi sint, nihilominus (sequuta tamen prius desuper iudicis ecclesiastici declaratione) fori priuilegio minime gaudere, sed seculari iurisdictioni, vt antea, plene in omnibus subiacere, & subiectos esse respectiue volumus, &c.*

Clericus autem ordinatus per simoniam, vt etiam notat de *Graff.eff.1.n.665.& eff.5.n.31* gau-

gauderet tali priuil.cum sit vere ordinatus, quamuis ei non detur exequutio ordinis, *Sanctus Th.2.2.q.100.ar.6. Nau. c.23.n.111. & Vgol. de simon. tab.1.c.12.n.5.*

De ordinato quoq. ante legitimam ætatem, idem tradit *Car. de Graff.n.666.* cum iam character sit impressus.

Similiter censet *num. 640. idem Car.de Graff.* eo priuilegio potiri promotum ab Episc. qui erat impeditus ordines conferre, aliquo iuris impedimento. Quod exemplificatur in ordinato ab Episcopo hæretico, excommun. suspenso, degradato, schismatico, deposito, interdicto. Quia tales Episc. possent de facto conferre ordines, licet exequutio ipsorũ ordinum sit suspensa, *Cap.ordinationes 9.q.1. Cap.fin.de ord.ab episc.qui ren.ep.s. & per Iac.de Graff.decis.aur.p.2 lib.1. c.10.n.3.*

Quid autem dicendum sit de clerico incorrigibili: an amittat fori priuileg. absque alia monitione, & declaratione.

Resp. nequaquam amittere fori priuileg. nisi fuerit ter monitus, vt probat *Alterius de cens. to.1.disp.1.lib.2.c.6.* quem refert, & sequitur *Ant. Diana p. 1.tr.1.resol.129.* tum quia nullo iure probatur, per solam incorrigibilitatem amitti clericale priuileg. tum etiam, q̃a in *Cap. cum ab homine de iud.* præscribitur, vt clericus deprehẽsus in furto, homicidio, aut simile crimine deponatur; & si post depositionem adhuc sit incorrigibilis, excommunicetur, & crescente contumacia anathematizetur, idest, solemniter, & cum ceremoniis solitis adhiberi in ferẽdo anathemate. Quod si adhuc fuerit incorrigibilis, inquit tex. comprimatur per secularem potestatem, cum ecclesia non habeat vltra quid faciat. & tunc etiam requiritur sententia declaratoria incorrigibilitatis à iudice ecclesiastico, qui tradat huiusmodi clericum brachio seculari, vt fatentur *Bonacin. de legib. disp.10.q.2.pun.1.§.4. & Car.de Graff.eff.1. nu. 809.* nam in *d.c.cum ab homine*, nõ dicitur, quod iudex secularis possit huiusmodi clericum ad suum Tribunal trahere, sed potius, quod iudex ecclesiasticus postquam deposuit, excõmunicauit, & anathematizauit clericum incorrigibilem, debeat illum per iudicem secularem comprimere. ita *Suar. de cens.disp.22.sect.1.n.9. Ambrosin. de immun.c.17. nu.28. Paul.Layman. lib.1.tr.5.p 2. c.5.n.4. ConincK de sacr.d.14. du.15.n.159. & alij apud Bonaci.cit.loco.*

Tra-

Traditio tamen iudici seculari, sicuti degradatio actualis, non esset facienda, nisi consulto Romano Pontifice, vt aduertit *Diana cit. resol.* 129.

Quando autem clericus dicatur incorrigibilis. Nōnullos casus enumerant *Ric.p.1.dec.87.Barbos.p.3.all.90.nu.14.Boss.in prax.tit.de for.comp.n.152. & Car.de Grass.eff.1.nu.798.* qui præcipuè tradit: Quod incorrigibilis propriè dicitur, qui correctionis suæ, & melioris vitæ nullam spem reliquit. & cū *Decia tract.crim.p.1. lib.4. c.9. nu.130.* dicit, Quod illi dicūtur incorrigibiles, qui paruipendunt, & contemnunt legales pęnas impositas, & mandata suorum iudicum, & deliberate illis reclamantibus volunt delinquere.

32 Sed quid de clerico, qui enormibus se immiscet, An amittat fori priuileg.

De hoc quæsito diuersimode scripserūt Doct. vt est videre apud *Farinac.de inquis.q.8.n.54.Ambrosin.d.c.17.nu.12.clar.§.fi.q.36.n.19.Bonaci.de legib.disp.10 q.2.pu.1.§.1.nu.5. Nauar.de priuil.cons.25.Ant.Dian.d.res.129.Paul.Layman.lib.1. theol. moral.tr.5.p.2 c.5. Ric.in prax. aur.var.resol.172.& alios.* Ipse vero libenter consentio opinioni illorū, qui tradūt, Quod clericus tam in sacris, quam in minoribus constitutus, trina non præcedente monitione, vt desistat ab enormitatibus, nequaquam exuatur fori priuil. propter enormitates, licet in eis perseuerauerit per multum tempus, prout desumitur ex *Cap.perpendimus, Cap.contingit, & Cap.in audientia, de sent. excom.* Quamuis circa clericos in minoribus ordinibus sit seruanda dispositio S.C.T. *sess.23. c.6.de refor.* vt dictum est nu.5. & nu.10. & circa constitutos in sacris, debeat præcedere degradatio actualis, iuxta tradita per *Suar. lib.4.defens.fid.catho. c.27.num.24.& Layman.cit.* & hanc opin. amplectitur *Car.de Grass.eff.1.n.890.* & ab ea non esse recedendum fatetur.

Enormia autem delicta in hac materia dici possunt, per quæ delinquens incurrit infamiam, *Cap.infames 3. q. 7. & tradit Ric.in prax.aur.var.resol.172. nu.3.*

De clerico tandem exercente artem vilem, vt puta, officium cauponis, aut macellarij. Dicēdum est, quod si est in minoribus ordinibus nō coniugatus, & habitum, & tonsuram non defert, vel si est cler.cōiugatus, & per se ipsum publice officiū prædictum exercet, si ter monitus nō desistat, priuatur priuil. clerical. iuxta dispositionem *tex.in clem.1.de vit.& hon.cler.*

licet aliter dicēdum sit, si clericus non coniugatus habitum, & tonsuram deferens, hoc officiū exerceret. ita *Diaz in prac. crim. c.63. Niger in extrauag. de vit. & hon. cler. Paul. Laym. cit. loc. ConincK n.161. Bonaci. d. disp. 10. q.2. pu.1. §.4. num.8. & alij apud Carol. de Graf. eff.1. nu.968. præter Decia. in tract. crim. p.1. lib.4. c.9. n.136.* vbi dicit, quod dispositio *d. clem.1.* non se extendit ad alia similia, & vilia officia, & ad sordida ministeria, vt ad lenones, vel custodes balneorum, & testatur de communi, vt per eum.

Si vero aliquis cler. in minoribus constitutus efficeretur miles, & exerceret arma, & in p̄lijs, & bello se immisceret, amitteret priuileg. clericale. Quamuis si solum adscriberetur militiæ nō amitteret priuil. cler. iuxta tradita per *Innoc. & Abb. quos alij communiter sequuntur, in c. 1. de apostat. & fatentur Car. de Graff. eff.1. nu.664. Ric. par.4. dec.154. & Genuen. in prax. c.7. nu. 4.*

33 An autem, qui post patratum delictum, assumpsit clericatū, gaudeat hoc fori priuil.

Couar. pract. quæst. c.32. & clar. in pract. crim. §. fi. q.36. nu.38. & alij apud Bonac. de legi. disp.10. q.2. pu.1. §.1. n.18. distinctione vtuntur, dicentes, aut suscepit clericatum sine fraude, & gaudere hoc priuilegio, vt cōmuniter tenent Doctores, teste *Placa lib.1. delict. c.35.* aut assumpsit clericatum in fraudē, vt se eximeret à iurisdictione seculari, & tunc gaudere priuilegio, quoad personam, non quoad bona, prout etiam refert *Camill. de Larata cons.105.* quæ distinctio non placet *Genuens. in prax. c.9. num.5.* nam exempta persona clerici, non potest in pecunia, vel alijs rebus molestari, iux. *tex. in cap. vnico, de cler. coniug. in 6.* Qui reddit rationem, ne per vnam viam concedatur ipsis iudicibus, quod per aliam denegatur.

Alij vero probabilius simpliciter docent, talem clericum fori priuil. gaudere. ita *Decian. in tr. crim. p.1. lib.4. c.9. n.60. vbi testatur de communi, Io. Andr. & alij in c.1. de obli. ad ratioc. quos refert etiam de Franch. dec.209. & post eum Genuen. loc. cit. Antonin. Diana p.1. resol. mor. tr.2 resol.26. Car. de Graf. eff.1. num.1074. & Ric. dec.357. p.4. & pro hac sententia facit tex. in l. qui cum vno, §. reus. ff. de re mil.* vbi reus capitalis criminis accusatus, si efficiatur miles non remittitur, sed à iudice militiæ iudicandus est; ergo multo magis id procedere debet in effecto milite cœlestis militiæ.

Vtrum vero gaudeat hoc priuil. cleri-

clericus, qui tempore promotionis erat irregularis.

Resp. affirmatiue secundum *Abb. in cap. cum non ab homine, de iud. Car. de Graff. eff.* 1. *nu.* 526. *Maiol. de irreg. lib.* 4. *c.* 33. *nu.* 1. cum irregularitas non impediat, quin character imprimatur, licet taliter ordinatus non habeat exequutionem ordinis.

34 Sed an vxor legitima clerici Græci, vel Latini in minoribus cōstituti, gaudeat hoc fori priuilegio in casu, quo eius vir, eo gaudet.

Negat *Sanch. de matr. li.* 7. *disp.* 47 *nu.* 3. *quem sequitur Bonacin. de leg. disp.* 1. *q.* 3. *p.* 8. *§.* 2. *n.* 9. ex eo quia hoc priuil. est personale, ratione ordinis.

Contrarium tamen censent *Bellect. qui alios refert p.* 1. *disq. cle. pag.* 280. *nu.* 24. *Car. de Graff. d. eff.* 1. *nu.* 155. *glo. in cap. eos, qui dist.* 32. *Spec. tit. de cler. coniuga. §. vnico nu.* 5. *Abb. in c.* 2. *de for. comp. Silu. excom.* 9. *nu.* 21. *Angel. excom.* 7. *nu.* 8. *& alij apud Sanch. loc. cit. num.* 2. qui hanc opin. probabilem fatetur.

Qua opinione attenta, esset dicēdū, quod hoc priuil. gaudebit vxor durante vita viri, cū sit ꝑsonale, & extinguitur, extincta persona; quamuis *Bellect. cit. loco num.* 25. dicat, quod vxor gaudet priuileg. eius viri, etiam eo mortuo, donec alteri nubat *ex l. filij §.* 1. *ff. ad munici. & per Thessau. quæst. foren. lib.* 1. *q.* 90.

Similiter, si eius vir ex aliqua causa amitteret hoc fori priuileg. illud amitteret eius vxor. ita *Sanch. & alij apud Carol. de Graff. cit. loc. nu.* 185

35 Qui nu. 189. idem fatetur de filijs legitimis, & naturalibus clericorum, *l. omnes. vbi glo. C. de epis. & cler. Bertach. in repet. verb. clerici filius, Specul. in tit. de cler. coniug. vers. & nota, Decian. tract. crim. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *n.* 49. cum pater, & filius vna, eademq. persona reputetur, *l. fi. C. de impub. & alijs subst.*

Idemq. docet *Dec. in cap. cum plenariè num.* 12. *de priuil.* de filijs clericorum Græcorum, Quia dum in iure reputantur legitimi, gaudent fori beneficio, eorum patribus, concesso.

36 De clericis bigamis tādem dicendum est, eos non gaudere hoc fori priuilegio, sicuti diximus non gaudere canonis priuilegio supra in cap. præced. à n. 23. ex doctrina *Sanch. de mat. lib.* 7. *disp.* 46. *nu.* 3. *& aliorum* quæ omnia hic applicari possunt.

Vtrum vero possit Episcopus cū bigamo dispensare. Dictum est supra c. 4. nu. 97.

37 An autem clericus coniugatus, qui post commissum delictum tempore, quo omnia requisita habebat, vt fori priuil.

fruerεtur, effectus sit bigamus, iniens aliud matrimonium, prima vxore defuncta, hoc priuilegio gaudeat.

Et gaudere fateor. Quia spectatur tempus delicti commissi, argum *l.1.ff.de pęn. ita Clar.§. fi.q.36.num.11. Sanch. d.lib.7. disp.46.nu.4.& ita fuit conclusum in Cur.Tholos.dec.377. D. Ric.par.5.collect.decis.1864.& alij.*

38 Idemq.dicendum est de clerico, qui post commissum delictum, vxorem duxerit, Quia p iudicem ecclesiasticum puniri debet, vt dicemus infr. nu.109. & tradunt *Steph. Grat. discept. for.c.224.Barb.p.2.all.12. n.6. & alij.*

39 Sed vtrum clericus in sacris, cum quo fuit dispensatum à Summo Pontifice ad nuptias contrahendas, gaudeat priuil. clericalibus.

Sanch.de matr.lib.8.disp.8. nu.11. vt etiam dixi in tract. de oblig. cler.p.1. nu.33 censet illis non gaudere, si induit secularem habitum, relicto clericali, vt ad nuptias transeat vtens dispensatione. cum manente charactere indelebili sacri ordinis, translatus sit ad secularem statum, sed antequam habitum clericalem relinquat gaudere omnibus clericalibus priuil.

Tamen hæc doctrina (re melius considerata) patitur difficultatem, cum antequam contrahatur matrimonium à dicto clerico in sacris, licet solum relinquat habitum clericalē ad finē contrahendi matrimonium ex iam obtenta dispensatione, nō sit assumptus status cōtrarius, & incompatibilis clericatui, ita vt frui non possit omnibus clericalibus priuil. ac etiam reassumere habitum, & non teneatur ad onera sacris ordinibus annexa.

Ideo dicerem, quod post contractū matrimonium propter statum contrarium, & incompatibilē assumptum talis clericus non gauderet clericalibus priuilegijs; cum tunc nec ad onera annexa sacris ordinibus teneatur, vt tradit *Sanch. loc.cit.* quamuis teneri ad onus recitandi horas canonicas, etiam post contractum matrimoniū, ex Summi Pontificis dispensatione, asserat *Bonacin. de horis canon.disp.1.q.2.p.3.n.5.* Secus aūt dicerē antequam matrimonium contrahat, licet reliquerit habitum clericalē post obtentam dispensationem, cum non dum sit assumptus status contrarius clericatui. in tantū quod si isto medio tempore committeret aliquod delictū, deberet cognosci, & puniri ab ecclesiastico.

40 Quid autem dicendum sit de clericis, seu diaconis, quos vocant

cant siluaticos in Regno.

Resp. quod circa clericos prædictos extat decretũ Sac. Congr. per quod pscribitur numerus prædictorum cler. pro seruitio ecclesiarum, & episcoporũ, & decernitur quando gaudere debeant, vel ne, Priuil. cler. & est tenoris sequentis.

Sacra Congregatio Cardinalium negotijs iurisdictionalibus Regni Neap. præpositorum certior reddita in nonnull. eiusdem Regni diœcesibus, Diaconos quos vocant Siluaticos in maximum numerum citra ecclesiarum necessitatem, aut vtilitatem excreuisse, volens eorumdem exemptionis causam declarare, & fraudibus quibuscumque occurrere, de Sãctissimi D.N. Greg. XV. mandato, viuæ vocis oraculo, desuper habito, Diaconos siluaticos huiusmodi, pro ecclesiarum. & Episcoporum seruitio retinere, vel in locum quoquo modo deficientium assumi posse in Cathedralibus, seu superioribus ecclesiis ad summum quatuor, in Collegiatis, vel Parochialibus duos, in alijs vero ecclesiis, in quibus diuina celebrantur, si Episcopo videbitur, vnum, quos quidem Episcopi prorsus gratis, & tales, qui omnino per seipsos, non autem per interpositam personam seruitium debitum præstent, nec vllo modo criminosos, aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant, alias, & hi nullo gaudeãt Priuilegio, & eligentes iudiciũ Sedis Apostolicæ seuerum experientur. eos vero Priuilegio Canonis non gaudere; fori autem Priuilegio in criminalibus omnino, in ciuilibus, quoad corporis districtionẽ tantũ, & immunitate ab oneribus personalibus, non autem ab alijs durante seruitio frui debere. Sed si alicubi maioribus vtantur priuilegijs, & immunitatibus ex legitima cõsuetudine, cuius cognitionem, & declarationem in casu controuersiæ, eadem Sacra congregatio sibi reseruat, illam debere attendi, cognitionem verò aliorũ præmissorum ad Ordinarios pertinere, hoc præsenti decreto statuit, præcepit, & declarauit. Romæ 10. Kal. Iul. 1623.

Oct. Card. Bandin. Laur. Camp. Secret. Locus sigilli.

41 Dico secundo, hoc fori priuilegio potiri Regulares omnes professos, eorumq. conuersos, & nouitios. similiter, & moniales, earumq. conuersas, & nouitias, vt diximus de can. priuil. cap. præced. nu. 28. & tradunt omnes Doct.

42 An autem fratres, & sorores Tertij ordinis S. Franc. & S. Dominici hoc priuilegio gaudeant.

Resp. quod Fratres Tertij ordin. eo gaudent si habitum religiosum gestant, atque collegialiter

liter viuunt,seu cum claustralibus habitant, secus vero si in proprijs domibus habitant,iuxta Const. Leonis X. quam refert Quaranta, verb. *Priuileg. regular.& docet post alios Paul. Layman.l.1.tr.5.p.2.c 5.* Sorores vero eiusdem Tertij ordinis habitum gestantes, etiam in proprijs,aut consanguineorum domibus, vel seorsum habitantes,hoc Priuil gaudent, si virginalem,aut cęlibem vitam simpliciter, & expresse voueant. vt patet ex eadem Const. & ex alia eiusdem Pontificis, incip. *Nuper*. relata per *Quarant.ibid.*& diximus in cap.pręced.nu.33. & tradunt *Ric. p.2. dec.88.Ant.Diana p.1. res.mor. tr.2.resol.84. & alij.* cum sint personæ ecclesiasticæ, & religiosæ impropriè, quia non possunt cõtrahere matrimonium, & promittunt obedientiam, vt fatetur *Barth.à S.Fausto in thess.relig.lib.8.q.205.* Quamuis non desint DD. aliter sentientes circa Fratres Tertij ordinis,vt est videre apud *Barbo. p.2.all.12.n.*41.

43 De oblatis in monasterio, viuentibus,vt regulares,q sunt perpetuo in seruitio ecclesiæ, & incedunt in habitu, non est ambigendum, eos hoc priuil. gaudere. vt docent *Abb. in cap.tuarũ,de priuil.Card.Tusc. pract.concl.lit.O.concl.16. Car. de Graff.eff.1.nu.96.Ric.cit.loc. & Barbo.n.39. & alij.*

44 De Eremitis denique, qui non emittunt vota Religionis, fatendum est, eos etiam hoc frui priuileg. vt diximus de canon.priuil.in cap.præced.n.34 si ex speciali obligatione, & quasi traditione alicui ecclesiæ, vel loco sacro dicati sint, cũ speciali obligatione ad Episcopum. cum eorum vita sit religiosa,& sint personæ specialiter Deo dicatæ. Secus autem esset de Eremitis profugis, qui nõ sunt adstricti alicui Regulæ, nec subsunt alicui Superiori ecclesiastico. ita *Silu.verb.eremita.Nau.c.27.num.79.Ric.prax. aur.resol.149.Barbo.p.2.all.12 nu.43.Car.de Graff.eff.1.n.106 Paul.Layman.lib.1.tr.5.par.2. c.5.n.4.& alij.*

45 Sed vtrum Rectores Hospitalium, seu hospitalarij gaudeant hoc priuil.

Affirmant *Abb.in c.2.n.11.de foro comp.Hostien.in summ.tit.de regul.§.1.vers.quod rusticus,& alij,quos refert* Car. de *Graff. n.* 118. si promittant in manibus Episcopi caste viuere,& portent aliquod signum super vestimentis, secus autem dicit *Abb. loc.cit.* si isti hospitalarij vtuntur coniugio, & habent, & retinent proprium,& sunt laici.

Sed *Barbos.loc.cit. nu.40. Velasc.* con-

concl.105.n.3. fatentur, simpliciter, quod hospitalarij, Prælati auctoritate deputati ad aliquod hospitale erectum aucto ritate Episcopi, fori priuil. gaudent.

46 Dico tertio, hoc fori priuil. potiri Milites S. Ioa. Hierosol. S. Iacobi, Calatraue, & Alcantaræ; sicuti gaudere canon. priuileg. dictum est in cap præced. nu. 37. cum *Sanch. in sum. 1. to. lib. 4. c. 16. n. 11. Garc. par. 1. c. 4. num. 15. & Barbo. p. 2. alleg.* 12 *nu. 45.*

47 An autem Milites S. Stephani, S. Lazari, & similes fori priuileg. gaudeant.

48 Affirmatiue secundum *Nauar. cons. 12. de regular. & alios, quos referunt Car. de Grass. eff. 1. n. 109. & Barbo. d. alleg. 12. nu.* 45. ea ratione, quia connumerantur inter personas ecclesiasticas, & profitentur vnam ex Religionibus approbatis à Summo Pontifice. Quamuis *Car. de Grass. cit. nu. 115.* dicat, quod in Regnis Sicil. & Neap. hoc non seruatur.

49 Dico quarto, hoc fori priuilegio gaudere familiares episcopi, *Cap. fin. de off. Archid. & tradunt Capy. dec. 12. Thessaur. dec. 22. Clar. §. fi. q. 35. Bobadill. l. 2. c. 17. nu. 7. Ric. p. 4. dec. 292. Farin. l. 1. q. 8. n. 46. in tract. crimin. & alij communiter in d. c. fin. quos recenset Car. de Grass. eff. 1. n. 128. & notatur in ritu 38. Cur. Arch. Neap.*

50 Quis autem dicatur familiaris episcopi, ad hoc, vt fori priuilegio gaudeat.

Luc. de Penn. in rubr. C. de domest. lib. 2. Carau. in rit. 46. nu. 35. & alij relati per Ric. dec. 282. nu. 7. p. 2. dicunt, quod ille dicitur familiaris, qui inseruit Episcopo, à quo impensam victus accipit.

51 Vnde si quis haberet solum literas familiaritatis ab Episcopo, non gauderet hoc priuilegio, vt fatentur *Bellect. p. 1. disquis. cler. fol* 280. *nu.* 23. *& Ric. cit. n. 4.* quasi non sint in famulatu, & actuali seruitio. *Gratia. Rot. March. discept. foren. c. 340. n. 20. & Abb. in cap. dilectus, de de cler. non resid.* Sicuti neque familiaris dicitur quis, ex solo obsequio facto Episcopo, in eius domo per triennium, vt

52 valeat ab eo suscipere ordines, & beneficia, prout fuit etiā resolutum in Cur. Arch. Neap. teste *Ric. loc. cit. nu. 7.. & refert de Thoro verb. clericus fol. 16. ac D. Regens Valenz. cons. 57. & alij.* Nam *ex tex. in cap. fin. de verb. signif. in 6.* tria expresse, & vnum tacite requiruntur, ad ad hoc vt quis familiaris efficiatur, & per consequens, vt iuxta S. C. T. *c. 9. sess. 23. de refor.* possit vti familiaris triennalis ab Episcopo ordinari. Et primo

mo requiritur, vt clericus ipse sine fraude sit ab Episcopo receptus, & ideo si Episcopus ea sola de causa reciperet aliquẽ familiarem, vt ei conferret ordines, receptio dicitur facta in fraudem. Secundo requiriritur, quod sit commensalis, hoc est, vt recipiat victũ in ædibus ipsius Episcopi, & victus expensis Episcopi intelligitur, etiam si familiaris in alio loco habitans portionem ex domo ipsius Episcopi recipit, vt declarat *Gom. regul. Cancell. de impetr. benef. vacant. per obitum familiar. Cardinal. q 13. & Barbosa p. 1. all. 5. n. 20.* & intelligitur quoque commensalis ille, cui datus est locus in domo, & vt aiunt, in tinello, vt possit ibi comedere cum alijs familiaribus, licet ea liberalitate vti non sit receptus iste, vt declarat *Gambar. de off. legati à latere in rub. n. 154.* Tertio requiritur, quod inseruiat etiam ipsi Episcopo, nam non sufficit, vt sit commensalis, idest, vt viuat in ædibus Episcopi, sed debet ei inseruire, vt dicatur propriè familiaris, *Gomes. d. q. 13. Selua de benef. p. 3. q. 11. num. 22. Menoch. de arbitr. iud. cas. 201. nu. 127.* & denique requiritur, quod seruitij præstatio, & commensalitas sit continua, vt in *d. c. fi. de verb. signif. in 6.* expresse dicitur. ita *Campanil. in diuers. rub. 9. c. 9. n. 12. Barbos. p. 2. all. 5. nu. 9. D. Ric. d. dec. 282. p. 2. & dec. 70. p. 3. & alij.*

Triennium autem sufficit, quamuis sit inceptum antequam do-
53 minus sit factus episcopus, vt censuit Sacra Congr. sicut tradunt *D. Ric. p. 3. collect. dec. 596. Barbos. d. p. 2. all. 5. n. 8. Fornar. de sacram. ord. c. 5. & alij.*

Vtrum vero consanguineus Episcopi conuiuens expensis Episcopi in eius domo, dicatur eius familiaris ad effectum, vt possit ei ordines conferre, iuxmentem Conc. Trid. vide tradita per *D. Ric. d. p. 3. de. 70.* vbi affirmatiue, ait, fuisse decisum in Cur. Arch. Neap.

54 Dicitur quoque familiaris Episcopi, Magister actorũ, qui vt familiaris poterit ab Episcopo ordinari, vt docent *Gratia. in decis. Rot. March. 233. Ric. p. 3. collect. decis. 596. & Campanil. in rit. 38. Cur. Arch. Nea. nu. 4.* & hoc fori priuil. gaudet tam in ciuilibus, quam in criminalibus, prout in facti contingentia fuisse decisum Neap. refert *de Thoro in compend. decis. Neap. verb familia, & tradunt Ric. in prax. fori eccl. resol. 471. Bellect. pag. 279. nu. 16. & Io. Ant. de Nigr. d. clem. vnica de vit. & ho. cler.* vbi hoc, quod
55 diximus de fori priuileg. ampliat procedere, etiam in familia Vicarij Episcopi, & sequ ur

Ric. c

Ric.cit.loc. & per Nouar. de elect.fori q.36.sect.2.

56 Nuntij etiam Episcopi, & alij Notarij, & Officiales Curiæ Episcopalis, hoc fori priuilegio gaudent, vt post alios fatetur *Barbos.p.3. alleg.* 107. *num.* 11. *&* 13. *& habetur in ritu* 38.*Cur.Archiep. Neap.*

57 An autem familia, & serui clericorum, eo gaudeant Priuilegio.

Farinac. in tract. crim.d.l.1.q.8. num.46.quem refert Ric. decis. 192.*par.*2. asserit, hoc fori priuilegium minimè concedi famulis clericorum, sed tantum Episcoporum, prout ita, etiam tenet *Bouadilla lib.2. cap.*17. *num.*7.

Alij verò distinctione vtuntur. Nam aut serui, coloni, & famuli sunt perpetuo clericis, & Ecclesiæ obligati, & tunc eo priuilegio gaudere censent, *glo.in cap. iudicatum, dist.* 99. *Io.ant.de nigris in clem. vnica, de vita, & bon.cler.num.*8.*Menoch.de arbitr.cent.6. cas.* 562. *num.*3.*Carauita ritu* 46.*num.* 27.*Bellectus loc.cit.fol.* 277. *n.* 12.*Thesaur.decis.*22.*et alij,post Abb.& Felin.in cap.* 2. *de foro compet.apud Car. de Grassis eff.* 1.*num.*149.

Aut famuli, coloni, & serui non sunt perpetui, sed ad tempus conducti annua, vel menstrua mercede; diuersimodè sentiũt Doct.

Aliqui enim dicunt, eo priuilegio minimè gaudere, vt per *Capic. d.decis.*12.*clar.§.fin.q.* 35. *Couar.pract.quæst. cap.* 35. *num.* 2.*& alios.*

Plerique alij vero, eo gaudere defendunt, ea ratione, quia isto casu familia non gaudet priuilegio ꝓpter se, sed propter fauorem dominorum suorum. Quæ ratio militat, tam in familiaribus, & seruitoribus perpetuis, quam ad tempus. ita *glo.in cap.eos, dist.*32. *& in cap. clericum, il* 1. 12.*q.*1.*Pet. Rebuff.de priuil.scolar. Priuil.* 166.*Menoch.d.cent.6.cas.*562. *num.*8.*Carauita d.ritu* 46.*nu.* 27.*& alij.* Quamuis *Car.de Grassis num.*150.hanc opinionem in seruis conductitijs admittat, quando clericus non posset comodè, vti suo priuilegio, nisi etiam, eo vtantur sui familiares, & serui, ex *Felin.in cap.*2.*de foro comp. & de nigris cit.loco,num.*93.

Vtrum verò conductores prædiorum Ecclesiasticorum possint conueniri coram Iudice ecclesiastico.

Affirmatiuè, iuxt.notata in *Ritu* 38.*Cur.Arch.Neap.num.*2. *& apud Thesaur. Forens. quæst. lib.2.q.*15.*num.* 2. & expresse docet *Car.de Graff. eff.*1.*num.* 447.de conductore decimarũ, vt dictum est sup.cap.3. num. 60.

Coram quo autem, iudice, laicus emphyteota Ecclesiæ debeat conueniri ad censum, seu annuum canonem soluendum; vel ad relaxationem rei, prætextu caducitatis. Vide *Thes. d.lib.2.q.15.*

TERTIA DVBITATIO.

IN quibus casibus clerici gaudeant, vel ne, hoc fori Priuilegio.

Resp. quod per multi, & varii sũt casus, qui proponuntur à Doctor. de quibus hic solum cõpendiosè afferemus, & discutiemus frequentiores in praxi per modum quæstionum, cũ resolutione, etiam nonnullorum dubiorum. ideò

58 Quæritur primò, si lite cepta contra laicum, apud iudicẽ secularem, ea pendente laicus moriatur, clerico relicto hærede vniuersali, an idem iudex possit procedere in causa prędicta, vsque ad finem, etiam contra ipsum clericum, an verò clericus possit forum declinare.

In hac quæstione plerique censent, non posse clericum forũ declinare, sed teneri ad prosequutionem vsque ad finem litis coram eodem iudice laico, ex *l.hæres absens ff.de iudicijs*, propter præuentionem litis coram iudice laico, quo casu dicitur fieri continuationẽ instantiæ cum defuncto inchoatæ, cuius ipse clericus est vniuersalis successor, ræpræsentans vnam, & eamdem personam. ita *Paul. de Castro in d.l.hæres absens, & alij, quos sectatur Couar.pract.quæst. cap. 8.num.3.Vasq.de success.creat. l.3.§.29.num. 72. cum alijs relatis per Surd.cons.222.num.4 vol.1.& decis.110.par.1.et per Car.de Grassis eff.1. num. 282. & Ricc.decis.218.p.4.*

Contraria tamen opinio, quam tenent canonistæ, est verior, & communior, talem clericũ hæredem laici non teneri coram iudice seculari prosequi litem, iam contra ipsum laicũ ceptam, sed denuo esse côueniendum super eadem re, vel actione coram iudice Ecclesiastico, cum ipse clericus sit à seculari iurisdictione exceptus, & iure proprio suscipiat, & defendat litem ipsam, & principaliter compareat pro suo interesse, & hanc opinionem sequuntur. *Iacobin. de Sancto Georg. Decius, & Curt. iunior in dicta l.hæres absens, Bal.in l. si quis presbyter.2.C.de epis. & cler.Cagnol.in l.2.num.249.C. de pactis, Marc. Ant. Peregrin. tract.de fideicom.art.vlt. num. 20.Bonacina de legibus disp.10. q.2.pun.1 §.1.num.25.Misinger.decis.camer. imperial. cent.*

3.ob-

3. obseruat. 45. Bellectus p. 1. disq.cler.fol.274. num.6. Ambrosinus de immunit. eccl. cap. 20.num.45. Antoninus Diana p.1.resol.mor.tract.2.resol. 24. fol.35.& P.And. Molfesius in comment.ad consuet.Neap.par. 2. q. 8. qui multis rationibus hanc tuetur partem, & ab ea in iudicando, & cõsulendo nõ esse discedendum docet. Et probari potest quoque ex eo, quia instantia defuncti non transfertur in hæredem ipso iure, adeò quod sententia lata contra defunctum, non potest exequi contra hæredem, *l.paulus ff. quæ sent. sine appell. rescind.& l.summa §,fin.ff. de re iudic, & notat Carauita super ritibus M.C.V.ritu 234.num. 6.* sed ad hoc, vt instantia transferatur in hæredem, opus est, vt citetur, *l.edictum ff.de iudicijs, & l. oratione ff.de ferijs*, ideò in praxi seruatur in M. C.V. quod mortuo reo citantur ij, qui hæredes prætenduntur, ad declarandum si sunt hæredes, & pro quota parte, & ad videndum iudicij trãslationem in ipsis faciẽdam, qua citatione facta, iudex postea interponit decretum, quod iudicium in ipsis transferatur, & cum ipsis procedit ad vlteriora, vsque ad sententiam inclusiuè, nec amplius nominatur defunctus, & idem seruatur ad instantiam rei, mortuo actore lite pendente; vt dicit idẽ *Carauita cit.* Sed hæc præuia causæ cognitio non posset fieri per iudicem secularem in clericos, vt notat *Rota decis.5. in antiquis, de foro competenti* ergo.

59 Sed quid, si aliquis efficeretur clericus post causam inceptam coram Iudice laico, an possit prosequi causa inchoata coram eodem Iudice. Affirmatiuè, secundum *Abb. in cap.1.num.4.de oblig.ad ratioc. Felin.in c.fin.de constit. Marcel.Calà in tract. de modo articulan.§.1.glo.1.num.63.Io. de Deo in doctrina aduocatorum lib.3.cap.20. num. 5. Car. de Grassis eff.1.num.1248.et alios apud Surd. decis. 110.num. 3. Ric decis.218.par. 4.num.3.& Antonin.Diana cit.resol.24.*

Est tamen notandum, quod si instantia esset perempta, quamuis per Principem postea insufflaretur spiritus vitę ipsi instantiæ, prout facere posset, tunc clericus esset remittendus Ecclesiastico Iudici, si iterum super eadem causa conueniretur: nam perempta instantia, perit Iudicis iurisdictio *l.facta §.si quis bonorum ff ad trebel.Io.de amicis cons.32. nu. 9.Surd.cons.160.lib.2.num.22* & pereunt citatio, litis contestatio, & omnia acta ordinato

ria, & erit tanquam si lis non fuisset cepta, & quando talis instantia reuiuiscit, est noua instantia, *Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. Car. de Grassis d. eff. 1. num. 299. & nu. 1241. & Anna sing. 129.* vbi dicit, quod hæc est vera opinio.

60 Secundò quæritur, an clericus hæres laici conueniri possit coram iudice laico.

Resp. nequaquam: sed corã ecclesiastico conueniendus erit, etiam si vt hæres laici ad iudicium vocetur, ea actione, quæ aduersus laicum defunctũ cõpetebat. ita *Bar. in d. l. hæres. absens, ff. de iudic. Couar. pract. q. cap. 8. Ric. par. 2. collect. decis. 314. & alij communiter.*

An autem clericus adiens hæreditatem, non confecto inuentario, teneatur vltra vires hæreditarias omnibus creditoribus hæreditarijs.

Affirmant *Abb. in cap. Ecclesia S. Mariæ, nu. 18. de const. & alij, apud Car. de Grassis eff. 2. num. 252.* Contrarium tamen, scilicet, quod minimè teneatur vltra vires hæreditarias, docet *Duardus in Bulla Coenæ lib. 2. can. 15. q. 17. num. 8. & Anton. Diana d. tr. 2. resol. 70.*

61 Tertiò quæritur, an clericus possit reconueniri coram iudice laico, quando, scilicet, ipse clericus est actor in causa mere ciuili contra laicum, sicuti, è contra, laicus agens in Cur. Ecclesiast. contra clericum, potest coram eodem ecclesiast. reconueniri, iux. *tex. in cap. cuius in agendo. 3. q. 8. & in auth. & consequenter C. de sent. & interloq. omn. iud.*

Abb. in cap. at si clerici, num. 21. de iudicijs, hanc quæstionem examinat, & concludit, non posse clericum recõueniri coram laico, cum regula de reconueniendis clericis coram iudice seculari non sit recepta de iure canonico. Quod etiam fatetur *Paul. Layman. lib. 3. tr. 6. cap. 1. n. 2.*

Communiter, tamen, Doct. concludunt posse reconueniri in causa merè ciuili. Nam dum clericus in agendo iudicẽ elegit, non debet dedignari, eumdem contra se habere. *l. Papinianus. C. de sent. & interloc.*

Quæ communis opinio ampliatur, & limitatur à Doct. multipliciter.

62 Ampliatur primò, procedere non solum in iudice ordinario, sed etiam delegato ad instantiam actoris, cum militet eadem ratio, de qua in *d. l. papinianus.* ita *Specul. in tit. de reconuen. §. 1. Bar. & Bal. in d. Auth. & consequenter.* Non tamen admittitur reconuentio si delegatus fuisset impetratus à reo, quia cessat Ratio allata.

allata. *Maran.p.4.dist.6.de iud.con.& recon.nu.*13. *Ambrosin.c.20.n.42. & alij apud Car.de Grass.eff.1.n.751.*

63 Ampliatur secundo, per *Carau.rit.67. num. 6.* in quacumq. parte iudicij, & donec ipsum duret, vsq. ad conclusionem in causa, iux. *glo. in c.1. vers. respondere de mut. petit.* quod intelligit secundum modificationem, *Bar. in d.auth. n.12.* Sed *cum Ambrosin. in d.c. 20. nu. 38.* & Doct. communiter. vt fatetur *Bonaci. de legib. disp.10.q.2.p.1.§.4.n.5.* censeo, quod talis reconuentio fieri debeat incontinenti, in ipso litis exordio, *clem. sępe, de verb. signif.* scilicet, ante litis contestationem, vel in ipsa contestatione, vel saltem statim post litem contestatam incontinenti, cum causæ conuentionis, & reconuentionis simul sint tractandæ, ac decidendæ, vt tradunt *Imol. & aly in d.c.1. Dec. consf.200. n.2. & Lancel. de attent.p.3.c.24. q. 14.n.10.* & licet reconuentio, aliquando admittatur in quacumq. parte iudicij, id procce-

64 dit secundum *Ambros. nu.39.* quando fit coram iudice competenti, quo casu admittitur reconuentio; sed causæ simul non tractantur, nec deciduntur, & per reconuentionem non retardatur processus causæ principalis; sed quando fit coram iudice, respectu causæ reconuentionis incompetente, & post litem contestatam ex interuallo non habet priuilegium prorogatiuum iurisdictionis, nec modo aliquo admittitur, parte opponente, & contradicente: secus si non contradiceret reconuentioni, & ei consentiret, vt declarat *Vinc. Hondad. consf. 41. lib.1.n. 10. quem refert, & sequitur Ambros. loc. cit. Quamuis aliter sentiat Car. de Grass. eff. 1. num.762. inhęrendo opinioni Vinc. de Franch. dec.376.*

Quando autem esset lata sententia super conuentione, & sic finitum iudicium, non posset amplius clericus reconueniri coram laico. *glo. in cap. fin. de iud. de Franch. dec.193. & dec. 376. & Car. de Grass. d. eff.1.n. 784.*

65 Ampliatur tertio, tam in iudicijs ordinarijs, quam summarijs. *l. sed hæ §. non solum ff. de proc. iuncta l.1. ff. de dam. infect.* Quando tam causa cōuentionis, quam recōuentionis est summaria; vel si vna est summaria, & alia ordinaria, si reconueniens renunciat priuilegio reconuentionis, vt vtraque causa simul terminetur, iuxta dispositionē *d. auth. & consequenter*, alias secus; cū simul expediri non possint. ita

Spe-

*Specul.de recon.uen. §.nunc dicamus n.*11. *Menoch.de retin. poss.remed.*3.*q.*84.*nu.*75.*Cara. super rit.*67.*n.*7.*Car.de Graff. nu.*774.*de Franch.dec.*193.*& alij.*

66 Ampliatur quarto, prædicta communis opinio procedere, etiam si clericus vellet desistere à conuentione ad finem euadendi reconuentionem, quando fuit facta reconuentio ante litis contestationem; sicuti dicitur in simili, quod appellans non potest renunciare appellationi, inuito appellato, *ex Bart.in l.si quis libellos C. de appell. & Surd.dec.*143.*n.*3.*ita Affl.dec.*173.*Thessa.lib.*1.*quæst.foren. q.*98.*Marcel.Calà glo.*1.*n.*46. *de Franch. dec.*349. *Car. de Graff.n.*748.*& Ambr. d.c.*20. *n.* 36. Quod si non fuisset ad hnc facta recõuẽtio, posset clericus desistere, quia res est integra, & reo ante reconuentionem, non est ius quæsitum. *de Franch.d.dec.* 349. *Maran. d.dist.*6. *n.*54. *& Bonaci. de legib.disp.*10.*q.*2.*pu.*1.*§.*4.*n.*5.

Limitatur autem, eadem cõmunis opinio, non procedere in causa appellationis. Quia tũc non habet locum reconuentio, *l.*2.*§.legatis ff. de iudi. &*
67 *notant Guido Papa dec.*85.*nu.* 55. *Ric.p.*1.*coll. dec.*112. *Ambr. nu.*40. *& Marant. d.p.*4. *d.*6.*n.*24.qui testatur de communi. Ratio huius limitationis est. Quia quando quis appellat non sua spontè dicitur agere, & iudicem sibi eligere: sed coacte, vt releuetur à grauamine sibi à iudice illato, propter quod cessat ratio reconuentionis, de qua supra.

Sic etiam quando clericus non ageret nomine proprio, sed alieno, vt tanquam tutor, curator, aut procurator alicuius, quia nequaquam poterit reconueniri coram iudice, coram quo agit. Quia cessat, ratio, propter quam conceditur reconuentio, vt supra, ꝙ notat *Car.de Graff.eff.*1.*n.*768 Similiter dicendum est, quando clericus ageret nomine proprio, & reconuentio fieret nomine alieno, *Alex. de Neuo in cap. at si Clerici, de iudi.n.*39.*& Car.de Graff.nu.* 786.

68 Limitatur secundo, nõ procedere coram arbitro, quia is non põt iudicare, nisi contenta in compromisso, *Cap. cum dilectus, de arbitr. l.de his ff.eod.tit. & notant Specul.cit. loc.& Caraui.n.*12. Quam limitationem procedet secundum *Car.de Graff.n.*780. in arbitro voluntario; secus vero coram arbitris eligendis ex dispositione statutorum,

ex

ex *Roman.sing.*783.*Maran.d. dist.6. num.12.& Mar.Anto. Blanc. in tract.de comprom.in 4.quæst.prin.nu.*23.

69 Limitatur tertio,non procedere, si clericus reconueniretur pro causa criminali,siue criminaliter , siue ciuiliter. Quia non poterit reconueniri,vt ex *Cap.vnico,de cler.coniug. docent communiter Doct. vt tradit Clar.* §.*fi.q.36.nu.*5.

70 Limitatur quarto, nō procedere, quando iudex coram quo fit reconuentio, non esset alias iudex in conuentione;vt est causa decimarum,& iurispatronatus, cum similib. *Spec. d.* §. *nunc dicamus nu.*9. *Carau.nu.*14.*& Farin.tract. crimin.q.*8.*n.*102.

Nec etiam haberet locum recōuentio in causa feudali, quia in ea nūquam permittitur reconuentio, *Mising. obser.*10. *cent.*1.

71 Limitatur quinto,non procedere in agente pro deposito,cum cesset in eo, ratio reconuentionis, *Cap.bona fides, ext.depos.Mathes.in d.auth.& consequenter nu.*10. *& Soc.in c.*1 *de mutuis petit.n.*61.

72 Limitatur Sexto, non procedere, si reus conuentus, esset excommunicatus vitandus,iux *extrauag.ad euitanda.* Quia non posset reconuenire clericum actorem. *glos. in Cap.intelleximus,verb.conueniri.de iud.Caraui.n.*16.*& Carol.Grimal.in add.ad Tartagl. in prax.M.C.V.in fi.c.*3.*vers. fallit.*

73 Limitatur septimo, & vltimo, non procedere in agente quæstione spoliationis. Quia ea proposita, locum non habet reconuentio, *Cap. literis, & Cap. conquestione,de restit. spol.*nisi de alia spoliatione reconueniatur,vt ibi,& notant *Spec.& Carau.cit.*

A quo autem iudice cogēdus sit clericus, qui spoliauit laicum sua possessione.

Resp. quod dum est à possessione eijciendus, debet hoc fieri auctoritate iudicis ecclesiastici,vt tradunt *Affl.dec.*85.*Car. de Grass.eff.*1.*n.*1035.*& alij.*

74 Est tamen aduertendum, quod licet in casibus de iure permissis, secundum prædictā communem opinionem, & vbi viget consuetudo, reconueniatur clericus apud iudicē laicū; attamen si clericus reconuentus condemnetur ab ipso iudice laico, non potest exequi, nec in personam, nec in rebus clerici reconuēti;sed ad iudicē ecclesiasticum pertinebit exequutio ad instātiam iudicis laici, vt tradunt *Imol. & Ant.de Butr.in Cap.postulasti,de foro comp.Marian.Soc. in c.*1.*de mutuis peti.Viui.dec.*

49.lib.1.nu.6. Bonaci.de legib. disp.10.q.2.pu.1.§.4.nu.5.Vrsill.ad Affl.dec.173.Bellect.p.1. disq.cler.fol.294.nu.3. & Genuen. in prax.c.12. qui dicit, quod in Cur.Arch.Neap. in casu prædicto seruatur. Quod visa sẽtentia,&processu iudidicis secularis, mandat executionem fieri contra clericum.

75 Quarto quæritur, An clericus, qui à Iudice laico citatus per edictum, si sua putauerit interesse, comparuit, sententiæ,& iudicio illius stare teneatur.

Aliqui affirmant ex eo, quia licet clericus non possit tanquam reus assistere foro laicali, potest tamen assistere tanquam actor voluntarius; cum vt sic non dicatur subijci potestati laicæ; sed potius coram l[illegible]ca potestate contra alium agere: ideo si citatus à iudice laico, coram ipso comparuit putans sua interesse,& non opponẽs fori declinatoriam, tenebitur stare sententiæ ab eo iudice latæ; sicuti stare teneretur si contra laicum, causam temporalem coram Iudice laico prosequeretur. ita *Bald. & Paul. de Castr. in l. testamenta C. de testam. Affl.dec.24. & alij apud Farin.de inquis. q.8. num.88. Ambrosin.de immun. c.20.nu. 73. & Marium Giurb.dec.1. nu.21.*

Alij tamen tradunt, quod clericus, qui sic citatus à iudice laico, comparuit, non teneatnr stare sententiæ, & iudicio illius, etiam si putauerit sua interesse,& ob id declinatoriam fori non opposuerit. Quia sic citatus, comparendo,& docendo de suo interesse, non actor voluntarius; sed reus necessarius diceretur,&tanquam reus nõ potest comparere coram laico iudice, cum ei non subijciatur, nec potest fori priuil. cedere. ita *Dec.& Felin.in Cap.cum inter,de excep.Bonac. de legib.disp.10.q.2. pu.1. §.1. nu.27.& alij apud Alberi.Oli. super rit. 5. Cur. Arch. Neap. & Ambrosin. d.c.20.n.73.*

Quamuis, si clericus, comparendo,& allegando sua interesse opponeret declinatoriam fori, petendo remitti ad suum iudicem competentem, esset remittendus. vt tradunt *Capyc.de.8.Vrsill.ad Affl.dc.380. nu.5. Bellect. par.1. disq. cler. fol.299.nu.15. Ambrosin.citat. de Thoro in Compend. decis. Neap.verb. Clericus fol.97. & alij.* Si non comparet, tunc acta,& sententia contra ipsũ lata, non afficiunt. cũ citatus si sua interesse putauerit, non dicatur contumax, non comparendo, vt per *Ambrosin. & alios*

alios apud Oliu. loc.cit.

Vnde in d.Cur.Arch.Neap.adest d.rit.5. in ordine, tenoris seq. *Item si Clericus citatur in Cur. seculari.si sua interesse putauerit, & petat se remitti ad proprium Iudicem, solet remitti,& ipsa Cur.scilicet, Archiep.cognoscit.&c.* in quo ritu, nonnulla scribit Alber.Oliua circa præfatam quæst. & ibidem notant *Ric.&Campanil.* qui de eadem materia,etiam scribit *in diuer. rubr.de priuil.cler.c.2. vers.cōsuetudo.*

76 Num autem in casu confectionis inuentarij valeat Iudex laicus citare per edictū clericum creditorem, vel legatarium.

Affirmant *Carol. de Graff. eff. 1. n.475. & communiter DD.vt testatur Anto.Diana p.1.resol. moral.tr.2. resol.20.* dum expresse non citatur ad comparendum;sed cum illa conditione,& qualitate, si sua putauerit interesse. cum talis citatio non sit vera,& simplex citatio, sed potius, vt cōpareat, si voluerit,quæ de iure non supponit iurisdictionem, & superioritatem,& sic non arctat citatum ad necessario comparendum. Quamuis contrarium doceat ipse *Diana,cum Duar. in Bulla cœnæ lib.2.canon.15.q. 11.nu.*50.sed quod in casu prædicto debeat clericus moneri per iudicem ecclesiasticum, vt compareat coram laico ad dicendum,quæ prætendit in hoc negotio.Quod tutius esse,tradit *Ias.in d.l.testamenta.*& hāc esse bonam cautelam, fatetur *Vrsil.ad Affl. d.dec. 380. nu.6.* licet asserat aliter vidisse in praxi seruari in S.C.Neap.

77 Quinto quæritur,si aliqua causa pertineat ad clericum, & laicum, coram quo iudice expedienda sit.

Multa in hoc scripserunt Doct. inhærendo tamen opinioni illorum, qui veram resolutionē huius quæstionis tradere conantur,distinguēdum est. Aut sumus in causis diuisibilibus, aut indiuisibilibus. Si sumus in causis diuisibilibus, quilibet conueniendus est coram suo Iudice competenti. Si vero sumus in causis indiuisibilibus,in quibus nulla congrua potest fieri diuisio, ne continentia causæ diuidatur, & ne forte etiā diuersæ sententiæ sequantur; tunc clericus, qui est magis dignus laico, trahit ad se minus dignum.

Et prædicta vendicant sibi locum non solum in causis ciuilibus; sed etiam in criminalibus. & sic clericus traheret ad suum iudicem ecclesiasticum, laicū, cum eo delinquentem. vt tradunt *Ant.de Prat.veter.in l.1. ff.qua sent.sin.app.rescin. Fely.*

in c.1.de præscrip. & alij apud Couar.pract.quæst.c.34.Carol. de Graff.eff.1.n.132. & Ambr. c.20.n.10. qui de communi te statur. Quamuis in praxi aliter seruetur, scilicet, quod iudex ecclesiasticus cognoscit de cle rico, & iudex laicus de laico, vt fatetur *Clar.§.fi.q.36.n.41. Car.de Graff.& Ambro.loc.cit.* ex eo, quia in punitione delictorum commodè causæ continentia diuiditur, & clericus ab ecclesiastico digna plectitur pœna,& laicus à sæculari. vt per *Capy.dec.173.vbi Prosp. Petra in add.ad Gram. dec. 21. de Franch.dec.426.Vrsil.ad Afflict.dec.213.& alios.*

78 Sexto quæritur, an clericus, qui de euictione tenetur, si in iudicio laicali est laudatus, & nominatus ab emptore ad defendendum rem venditam: possit declinare forum,& petere, vt lis agatur,& terminetur co rã iudice ecclesiastico, an vero teneatur ipsum emptorem defendere coram eodem iudice laico.

Nonnulli tradunt, quod tenetur coram eodem iudice laico, emptorem ipsum defendere. *ex l. venditor ff.de iudi.* cum iudiciũ sit institutum contra emptorem laicum tanquam possessorem, & clericus veniat solum ad assistendum emptori, & defendendum illum, vt in *l. 1. C. vbi in rem action.* Quo casu non dicitur clericus coueniri coram sęculari, quia solum præstat auctoritatem, & defensionem ipsi emptori. ita *Abb.in cap.fin.nu.8.de emp. & vend.Couar.pract.quæst.c.8 nu.3.Cabelli.de euict.§. 3. q.2. nu.119.Dec.cons.700.Car.de Graf.eff.1.n.261.Vrsil.ad Affl. dec.380.Bellect.par.1.disq.cler. fol.297.nu.11. Bonaci.de legib. disp.18.q.2.pu.1.§.1.n.23.de Thoro verb.clericus fol. 94. & Ambrosin.d.c.20.num.23.* Qui hanc opinionem limitant, vbi clericus, vti defensor necessarius vocaretur in iudicium ad

79 defensionem sui Coloni, vel Inquilini, qui nullum habet ius in rem. Quia tunc clericus qui est verè dominus rei petitæ posset aduocare iudicium coram ecclesiastico iudice, vt notant etiam Doctores apud *Bellect.fol.298.n.12. Ambrosi. nu.28.& Car.de Graff.nu.266 Qui n.272.* eãdem opinionem, secundo limitat, vbi clericus compareret ad suscipiendum in se iudicium, vt necessarius defensor, & procurator in rẽ suam. quia tunc posset opponere declinatoriã fori, ex persona propria,& traheret actorem ad suum iudicem, ex *Spec. in tit.de primo,& secundo decre to §.restat,vers.quid si clericus.* & tertio limitat eamdem opinionem

nionem nu. 269. quando clericus fuisset citatus pro suo interesse ad defendendum emptorem, ex traditis per *Spec. cit. loco vers. quid si dominus*. Insuper ad ecclesiasticum iudicem remittendus erit clericus, qñ conueniretur, vt pro euictione cõdemnaretur. Quia tunc principaliter conuenitur, vt notat *Ambros. n. 32.*

80 Contrariam tamen opinionem, talem clericum posse declinare forum, & petere, vt lis agatur, & terminetur coram iudice ecclesiastico. tenent *glo. in Cap. clericus nullus, il 2. 11. q. 1. Angel. & Paul. de Cast. in d. l. venditor ff. de iudi. Sce. Iun. cons. 40. n. 10. lib. 1. Bal. in l. si statum ff. de procu. Boer. dec. 69. n. 27. Aretin. in §. actionum num. 43. de act.* vbi dicit, quod ita seruatur in practica; ideq. dicit *Foller. ad Marant. par. 6. act. 5. nu. 10. Carol. Grimald. ad Tartagl. c. 2 n. 52. Muscat. in pract. ciuil. p. 2. in glo. verb. intimatio, num. 36.* qui dicit, quod hæc opinio est verior, & in practica seruatur, & quod ita pluries fuit iudicatum. *Marcell Calà de mod. arti. & prob. §. 1. glo 1. nu. 50.* vbi alios congerit, & dicit etiam, quod hæc est verior opinio.

Quid autem dicendum sit, si esset facta alienatio rei litigiosæ in clericum, ad hoc, vt impediretur exequutio sententiæ iudicis laici. vide *Bal. in Cap eccles. S. Mariæ, de const. Fely. in Cap. veniens, de testib. & post alios Car. de Grass. eff. 1. n. 928.*

81 Septimo quæritur, An clericus immissus in possessioné ex primo decreto iudicis sæcularis, possit postea eadem possessione priuari ab eodem iudice, ad instantiam rei allegantis aliquam iustam causam, & petentis reuocari prædictam possessionem.

Pro solutione distinctione vtendum est. nam, aut talis clericus vere possidet vigore actionis realis, vel quia iudex fecit ipsum verum possessorem ex aliqua iusta causa; vel fuit immissus in possessionem ex secundo decreto, vel ex causa noxali, & tunc non potest ab eodem iudice laico possessione priuari, sed coram iudice ecclesiastico conueniri debet, q̃a finitum est officium iudicis laici, clerico immisso in possessionem.

Aut talis clericus immissus in possessionem à iudice laico vere non possidet, vt est quando in possessionem fuit immissus vigore actionis personalis; sicuti est immissio quæ fuit causa damni infecti. Item ventris nomine. Item pro exequutione sententiæ, & rei iudicatæ, de quibus per *Neguf. tract. de*

pignor 2.memb.3.p. princ. n.6. in quibus solum fit detentor, tunc, cùm non sit finitũ officiũ iudicis immittentis; sed solum fiat ista immissio, vt reus tędio affectus compareat ad respondẽdum, & poterit comparere reficiendo expensas, atq. cauendo de iudicio sisti, *auth. ei qui, & ibi per Doct. C. de bon. aut. iud. possid.* ideo constito de bono iure ipsius rei, poterit reuocari immissio, ex doctrina *Bar. in l quod iussit, nu. 9. ff. de re iud.* Quia hæc est interlocutoria, quæ in rem iudicatam non transit, & in personalibus immissio nũquam facit verum possessorem, etiam post annũ. *vt per Neguf. loc. cit. & faciunt notata per Thor. in comp. decis. Neapol. verb. clericus fol. 56. & per Car. de Graff. eff. 1. nu. 947.*

82 Octauo quæritur, si clericus coram iudice laico recepit depositum, & promisit restituere cui de iure, &c. an possit ab eodem iudice cogi ad restituendum, an vero ab ecclesiastico.

Resp. aut loquimur de clerico depositario extraiudicialiter, & tunc cogendus est ad instantiam actoris ab ecclesiastico; cum actor sequatur forum rei. *Cap. si clericus, & Cap. si generale, de for. comp.* aut loquimur de clerico depositario iudicialiter electo per iudicem laicũ, & tunc, Aliqui censent, posse coram eod. conueniri pro restitutione depositi. ita *Ias. in l. 1. §. 1. de off. eius, Capel. Tholos. dec. 62 Ann. sing. 127. Affl. dec. 24. & ibi Vrsill. Caroc. tract. de depos. tit. de caus. nu. 40. & alij apud Tiraq. de retract. conuent. §. 4 glo. 7. num. 10.* Qui de hac opinione Ciuilistarum valde dubitat; ea tamen posita, cum nequeat procedere per modũ coactionis; alij dicunt, quod posset procedere per modum declarationis, hoc est, vt laicus declaret, clericum ex officio suscepto teneri restituere depositum, deinde iudex ecclesiasticus cogit ipsum restituere.

Ambrosin. vero de immun. eccles. c. 20. n. 53. Bellect. disq. cler p. 1. tit. 3. nu. 37. Car. de Graff. eff. 1. n. 855. Bonaci. de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. post Surd. lib. 3. cons. 369. n. 33. existimant prædictam Ciuilist. opinionem de iure canonico fuisse correctã, & ideo clericum, qui in iudicio seculari depositum recipit, nõ posse pro restitutione depositi coram iudice laico cõueniri, vel cogi ad restituendum: cum sit exemptus à laica potestate. Quod docent etiam *P. Duar. in Bull. cen. lib. 2. canon. 15. q. 11. n. 36. & P. Ant. Diana p. 1. resol. mor. tract. 2. resol. 21. fol. 33.*

83

83 Nono quæritur, an clericus fideiubens pro laico, de stando iuri, & iudicatum soluendo, coram iudice seculari, possit coram eodem conueniri ad soluendam dictam fideiussionem.

Dico, non posse, sed coram ecclesiastico debere conueniri, vt tradunt *Dyn. in l. 1. ff si quis in ius voc. non ierit, Car. de Graff. eff. 1. n. 1008. Ric. in prax. aur. var. ref. 83. & Ambros. d c. 20 n. 50. qui cũ Sur. cons. 396. lib. 3 n. 13.* notat, quod talis fideius-
84 sio, vti facta per clericum coram non suo iudice, non valet, & est nulla; siquidem *tex. in d. c. si diligẽti, de for. comp.* prohibet clericis se submittere iurisdictioni laicorum. & faciunt ẽt quæ tradit *de Franch. dec. 400. nu. 6. & notat Bonaci. de legib. d. disp. 10. q. 2. pu. 1. §. 1. nu. 26.* & prædicta procedunt, etiam si tempore, quo fideiussit fuisset laicus, & postea clericatũ assumpsisset, quia coram ecclesiastico conueniri debet.

85 An autem laicus fideiussor clerici sit remittendus iudici ecclesiastico.

Negat *Affl. de. 260. cum alijs, quos refert Ric. in prax. aur. var. ref. 145.*

86 Per hoc tamen non intelligitur, quin quando laicus in Cur. Episc. fideiussit, maxime in causa criminali, pro clerico, Episcopus non possit exequi pœnam fideiussionis contra ipsum, vt notat *D. Ric. ibid.* & in Cur. Arch. Neap. obseruatur, quod laici fideiussores clericorum, qui in foro ecclesiastico se submiserunt, carcerantur per Cursores prædictæ Curiæ, vt pœnam fideiussionis soluant, & eorũ bona vendun tur per eosdem de mandato Curiæ prædictæ, vt testatur *Ric. p. 2. dec 210.* Pro qua obseruantia facit, quod de iure communi laici possunt prorogare iurisdictionem Episcopi, & se eius foro submittere, *l. si qui, l. Episcopales C. de epis. audien. vbi Doct.* nec requiritur licentia superioris, *Frãc. Mar. dec. 82. post Bar. in l. 1. §. & post operis ff. de nou. oper. nunc. item adducitur text. in cap. ex rescripto, de iure iur.* vbi laicus fideiussor clerici conuenitur corã Episcopo propter iuramentũ præstitum in fideiussione, vt quotidie fit, & notant ibi *Abb. Alexa. de Neuo, & alij, & tradit etiam Car. de Graff. eff. 1. n. 980.*

87 Decimo quæritur, an clericus, qui gerit officium tutoris, aut curatoris, vel procuratoris alicuius laici, possit coram laico ciuiliter conueniri, pro concernentibus officium prædictum.

Affirmant *Gugliel. de Bened. in repet.*

repet. Cap. Raynuntius, de testa. Andr. Gail. obser. 37. n. 7. lib. 1. Soc. in c. 1. de for. comp. num. 52. Albe. Oliu. in rit 37. Cur. Arch. Neap. n. 7. Car. de Graff. eff. 1. n. 948. & Vrsill. ad Afft. dec. 24. & mouetur ex eo, quia non attenditur persona clerici, sed eorum, ex quorum persona conuenitur; Exequutio tamen contra talem clericum fiet per iudicem ecclesiasticum, vt idē Oliua notat. *Quamuis Scac. de iudi. cauf. ciuil. & crim. c. 11. n. 99. & Ambrof. de immu. c. 20 nu. 54.* contrarium teneant. s. clericum, etsi conueniatur ex persona laici, esse conueniendum coram ecclesiastico.

Coram quo autem iudice teneatur clericus tutor, vel curator alicuius laici reddere computum suæ administrationis, & à quo iudice sit dādus tutor, vel curator clerico minori. Dicemus inf. c. 14. n. 16.

88 Sed quid si clericus delinqueret in officio laicali, à quo esset puniendus.

Resp. quod esset puniendus à iudice ecclesiastico, vt tradunt communiter Doctores, & nominatim, *Clar. §. fi. q. 36. nu. 21 Bellect. disq. cler. par. 1. fol. 215. D. Reg. Tap. March. Belmon. de iure regni lib. 1. tit. 2. in Const. de personis n. 6. & Car. de Graf. eff. 1. n. 851.* Quamuis enim delinquat non amittit fori priuilegium, *Bonaci. de legib. disp. 10 q. 2. pu. 1. §. 1. nu. 24. Megala in 3. p. lib. 3. c. 11. n. 26. & Antoni. Diana p. 1. resol. moral. tract. 2. reso. 18.*

A quo autem iudice veniat puniendus clericus, qui deponeret falsum coram iudice laico. Dicemus inferius nu. *110.*

89 Sed num aliquando possit à Iudice laico cognosci de crimine clerici, nō per modū actionis, sed incidēter, per modum exceptionis, vt puta, si opponeretur, quod tanquam criminosus non esset admittendus ad ferendum testimonium, vel ad agendum.

Diuersimode sentiunt Doct. Pleriq. enim, censent, quod iudex laicus posset repellere clericum actorem, si ei opponetur delictum, propter quod non debet audiri, vt quia verberauit aliquem clericum, propter quod est excommunicatus; vel quia occidit illum, cui vult succedere, propter quod delictū ab eius successione excluditur. ita *Butr. in cap. tuam, de ordin. cogn. Clar. § homicidium, vers. priuatur, & ibi Baiar. nu. 48. Menoc. conf. 157. lib. 2. n. 14 & Peregrin. conf. 91. lib. 1. qui alios refert.*

Alij vero dicūt, quod laicus, neq. per viam exceptionis posset cognoscere de causa clerici. ita *Natta conf. 459. n. 15. lib. 3.*

Gram.

Gramm. vot.18. Alex. de Neuo in cap. verum, de for. comp. à nu. 16. cum alijs apud Car. de Graſ. eff. 1. n. 224.

Diſtinctione, denique, vtitur *Abb. in d. c. verum à nu. 18.* quem ſequitur idem *Car. de Graſſ. n. 227.* aut laicus iudex cognoſcit de crimine clerici inciden ter, vt propter tale delictum excludatur ab agendo, & procedere primã opinionem Butrij, & aliorum; aut, vt excluda tur à probãdo, ſeu, vt eius depoſitio elidatur, & tunc iterũ diſtinguit; aut clericus deponit coram iudice laico, cum licentia, & conſenſu Epiſcopi, & tunc poſse cognoſcere de crimine clerici, quia non cognoſcit vt illum puniat; aut deponit coram laico abſq. licentia ſui Epiſcopi, & tunc nequaquam poſset iudex laicus de crimine obiecto cognoſcere, quia non fuit legitimè examinatus. cum clericus non poſſit ferre teſtimonium coram laico, ſine licentia ſui Epiſcopi, vt tradit poſt alios idẽ *Car. de Graſ. eff. 10.* & conferunt notata per eũdem *Car. de Graſſ. eff. 1. nu. 1148. & 1151.*

90 Huic dubij occaſione eſt obſeruandum. Quod non eſset admittenda exceptio, vel repulſa contra perſonam teſtis ab eo, contra quem depoſuit, ſi alias eſset ab eodem approbatus, vt quia illo vſus fuit, iuxta *l. ſi quis teſtibus C. de teſtib.* vel etiã ſi nondum fuerit vſus, propterea quod nondum iurauerit, ſeu teſtimonium protulerit, ſed tãtum eius nomen deſcriptum ſit in mandato citatorio ipſius nomine expedito, vt notatur *in d. l. ſi quis teſtibus, & tradunt Bal. in l. data opera nu. 7. C. qui accuſ. non poſſ. Gram. dec. 34. n. 11. & alij quibus accedit* Campanil. *in rit. 33. Cur. Arch. Neap. n. 6.*

91 Vndecimo quæritur, an clericus poſſit cognoſci, & iudicari à iudice laico, pro contractibus, & obligationib. factis tempore quo erat laicus.

Et dicendum eſt non poſse, ſed cognoſci, & iudicari debere à iudice eccleſiaſtico. ita *Lapus alleg. 118. Feder. de Sen. conſ. 97. de Franch. d. c. 400. & alij apud Car. de Graſſ. eff. 1. num. 1251.* qui ſic teſtatur ſeruari in Regno Siciliæ, prout etiã ſeruari in Cur. Archie. Neap. fatentur *Genuen. in prax. c. 16. num. 2. & Ric. p. 1. dec. 155.*

92 Sed quid ſi clericus ſe obligauerit aliquid ſoluere certa die, deinde laicus effectus, & citatus ſup tenore inſtrumenti, ſit à iudice eccleſiaſtico cognoſcendus.

Reſp. affirmatiue, prout ſic fuiſse deciſum, teſtatur *de Thoro in comp. deciſ. Neap. verb. clericus. pag.*

pag.97. si fuerit ab eo præuentus tempore clericatus, *Frāc. de Iudice in pract. de liquidat. instrum.consid.4.n.71. & Ioā. Paul.Galt.in pract.crim.instr. in 2.ter.par.nu.13.*

93 Quomodo autem procedatur circa liquidationem instrumenti contra clericum, & de obligatione facta per ipsū ante clericatum, penès acta Curiæ sæcularis. Habes apud *Genuen.d.c.16.&Ric.d.par.1.dec. 155.& p.3.dec.188.*

Vtrum vero apoca Banco directa habens exequutionem paratam ex iure municipali huius Regni, per *Prag.64. de off. Procur. Cæs.* habeat quoque eamdem exequutionem in Curijs ecclesiasticis?

Resp. nequaquam, prout in facti contingentia fuit dictum in Cur.Arch.Neapol.vt testatur *Ric.p.4. decis. dictæ Cur.Arch. dec 249.*

94 Duodecimo quæritur, an leges ciuiles ita obligēt clericos, & ecclesiasticas personas (nam de iniustis, quæ sūt contrariæ immunitati personarum ecclesiasticarum directè, vel indirectè, vti reprobatæ in iure canonico, & ciuili, non est hic sermo)

In hoc quæsito breuibus verbis dicendum est, quod clerici, & ecclesiastici non tenentur, ex vi coactiua legibus ciuilibus, cum Princeps laicus non habeat iurisdictionem in eos, *ca. decernimus, de re iudicata, cap. seculares, de foro compet, & ca. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.* Sed tenentur clerici, & Ecclesiastici ex vi directiua, seu in conscientia ad seruādas huiusmodi leges vergentes in commune bonum, & minimè repugnantes libertati Ecclesiæ, vt docent *Vasq.par.2.disp. 167.cap.4. Molin.de iust.tract. 2. disp. 31. concl. 6. Cardinal. Bellarm. lib. 1. de cler. cap. 28. Suar.de legibus lib.3.cap.34. n. 6. Bonacina eod.tract.disp. 1.q. 1.pu.6, num.29. Eman.Sà verbo lex, num.11. Salas.disp. 14. sect.8.num.101.& alij communiter,* & hoc ea præcipua ratione, quia huiusmodi leges p canones approbātur, & quasi canonizantur, quo ad hunc effectum, iuxta tradita per *Suar. cit.loco nu.13.*

Vnde patet, quod clerici non solum tenentur edicto Principis præscribentis valorem monetarum, & taxantis pretia frumenti, sed etiam alijs legibus ciuilibus latis ob commune bonum ex vi directiua, non autem ex vi coactiua; cum nequaquam sint subditi potestati laicæ, quoad forum, & iudicia, & gaudeant immunitate fori; nec possint à laica potestate puniri ob legum ciuilium tran-

transgressionem, quamuis puniri possint ab ecclesiastica potestate ob huiusmodi transgressionem, quatenus legitimus superior expedire iudicauerit. ita *Ric.p.2.coll.dec.314. Bellect.disq.cler.p.1.fol.386.n.34 Vasq.Suar. & Bonaci.locis cit. Ambros.de immun.c.21.nu.27. Bartho.à S.Fausto in Spec. Confess.disp.6.q.43. Ant.Dian. p.1.resol.mor.tract.2. resol.7. & alij.*

Addunt quoq. *Carol.de Grass.eff. 2.n.266.& 505. Moli. Bonaci. & Barth.à S.Fausto loc.cit. cũ alijs*. quod clerici expendẽtes pecuniam vltra taxam, seu valorem à Principe præscriptũ, aut vendentes frumentũ vltra pretium lege iusta taxatum, peccant contra iustitiã, & per consequens ad restitutionem tenentur, vt per eos, & per *Ant.Ragu.in vas.ecclesˀ.discipl. sub tit. de dubijs curiosis quæsito 43.*

Vbi vero lex nõ taxauit pretia, sed illa sumuntur ex communi vsu fori, clerici tenerentur vẽdere iuxta communẽ vsum fori. Quia tunc pretium illud est iustum. ita *Barth.à S.Fausto loc.cit.& alij.*

Quod si clerici venderent falsis ponderibus, & mensuris, essẽt puniendi arbitrio iudicis ecclesiastici, vt dicemus in seq.cap. num.39.

Et vtrum ministri iudicis laici inuenientes clericos exportantes pecuniam, frumentum, & equos à Regno contra statutum, possint talia auferre. vide *Megalium in 3.par.lib.3.c.11. n.36. Rip.tract.de vbert.conseruand.n.112. & alios apud Antoni.Dian.d.tr.2.res.15.fol.30. & resol.68.f.59.*

Sed dubitatur, num iudex laicus possit procedere ex vi statuti contra animalia, & pecora clericorum, quę in alienis pascuis reperta fuerunt.

Distinctione vtitur, pro solutione, *Guttier.qui de hac loquitur pract.quæst.lib.1.q.4.nu.2.* dicens, aut iudex sæcularis intendit procedere contra personã clerici pro executione pœnæ statuti, vel ordinationis, & tũc non posse procedere: secus autem si procedit contra pecora, quæ fuerunt reperta in pascuis alienis. De hac tamen distinctione valde dubitat *Antonin.Dia.par.1. res.mor.tr.2. resol 80.fol.65.* vt per eum, cũ causa maneat ecclesiastica ratione personæ clerico um.

95 An autem clerici ligentur statuto laicorũ de causis compromittendis inter affines; ita vt ipsi possint alios compellere, & compelli ad compromittendum.

In hoc varie scripserunt Doctores; nonnulli enim indistincte

Mm do,

docent, minime ligari clericos tali statuto. ita *Bal. in cap. cum venissent, de eo, qui mitt. in poss. Dec. in cap. Ecclesiæ S. Mariæ, de const. Vrsill. ad Affl. dec. 46. Nicol. Carbon. in pract. c. 9. nu. 80. lib. 3. Gram. cons. 1. num. 33 Surd. cons. 2. nu. 16. & Blanch. in tract. de comprom. in 3. quæst. princ. nu. 32.*

Aliorum vero opinio est in contrarium, clericos ligari tali statuto. ex eo, quia cōpromittere, est de ordinatorijs iudicijs & sic respicit ordinem, & modum procedendi, & ideo ligari clericos tam actiue, quam passiue, dū litigēt in foro laicali. ita *Capy. dec. 66. Borrel. de comprom. §. 1. glo. 3. nu. 224. Grim. ad Tartagl. in prax. M. C. V. c. 3. ante vers. licet, D. Ric. Epis. Vici æquens. p. 1. collect. de. 171. & p. 3. de. 710. D. Reg. Tap. in const. odia litium nu. 3. & de Thoro in comp. decis. Neap. ver. clericus fol. 95.*

Pleriq. alij, deniq. existimant, clericos nequaquam ligari prædicto statuto passiue, sed tātum actiue; & sic non posse cogi ad compromittendum, quamuis possint cogere alios ad compromittendum. & mouentur ex eo, quia clerici gaudent priuilegiis statutarijs pro se, licet non contra se. ita *Abb. in cap. Eccl. S. Mariæ, de const. & alij quos refert, & sequitur de Gras. eff. 2. n. 414.* qui hanc esse magis communem, veriorem, & tutiorem opinionē testatur.

96 Sed vtrum clerici, ex vi statuti laicalis, possint conueniri pro iure congrui, vel laicos conuenire, prout est in nostro Regno *Const. sancimus, de iure prothomis.* ex quo de iure cōi constat, ꝙ libera est potestas alienandi in extraneum, vel in proximum, aut vicinū, vt in *l. dudum C. de contrah. emp. iuncta l. falso C. de com. rei alien.*

Aliqui existimāt, clericos actiue, & passiue ligari huiusmodi statuto iuris cōgrui. ita *Neapod. in Consuet. vbi domus, in verb. ecclesiæ, & in Consuet. si ecclesia verb. sed quid de clericis, Capy. dec. 98. Balthass. Benedell. tract. de iure prothom. ad princ. dictæ Const. sancimus nu. 121. Ioa. de Amic. cōs. 14. n. 6. Mar. Giurba dec. 25. nu. 10. & alij apud Car. de Grass. eff. 2. n. 383.* Qui fatetur rationem istius opinionis esse, quia tale statutum de retractu non est cōtra, neq. præter dispositionem iuris canonici, sed secundum illam, *Cap. constitutus, de in integr. rest. vbi Butr. & Imol. & per Matth. de Affl. in Const. sancimus in prin. sub vers. item quæro nu. 10.*

Nonnulli vero contrarium tenent, clericos non ligari tali statuto iuris cōgrui tam acti-

ue,

ue,quam passiue.ita *Præs.de Franch.de.285.quem etiam refert Ric.p.1.coll.dec.6 Campanil.in rit.22. Cur.Arch.Neap. nu.17.D.Reg.Tap. in d.Const. sancimus n.66. & de Thoro in Comp.decis.Neap. verb.Clericus fol.93.*& hoc ratione ęqualitatis seruandæ; nam sicut laicus contra clericum non pōt vti hoc statuto in foro ecclesiastico: ita nec clericus, contra laicum, eo vti poterit in foro seculari. Quod procedere in Cur.Arch.Neap. ꝑpter dictum rit.22.ait,*Prosp.Petra in annot.ad Capy.d.dec.98. & per Affl.loc.cit.nu.*11. *& Ric. p.3.dec.*180.

Alij tādem docent,clericos posse agere iure congrui contra laicos,sed laicos nō posse agere contra clericos iure congrui; cum clerici possint vti statutis, & consuetudinibus laicorum, quatenus concernunt eorum fauorem,non aūt è contra, prout de iure sancitum est.vt testatur *Bal.cons.*3. *lib.1.Crau.cons.441.n.6.lib.*3. *Molf.in Consuet.Neap.tom.1. p.2.q.7.nu.41.& to.2.cons.23. n.7.* & hanc opinionem de iure veriorem esse dicit *Matth. de Affl.in d.const.sancimus §.9 n.17.*Nec obstaret ratio æqualitatis seruandæ,propter dictā rationem, vt etiam dicemus inferius num.[illegible]. Quāuis *Car. de Graff.d.eff.2.nu.388.* distinctione vtatur pro solutione huius dubitationis, vt per eū.

97 Decimotertio quæritur,an Consuetudines Neapol. vel aliorum locorum in materia successionis,ligent clericos,& Ecclesiasticas personas.

Resp.cum distinctione, qua vtitur *Molf.ad Consuet.Neap. d. p.2. q.7.* Nam aut quæritur si ligent passiue,vt quia ille de cuius successione agitur sit laicus, aut actiue,quia nempe, agitur de bonis ipsius clerici. Si loquimur de secundo casu, actiue, est subdistinguēdū; aut agitur de successione bonorū clerici decedentis ab intestato, & habebit locum dispositio prædictarum consuetudinum, ea ratione,quia mortuo clerico,illa bona non sunt amplius personæ Ecclesiasticæ; sed potius laicorum hæredū, qui dum succedunt ad illa bona,debent succedere, seruata forma ipsarum consuetudinū. ita *Neapod.in Consuet.Neap.si quis,vel si qua,nu.247.de Ponte cons.18.n.12.*& sic fuisse decisum in Collater.Cōs. Neap. refert de *Bott.in addi.ad Neapod.in d.Consuet.sub d. n.247.* & aliqua remissiue, per *Ioan. Aloys. Morm.in Const.& Cap. Neap.fol.54.n.8.*

98 Aut agitur de successione ex testamento, vt in terminis

Consuet.Neap. in cap.*Si aliquis moriens*, & alterius incipien. *etsi testator*, ita ut dubitetur,an clericus testando debeat seruare dispositionẽ istarum consuetudinum; adeo vt non possit disponere, nisi de medietate tantum. & verior opinio est, vt clericus disponendo,non ligetur dispositione istarum consuetudinum. vt docet *Neapod.in probe.d.Consuetud.Neap.sub nu.303.& ita fuisse decisum per S.C.refert de Bottis cit.loc.nu.256.Capy.dec. 98.de Franch.dec.283.&* 411. *& hoc idem tenent Minad.in Const.Regni in aliquibus, in 2.notab.de Pont.consf.39. de Thoro,verb.clericus fo.193.& & alij, quibus accedit Bellect. p.1.disq.cler.fol.*402.*n.24.*

99 Si vero loquimur de primo casu principali,an istæ consuetudines habeant locum in clericorum, & ecclesiasticorum beneficium; est etiam subdistinguendum; nam aut agitur de successione ab intestato, aut ex testamento.

In primo casu,si v.g.moritur aliquis agnatus,vel cognatus ab intestato,pluribus relictis sibi coniunctis, inter quos aderat clericus, vel religiosus, dicendum est,quod clericus, & ecclesiastica persona simul cum laicis admittitur ad talem successionem ab intestato. ita *Neapod. in probe. Consuetud. n.252.Matthesil.sing.110. & ita fuisse iudicatum per S.C.refert de Bott.cit.nu.225. & de Franch.dec.411.*

100 In secũdo casu,de successione ex testamento,si v.g.agnatus,vel cognatus laicus disposuit de bonis suis per testamẽtum, & agnatis, vel cognatis clericis,siue ecclesiasticis, parum,aut nihil reliquit, an in hoc casu possint ecclesiastici impugnare testamẽtum,& vti beneficio istarum consuetudinum.& in hoc Doctores cõsiderant duos casus,Quorum primus est in linea collaterali. Secũdus vero in linea ascẽdenti,& descendenti.

Si sumus in linea collaterali,magis communis Scrib.opin.censet. vt ecclesiastici non possint vti beneficio istarum cõsuetudinum contra collaterales. ita *Capy.dec.98.& Præsid. de Franch.dec.*411.*n.5.& alij*, moti ea ratione,quia,vt ecclesiastici succedant in bonis agnatorum laicorum, venit potius ex dispositione iuris communis, quam per has consuetudines; sed de iure communi frater non potest impugnare fratris testamentũ, nisi quando turpem personam instituisset, vt in *l. si fratris* C. *de inoff. testam.* sed solum succeditur ab intestato, & non con-

contra testamentum in linea collaterali secundum ius cõe.

Accedit quoq. ratio æqualitatis seruandæ, qua vtitur de *Franchis d.dec.*411. nam ipsi ecclesiastici disponendo non ligantur dispositione istarum consuetudinum, vt dictum est supra nu.98. ideo conqueri non possunt, si etiam laici disponẽdo de bonis suis, non ligentur dispositione consuetudinum. Sed tantum iuris cõmunis dispositione, quoad ipsos ecclesiasticos. Quam opinionem ratione æqualitatis seruandæ in hac linea collaterali dicit æquam *Molf.nu.*41. tamen ipse nõ recedit ab opinione recepta per S.C. vt hæ consuetudines tam ab intestato, quam ex testamento procedant in beneficium clericorum, & ecclesiasticorum, quia dicuntur ciues, quoad omnia, quæ eorũ concernunt beneficium.

Nec obstat ratio æqualitatis seruandæ, quia de iure sancitum est, vt ecclesiastici possint vti beneficio statuti, & consuetudinis contra laicos, nõ autem è contra, vt laici illis vtantur contra ecclesiasticos, vt post *glo. Abb. & Scrib. notant de Franch. dec.*285.*n.*5.*Molf.nu.*41. *& per DD. apud* Car.de *Graff.eff.*2.*num.*205.414. *&* 500.

Quando vero sumus in linea ascendenti, & descẽdenti. Dicendum est, dispositionem harum consuetudinum habere locum in beneficium ecclesiasticorum, etiam dum ascendentes disponunt de suis bonis ex testamento. cum Doctores nullam faciant distinctionem, si procedant ab intestato, vel ex testamento: imo procedit in eis ratio, de qua supra, quia dicũtur ciues, quoad omnia, quæ eorum concernunt beneficium. ita *Scrib.super prædict.consuetu. & Molf. num.*40. qui testatur ita alias fuisse decisum per S.C.

102 Nec alijs consuetudinibus laicorum, ligari clericos, tenent *Capell.Tolos. dec.*154. *& & Ric.p.*2.*collect.dec.*314.*Car. de Graff.eff.*2.*n.*205. *& alij.*

103 Sed vtrũ per *Rit.* 22. *Cur. Arch.Neap.* censeantur approbatæ consuetudines Neap. dũ in ritu prædicto excipitur solum consuetudo, de iure congrui.

Alber.Oliua. in d.rit. affirmare videtur, similiter, & *Vrsil.ad Affl.dec.*310.

Contrarium tamen censet *Campanil.in d.rit.nu.*20. intelligẽdo verba dicti ritus, vt confirmatæ dicantur à Cur. Archie. Neap. omnes consuetudines Neapolitanæ loquentes de causis Salinarum, fabricarum faciendarum, vel demoliendarum,

rum, & similiũ, quib. quia illa de iure cõgrui erat cõsimilis, eamq. Curia ipsa probare nõ intendens, fuerunt in d. Ritu, addita illa verba, excepto iure congrui, vt ex lectura eiusdem ritus colligi videtur.

104 Decimoquarto quæritur, An clericus in feudalibus teneatur subire iudicium coram domino feudi, & coram ipso conueniri.

Affirmant Doctores in *Cap. verum, & Cap. transmissa, de foro comp.* atq. ita de consuetudine seruari testatur *Arbcid. in cap. vnico, de cler. coniug.* & hanc esse magis communem fatetur *Clar. in §. feudũ q. 90. vers. & hæc. quam sequuntur Tol. in sum. lib. 5. c. 56. Reginal. li. 9. n. 351. de Francb. dec. 545. Genuens. c. 9. n. 5. Sayr. de cens. lib. 3. c. 19. n. 5. Farinac. de inquis. q. 8. Bonac. de legib. disp. 10. q. 2. pu. 1. §. 4. n. 4. Ambrosi. c. 20. n. 56. & Camil. de Laratha cons. 96. n. 7.* cõtra nonnullos alios, quorum opin. fatetur esse cõmunem *Guid. Papa dec. 139.* ratio est, quia non dicitur iudicari ratione feudi, vt persona ecclesiastica, sed vt Princeps, vel Dux, secundũ *Bar. & alios Scrib. in l. si quando, C. de appell. & Iacob. de S. Geor. de feu. in vers. & dicti vassalli, Neapo. in consuet. Regni, in proem. §. præfatus nu. 300. & Affl. in const. Regni si quis clericus, & Paul. Layman. l. 4. tract. 9. c. 4. n. 3.*

105 Quod intellige esse verũ, quando clericus pro feudo coram seculari conuenitur, intẽtando petitorium, & sic quando de proprietate sola agitur. Secus vero si iudicio possessorio impetitur; nam tunc causa possessorij, est agitãda coram ecclesiastico iudice, vt intelligit, & declarat *Luc. de Pen. in l. vnica C. de rei postul. lib. 10. quẽ refert, & sequitur D. Reg. Tap. Marchio Belmon. lib. 1. de iure regni titul. de epis. & cler. pag. 21. & per Car. de Graff. eff. 1. n. 732.* Quamuis aliter fuisse iudicatum referat *de Thoro in Comp. decis. Neap. verb. clerici pag. 93.*

106 Obseruandum tamen est, quod licet clericus ratione feudi cogatur litigare coram domino feudi, in his quæ feudum respiciunt; non tamen potest astringi, vel de aliquo delicto condemnari ab ipso domino feudi laico, secundum *Innoc. Abb. & Ioa. And. in cap. verum, de iudi.* nam vbi agitur de delicto, siue criminaliter, siue ciuiliter, tunc solus ecclesiasticus cognoscit, *Surd. cons. 396. n. 32. l. 3. Farin. d. q. 8. nu. 22. Ambrosin. d. c. 20. num. 59. Menoch. d. retin. poss. remed. 3. nu. 402. & alij apud Bellect. d.*

p. 1.

p.1.disq.cler.fol.214.nu.11. & *Paul.Layman.cit.loc.*

Sed qd si ageretur cõtra clericũ vassallũ ad amissionẽ feudi criminaliter, aut ciuiliter pro crimine. vide tradita per *Innoc. in cap.verũ, de for.comp.Gugl. de Bened.in repet.cap. Raynuntius, de testam. Surd.consf.193. lib.2.num.15. Intrigl.de feud. cent.1.q.56.num.255.Corrad. Scrader.in tract.de feu.p.1.q.2 Car.de Graff.eff.1.nu.726.* & *eff.2.à nu.221.Paul.Laym. cit. loc.* & *per alios.*

107 Decimoquinto quęritur, an laicus cõdemnatus in exiliũ à iudice sęculari, si fiat clericus, & rumpat exiliũ, possit ab eodem iudice puniri pro fractura exilij.

Resp: negatiue, sed ab ecclesiastico puniendus erit. cũ sit nouum delictum à persona, cuius status est mutatus, & effecta exempta. ita *Præs. de Franch. decis.395. D.Reg. Tapia lib.1. de Iure regni tit.2.n.33. de Põte de potest.Proreg. tit.7.§.7.n. 16.Car.de Graffis eff.1.n.1140. de Thoro verb. clericus, Valasc. lib.1.consult.to. 1. consult. 48. fabius de Anna lib. 2.consf.140. nu.12. Ric.p.3. dec.302.* & *alij apud Paul.Layman.lib.4.tract. q.c.4.nu.12.*

Imo etiam, si quis fuerit bãnitus, vel foriudicatus tempore, quo erat laicus, & durante banno effectus sit clericus, liberabitur à iurisdictione iudicis laici. ita de *franchis decis. 209.* & *384. Car.de Graffis loco cit.n.1138.* & *alij.*

108. An autem, si clericus in minoribus ordinibus constitutus relegatus à iudice ecclesiastico, durante relegationis tempore efficiatur laicus, relicto habitu clericali, & frangat relegationem, possit pro fractura ab eodem ecclesiastico puniri.

Negat *de Franchis d. decis.395.* eadem ratione.

Contrarium tamen seruatur in Cur. Arch. Neap. vt fatetur *Genuens. in prax. c.9.nu.3.* ex eo, quia imutatio fori post sentẽtiam, non mutat prioris iudicis iurisdictionẽ, sed iurisdictio iudicis ordinarij durat, vt possit perpetuo suam sententiã tueri, & non obseruantes coercere, ne reddatur elusoria, *l.1.ff. ne vis fiat ei, glo.* & *doct. in c. quęrenti de offic. deleg.* ergo ad ecclesiasticum pertinet, alias eius iurisdictio redderetur elusoria

Nec est eadem ratio in laico effecto clerico post relegationem. Quia persona clerici est exempta, vt non possit puniri à laico, vt post alios, docet *Ant.Dian.p.1. resol.mor. tr.2. resol.118.fol.80.*

109 Decimosexto quæritur, si cle-

clericus in minoribus constitutus delictum committat, & postea habitum, & tonsuram relinquat, vel vxorem ducat; an puniendus veniat per iudicem ecclesiasticũ pro delicto commisso tempore clericatus.

Resp. ab ecclesiastico esse puniẽdum. Quia attenditur status, in quo delinquens erat tempore delicti. ita *Gramat: decis. 10. Camill. de Curte in diuersor. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 114. Clarus § fi. q. 36. n. 9. Genuens. d. c. 9. n. 2. de Franch. decis. 417. Francis. Mazzia in add. ad pract. Frãc. Ant. de Iud. de liquid. & exeq. instrum. n. 71. Anton. Diana p. 1. resol. mor. tract. 2. resol. 32. fol. 39. & resol. 118. & alij cõmuniter, vt testatur Farina. tract. crim. q. 8. n. 66. & ita seruari in Cur. Arch. Neap. fatetur Ric. p. 2. dec. 113.*

110 Decimoseptimo quęritur, an clericus deponens falsum coram iudice seculari, possit per ipsum iudicem puniri.

Et minime puniri posse per iudicem laicum, fatendum est vt tradunt communiter doct. & nominatim *Clarus quęst. 38. Capy. decis. 5. n. 13. Afflict. decis. 230. de Franch. decis. 545. n. 6. D. Regens Tapia de iure regni, in constit. de personis n. 27. Ric. in praxi aur. resol. 140. & 483. & Bonaci. de legib. disp. x. q. 2. pu. 1. §. 1. n. 18.*

Num autem clericus, de dicta falsa depositione facta coram laico, possit puniri per suum iudicem competentem.

Et nequaquam posse puniri, cẽsuit Cur. Arch. Neap. vt testatur *Ric. p. 4. dec. 81.* rationibus per ipsum relatis.

Si vero laicus deponeret falsum coram ecclesiastico, posset ab eodem ecclesiastico puniri, vt tradũt *Couar. pract. quæst. c. 18. nu. 8. Affl. dec. 219. Capel. Thol. dec. 379. de Franch. dec. 149. & alij.*

111 Sed vtrum, eo casu possit cognoscere laicus de falso coram eo commisso à clerico, ad hoc tantum vt irritetur, & annulletur eius depositio.

Affirmant *Innoc. Abb. & Felin. cap. verum, de for. comp. & alij apud Car. de Graf. eff. 1. n. 115 & diximus supra nu. 89.*

112 Decimo octauo quęritur, an iudex laicus possit procedere, & punire clericum pro crimine assassinij.

Affirmant *Abb. & DD. communiter in c. 1. de homic. in 6.* & sic seruari testatur *de Franch. dec. 176. Capy. dec. 112. Gram. in vot. 8. conditoris machinæ, Muscatell. in pract. crim. rubr. de homic. med. mand. nu. 86. Reg. Tap. in const. Regni de personis n. 12. Farin. de inquis. q. 8. n. 86. Maceraten. lib. 3. variar. res. 2. n. 9.*

n.9.& meminit Ric.p.4.de.292 & alij apud Thorum Compen. decis.Neap.verb.clericus fol.96 Præcedēte tñ declaratione ec clesiastici,ex Bulla Clem. VIII. *die* 18.*Decembr.1595*.de qua per *Nouar.concl.vnica, de assassin.* & ex recentiori sententia probant *Bonacin. de legib. disp.10.q.2.pu.5.§.4.Ambrosi. de immun.& libert.eccles.c.17. num.*10. *Antonin.Dian.par.*1. *resol. moral. tract.2. resol.51. & sequitur Car. de Grass.eff.1. num.841. & eff.2. num 164.* iuxta quam Bullam fuisse decisum, ostendit *Mastril.decis. 288.par.*3.*num.19.* Quamuis *de Thoro verb. iudex secularis fol.*294.referat fuisse per laicū processum contra clericum imputatum de assassinio, & constito de assassinio fuisse per ipsummet latam declaratoriam, vt refert etiam *Car.de Grass.eff.*1.*n.673.*

113 Assassinus autem vocatur, qui pecunia,alioue pretio cōductus, christianum occidit, vel de eo recipiendo conuenit , pro interficiendo aliquem Christianū, *Decia.tract. crim.lib.6.c.28.n.*18 *Clar.§.assassin. Ric.p.*1*.dec.*112. *& alij apud* Car.de Grass.*nu.699. & 703.*

Sed an mandans vulnerare , vel vulnerans pro pecunia, & similia, dicatur committere assassinium . vide *Tapiam, Muscatell.& de Franch.loc.cit. D. Rouit.in pragm.12.de abolut. Nouar.cit.Car.de Grass.n° 684 & Ric.in prax.aur.resol.36.& 37.& p.*1.*d.dec.*112.vbi pcipue refert fuisse resolutum in Cur. Archie.Neap.quod mandans vulnerare aliquem,pecunia mediāte, non sequuta morte, non dicatur assassinus ad effectum, vt confugiens ad ecclesiam,illius priuetur immunitate. & idem dicit *par.*3.*dec.*232 vbi etiam refert,pluries fuisse resolutum in d.Curia,non esse puniendum tanquam assassinum,recipientem,aut dātem, pecunias ad vulnerandum,vel verberādum, aut quid simile; licet grauetur delictum propter interuentum pecuniæ.

114 Est tamen obseruandum. quod licet iudex secularis possit procedere cōtra clericum assassinum,&illum punire,iuxta dicta in præced.quæsito;poterit quoq. iudex ecclesiasticus contra eumdem clericum procedere. nam iurisdictio nō est priuatiue quo ad iudicem ecclesiasticum, sed cumulatiue ; & sic locus erit preuētioni. in tantum,quod si talis clericus fuit punitus ab vno,non poterit puniri ab alio.*Baiard. ad Clar.§.fi.q.*35.*n.*37. *Car.de Grass.eff.*1.*n.*717. *& nu.*1289. *&per Antonin Dianam par.*1*.*

Nn *resol.*

resol.moral.tract.2. resol. 107. *fol.76.*

115 Decimonono quæritur, an iudex laicus possit cognoscere, & punire clericum pro crimine læsæ Maiestatis.

Et nequaquam posse fatendum est. vt refert fuisse decisum, *de Franch.dec.*691.& dicemus infra c.15. clericus enim, proprie non dicitur committere crimen læsæ Maiestatis humanæ; cum non sit verè subditus, *Clar.d.§.fi.q.36.n.23. & in §.læsæ Maiestatis, & alij.* vt dicemus in eodem c. 15.

116 Vigesimo, & vltimo quæritur, à quo sit cognoscendus clericus pro delicto falsæ monetæ, vel ipsius tonsionis.

Resp. debere cognosci per iudicem ecclesiasticum, nō autem per laicum. vt fatentur *de Franch.d.dec.*691.*num.7.Boss. tract.crim.tit.de foro comp.nu.* 134.*Clar.d.q.36.n.20.* qui asserit, hanc esse communem opinionem, & sequitur *Car. de Grass.eff.1.n.345 & 576.*

117 Et nouissime contra monetarios fuit publicata Bulla S.D.N. Vrbani VIII. sub datū Romæ idid. Nouembris 1627. quæ incipit: *in suprema Pastoralis specula.* vbi præcipue sūt hæc verba.

Nos motu proprio, ac ex certa scientia, meraq. deliberatione nostris, ac de Apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione, statutum, voluntatem, & mandatum Pij prædecessoris præfati tenore præsētium approbamus, confirmamus, & innouamus, ac ad omnes, & singulas personas ecclesiasticas, etiam quomodolibet exemptas tam seculares, quam cuiusuis Ordinis, Cōgregationis, Societatis, & Instituti, etiam de necessitate exprimendi; necnon militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis S.Io. Hierosol. regulares non solum in statu ecclesiastico mediate, vel immediate Nobis, & Sedi Apostolicæ subiecto; sed etiam in omnibus, & singulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, & locis in Italia dumtaxat existentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut exponere præsumpserint extendimus, & ampliamus. Volentes, vt culpabiles in præmissis reperti (præuia degradatione) Curiæ seculari puniendi tradantur. Pecunias vero sic, vt præfertur, adulteratas scienter detinentibus, seu de loco ad locum trāsferētibus; aut materiam, instrumenta, siue opem ad præmissa præstantibus, pœnam triremiū per decennium imponimus: & cognitionem causarum huiusmodi

modi, quoad personas ecclesiasticas præfatas tam seculares, quā regulares in Prouincijs Nobis, & Sedi præfatæ subiectis ad S. R. E. Cardinales in eisdem Prouincijs de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore existentes; in alijs vero omnibus, & singulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Castris, & locis tam sub nostra, & dictæ Sedis, quam cuiusuis alterius Principis ditione, in Italia tantum comprehensis, priuatiue quoad omnes, etiam Superiores Religiosorum, ipsisq. Superioribus penitus exclusis, ad Ordinarios locorum spectare etiam volumus, &c.

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. VIII.

De Priuilegio immunitatis, & exemptionis à gabellis, exactionibus, & tributis laicalibus.

SVMMARIVM.

1 *Quo iure est hæc immunitas.*
2 *Hoc priuilegium est personale.*
3 *Imponentes, & exigentes gabell. à cler. in quas censur. & quando incidant.*
7 *Qui clerici gaudeant hac immunitate.*
9 *An cler. coniugatus, aut bigamus.*
11 *An clerici Græci.*
12 *An vxor clerici Græci.*
13 *An filij legitimi clericorum.*
14 *Regulares professi, conuersi, & nouitij vtriusque sexus gaudent hoc priuil.*
15 *An Fratres, & Sorores Tertij Ordinis.*
16 *Milites S. Ioannis, S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ gaudent eo priuilegio.*
17 *An famuli, & seruitores clericorum.*
19 *An familia clericorum, eo priuilegio gaudeat in absentia clericorum, quorum expensis alimentatur.*
20 *An Coloni Ecclesiæ, aut Clericorum*

 corum

eorum gaudeãt hac immunitate.

28 An emptor bonorum ecclesiæ, & clericorum gaudeat hac immunitate

29 An conductores rei ecclesiæ, vel clericorum pro re conducta gaudeant.

30 An conductor bonorum ecclesiasticorum possit conueniri coram ecclesiastico.

31 Si clericus conduceret aliquod prædium, an gaudeat immunitate pro fructibus prædij conducti.

32 An clericus negotiator teneatur soluere gabellas.

33 Et à quo compellendus ad prædictam solutionem.

34 Pro quibus bonis clerici gaudeant immunitate.

36 An pro bonis acquisitis ante clericatum.

38 An pro bonis eorum, quæ venduntur tam ad grossum, quã ad minutum.

39 Tenentur vendere bona prædicta iusta, & approbata mensura, & iusto pretio

41 Et an pretio taxato per statutum laicale.

42 An gaudeant pro bonis emptis, vel donatis.

47 Quid si donatio, vel cessio esset in fraudem.

48 Quando præsumatur fraus in casu prædicto.

49 An præsumatur fraus, si frater laicus donauerit omnia eius bona, vel maiorem partẽ fratri clerico.

50 Vel si donans post donationem reperiatur possidere, prout prius.

51 Quid si instrumẽtum donationis in tali casu cõtineret promissionem factam ex causa donationis.

52 Vel si probetur, quod res fuerit reuersa ad donatorem ex nouo titulo

53 Aut si donator respondet donatori de fructibus.

54 An præsumatur donatio in fraudem, si pater habens plures filios, vni donauit maiorem partem bonorum.

56 Si res laici peruenirent ad clericum cum pacto, vt ipse clericus teneatur ad collectas in futurum, an teneatur.

58 Quid si bona clerici essent communia pro indiuiso cum fratre, vel alijs laicis.

59 An bona, quæ clericus dedit in emphyteusim, gaudeãt immunitate.

65 Vtrum clerici in aliquibus casibus teneantur contribuere collectis impositis pro communi necessitate.

66 An cognitio, si competat immunitas clericis, vel ne pertineat ad ecclesiast. iudicem, vel secularem.

68 An possint clerici donare, aut vendere quod ei superesset de immunitate taxata.

Octa-

OCtauum clericorum Priuilegium est immunitas, & exemptio à gabellis, collectis, alijsq. laicalibus solutionibus. Quam immunitatem, & exemptionem habent de iure Diuino, vt constat ex *Genes. c.47. & meminit Ioseph. de antiquit. iud. lib.2. cap.4. item ex lib.1. Esdrae c.7. & refert idem Ioseph li.xj. c.5. & habetur Matth. c.17 quem locum S. Hiero. in d. c.17. Matthei, & S. August. in 1. lib. de quaest. Euang. q.23.* exponũt
1 etiam pro ecclesiasticis Et nõ solum de iure Diuino; sed etiã de iure canonico, & ciuili, & ex communi sententia Canonistarum, & Ciuilistarum, Clerici sunt immunes à praedictis gabellis, collectis, vectigalibus, &c. De iure canonico cõstat ex *cap. clericis, de immun. eccl. in 6. cap. quamquam, de censibus in 6. cap. non minus, de imm. eccl. c. generaliter §. nouarum, §. placet 16. q.1. & ex Trid. sess.25. c.20. de reform.* De iure ciuili patet *in l. placet C. de sacros. eccl. & authen. omnis item nulla communitas, eod. tit. & in l. vniuersi C. de vectigal.* Deniq. ex communi omnium sententia, vt tradunt nominatim *glo. in d. cap. quamquam, & ibi Ioa. Andr. Archid. & alij, Bertach. in tract. de gabell. p.7. nu.10. & 19. to.12. fol.64. Guid. Pap. dec. 381. Duen. regul. 100. Menoch. de arb. iud. cas. 562. nu.16. Car. de Graff. de effect. cler. eff. 3. n.3. Zerol. in prax. epis. ver. clericus §.9. Paul. Layma. lib.4. moral. theol. tract.9. c.8. Couar. pract. q.31. n.9. Molin. de iust. tom.3. disp.671. n.5. Bonac. de cõtract. disp.2. q.9. pun.2. nu.8. Garc. de benef. p.1. c.31. Molf. in summa p.2. tr.12. c.22. n.158. Ill. D. Regens Tapia Marchio Belmontis in decis. supremi Italiae Senatus dec. 8. nu.35. & Suar. lib. de defens. fidei Cath. contra Reg. Angliae lib.4. c.9.*

2 Hoc autem immunitatis Priuilegium est psonale; cum sit clericis concessum, vt summi Dei cultus frequentiores sint, *d. c. non minus, vbi Card. & Anch. & Abb. in cap. secundum, de censib.* cumq. hoc priuilegium consequantur bona respectu personae clericorum, sequitur ꝙ extincta, & mortua persona, extinguitur priuileg. *cap. priuilegium, de regul. iur. in 6. & notat post alios Car. de Gr. eff.2. n.38.*

3 Imponentes vero, aut exigentes gabellas, vel alia vectigalia, & tributa à clericis, aut ex eorum bonis, incidunt in excommunicationem latam in *d. c. quamquam, de cens. in 6.* & in aliam excommunicationem latam in Bulla coenae Domini

mini, vt tradunt *Paul.Laym. cit.loc. & alij*. Inter quas censuras est differentia: nam qui exigit tributa à clericis, quæ ipsis clericis non fuerunt imposita, non incurrit censuram latam in Bulla cœnæ, sed eam, quæ est lata in *d.c.quamquam*; cum in Bulla cœnæ dicatur: *Imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt*. vbi notanda est illa particula cõiunctiua (&) Ita *Reginal.li.11. de abso.ab excom.n.379.Prosp. de August.ad Quarant.ver.vectigal,& alij apud Bonaci. d.q. 9.pu.2. n.13. quamuis Molin. disp.670.* existimare videatur incurrere censurB. ullæ cœnæ.

4 Vnde sequitur, quod si exactores Gabellarũ, qui ad portam ciuitatis, vel in alio loco designato ad illas exigendas præponuntur, exigerẽt tributa, aut gabellas, etiam à clericis transeuntibus, dummodo in impositione ipsarum gabellarum, nulla sit facta mentio clericorum, non inciderent in excommunicationem reseruatam contentam in dicta Bulla cœnæ, vt notant *Exponentes dictam Bullã, & Bonac.loc.cit.* Sed tunc tantum inciderent in excommunicationem contentam in *d.c.quamquam*, quæ nõ est reseruata Summo Pontifici, sed eius absolutio posset obtineri de licentia Episcopi prævia satisfactione. ita *Addit. ad Quarant.loc.cit. vers.vt autem, Reginal.lib.9.num.376.& 381.Tolet.in summ.lib.1.c.21. Caiet.ver.excomm.nu.39. qui cum Suar.de cens.disp.23.sect. 4.nu.21.* censet posse excusari etiam eb excommunicatione contenta in *d.c.quamquam*, si reciperent aliquid à clericis non petendo tanquam à debitore, sed rogando simpliciter. cum verbum, exigendi, seu extorquendi, quo vtitur Sũmus Pontifex connotet aliquam coactionem, & inuolũtarium, vt per eos.

5 Ad incurrendam aũt censuram contentam in dicta Bullæ cœnæ, vt patet ex verbis eiusdem Bullæ, sufficit: Si quis auxilium, vel consilium, aut fauorem præstet ad imponenda talia tributa quoad clericos; vel ad exigenda imposita, siue exigat per se, siue per alium. Item sufficit, nõ solum si directe gabella imponatur clericis, vel eorum bonis; sed etiam indirecte, ita vt damnum redũdet in clericos; vt esset si fieret statutũ, per quod coloni clericorũ, vel eorum consanguinei grauioribus onerib. afficerentur. Quia tale statutum afficeret, & grauaret clericos indirecte. In Bulla, enim, dicitur, directe, vel indirecte. ita *Vgoli. de cens.Papæ reser.c.18.Addit.*

ad Quaran.cit.verſ.item huius, & alij.

Item ſufficit, ſi quis exigeret tales gabellas, vel alia onera à clericis, etiam ſponte dantib. nõ quia ſit inhibitum aliquid accipere à clericis donãtibus propria ſponte, & voluntate omnino libera, & abſoluta; ſed quia eſt prohibitũ aliquid accipere tanquam ſibi debitum, vel ex impoſitione onerũ, etiam ſi accipiatur abſque alia vi, & coactione, vel præuia petitione, vt eſſet quando clericus ad euitandas moras, & contentiones, eligeret aliquid eis offerre, & præſtare, non valens alio modo ſe iuuare, quia tũc diceretur inuitus, & non ſponte ſoluere, vt tradunt *Suar.diſp.41.ſect.2.n.99. Addit.ad Quaran. & Bonacin. cit.loc.*

6 An autem bona patrimonialia clericorum comprehendãtur in prædicta prohibitione Bullæ cœnæ, ita vt nequaquam licitum ſit ex bonis ipſorum tributa exigere.

Et dicendum eſt comprehendi iuxta tradita per *Vgol. d.c.18. §.3. Molin.to.3.tr.2.diſp.671. Sayr.lib.3.de cenſ.c.22.num.9. Tolet.d.l.1.c.29. Addi.ad Quarant.cit. Suar. de defenſ. fidei lib.4.c.24. Reginal.lib.9.c.25. n.379.& alios. Quamuis aliter ſentiat Nauar.c.27. num.61,* cũ hoc colligatur ex illis verbis Bullæ: Eorum, & eccleſiarum, & beneficiorum bonis. nam particula illa, *eorum*, cõtra diſtinguitur ab illa particula, *eccleſiarum, & eccleſiaſticorum beneficiorum*, vt notat poſt alios *Anto.Dian.p.1. reſ. mor.tr.2.reſ.39.*

His præmiſſis, vt huius priuilegij neceſſaria, & vtiliora pateant, ſuccinctè diſcutiemus de infra ſcriptis, ſcilicet.

Qui gaudeant, vel ne hoc priuilegio immunitatis à nu. 7.

Et pro quibus bonis hac immunitate gaudeant, cum reſolutione nõnullorum dubiorum, à num.34.

PRIMA DVBITATIO.

7 QVI gaudeant, vel ne hoc immunitatis priuilegio.

Pro ſolutione dico Primo, eo gaudere omnes clericos, ſiue in ſacris, ſiue in minoribus, & primæ tonſuræ, *gloſ.in cap. ex literis, in ver.obligata, de pigno. & in cap.fin.de vit.& hon.cler. ver.facultas, & alij communiter.*

Similiter dicendum eſt, eodem priuilegio gaudere alios clericos, quos canonis, atq. fori priuilegio gaudere, diximus in cap.proxime præcedentib.

8 An autem clerici primæ tonſuræ, vel in minoribus ordinib.

dinib.constituti debeant habere omnia requisita præscripta à S.C.T.*sess.23.c.6. de reform.* vt gaudeant fori priuil.de quibus in cap. præced. vt etiam hoc immunitatis gaudeãt priuilegio.

In hoc dubio, *Molf.in summa tr.6.c.10.n.15.& 65 & Bonacina de censur.d.disp.2. q.4.pu. 2.n.1.& de contract.disp.2.q.9 pu.2.num.1.& alij apud Paul. Layman.lib.4.tract.9.c.7.n.3.* tradunt quod tales clerici, si incedant in habitu, & tonsura,& de mandato Episcopi inseruiant alicui pio loco, sunt immunes ab omnibus gabellis, tributis, & alijs oneribus. Quod etiam fatetur *Barbos.de off.episc.p.2.alleg.13.nu.4.*

Ipse vero cum *Sanch. in summa 2.tom.li.7.c.13.n.34.*existimo, clericos prædictos,etiam nullam dictarum conditionum,vt gaudeant fori priuilegio,vt supra, seruantes, hoc frui priuilegio. Quia cum S. C. T. eas conditiones,ad solum fori priuilegium retinẽdum, petierit, id non est extendendum,vt sit necessarium ad retinenda cętera priuilegia; nam priuari clericalibus priuileg. est odiosum, & ideo restringendum, prout diffusius dicemus infra c.12. & secundum hanc partẽ refert responsum Sac Congr. *Anton. Dian. p.1. resol.moral. tr.2.resol.36. fol.41. ex Comitolo in respons.mor lib.6.q.20.*

9 Sed an clerici coniugati cũ vnica,& virgine hoc immunitatis priuil.gaudeant,pro bonis proprijs.

Resp. negatiue secundum *Duen. regul.100.n.10. per tex.in cap. vnico,de cler.coniug.in 6.& ibi glo.in verb. in cęteris. Idemq. tenent Bertach. in tract. de gabell.par.2.num.17. Guid.Papa dec. 83.Ric.in prax.for. eccles. resol.253.Couar.qui de communi testatur,pract.quæst.cap.31. nu.9.D.Reg.Tap.de iure Regni lib.1.tit.de episc. & cler. nu.30. Abb.cap.ex parte,de cler. coniu. Prosp. de August.ad Quarant. verb.vectigal, Sanch. de matr. lib.7.disp.46.n.16.& alij apud* Car.de Gras.eff.3.n.44.Quamuis quoad onera personalia gaudeant immunitate, vt notat *Molf.in sum.p.2.tract.12. c.22.n.165.* Qui ẽt ait,stãdũ esse consuetudini, si tales clerici alia,gauderent, immunitate,quoad bona.

10 Et tanto magis cler. bigamus non gaudebit hac immunitate, vt per *Suar. lib.de defens.fidei,lib.4.c.28.& alios.*

11 De clericis Orientalibus, qui Græci appellantur, dicendum est,eos gaudere hoc priuilegio;cũ vere,& quoad omnia sint clerici, & personæ ecclesiasticæ, licet vtantur legitimo

timo

timo matrimonio, cum vnica, & virgine contracto in habitu laicali, vel dum erāt in minoribus, vt dictum est supra cap.6.num.20 ita *Campan.super cap.Regni Neap.cap. 98. n. 17.Car.de Graffis effectu.3.nu. 46.Prosp. de August. cit. loco. Camil.de curte in diuers. feud. p.2 cap.2.num.90. Molfes. in summa d.tract.12.cap. 22. nu. 164. & Bonacina de contract. disp.2.q.9.pun.2.num. 2.*

12 Hac quoque immunitate gaudebit vxor legitima dicti clerici græci, cum vxor clerici gaudeat eodem priuilegio, prout eius vir. ita *Ferret. cōs. 167.lib.1. Masull. ad* Capyc. *decis.76.Car.de Graffis eff.3.n. 137.Duennas regul.100. num. 2.& alij.*

13 Hanc eamdem immunitatē obtinebunt, etiam filij legitimi clericorum, durante vita eorum patris, cum pater, & filius reputentur vna, eademque persona. ita *Duennas nu. 2.& Car.de Graffis num. 133. post Bald.in l.1.* C. *de epis. & cler.*

14 Dico secundò, hoc immunitatis Priuilegio potiri omnes regulares professos, conuersos,& nouitios, sicuti etiā moniales,nouitias,& conuersas,vt dictum est cap. præced. de fori priuil.num. 41. itaut durante nouitiatu,bona nouitij neque collectari possint,vt tradunt *Abb.in cons. 53.lib.1. num.2.Bar.in auth.ingressi* C. *de Sacrosan.Eccles.nu. 4. Car. de Graffis eff.3.num. 131. & alij.*

15 De fratribus, & sororibus tertij ordinis San. Dominici, & S.Franc.Dicendum est,prout diximus cap.præced. num. 42.de fori priuil. iuxta terminos *constit.Leonis X.incip. dū intra,relatæ per Quarant. verbo,priuilegia regular.*

16 Dico tertiò, hoc priuilegio immunitatis gaudere milites S.Io.Hierosol. Sancti Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ,& similes, vt diximus de foro priuilegio in cap.præced.num. 46. & tradunt *Bobadill.in sua politica lib.2.cap.18. num. 264. Barbosa p.2.all.13. num. 14. Anton.Diana p. 1. resol. mor. tract.2.resol.49. & Nau.cons. 23.de regular.*vbi de militibus S.Stephani.

17 Dico quartò,hoc priuilegio immunitatis à solutione collectarum, seu gabellæ, vel receptionis hospitum,gaudere famulos, seu seruitores clericorum.*l.2.*C. *de episc. & cler.* familiares enim comprehenduntur in priuilegio domini, *Oltrad.cons.293. Carauita super ritu M.C.V.ritu 46.num. 27.& post alios Ricc. in praxi aurea resol.393.*

Oo Hac

Hac tamen immunitate gaudebunt prædicti quandiù erũt
18 in seruitio, cum fauore dominorum habeant hoc priuilegium, vt tradit *Car. de Graffis eff. 3. num. 153. et per Bellect. p. 1. disquisit. cleric. fol. 365. n. 2.*
19 Sed vtrùm eadem immunitate gaudeat familia clerici, quæ in eius domo commoratur in absentia legitima ipsorum clericorum, & ad quorũ expensas alimentatur, vt esset famuli, mater, soror, & alij pauperes consanguinei, quos alere consueuit, & teneretur.

In hoc dubio, *Viui. decis. 88. num. 5.* nonnullas auctoritates, & iura allegat, & concludit gaudere, asserens, quod ita fuit alias decisum in Audientia Apuliæ in anno 1583. ad fauorem familiæ cuiusdam clerici lucerini, & sic pertransit *Carol. de Graffis d. effectu 3. num. 306. ac refert, & sequitur Ricc. in praxi aurea resolut. 329.*

Et quod clerici gaudere debeãt eadem immunitate pro parẽtibus, fratribus, siue alijs pauperibus consanguineis, si misericorditer proprijs ipsorum clericorum sumptibus alimẽtãtur, ex quo non habent, vnde alias viuere possint, fuit etiam decisum per Regiam Cameram Summariæ sub die 23. Septembris 1541.

Et quod clerici, loco famuli, possint habere aliquem ex consanguineis, & gaudere eadem immunitate, ac si esset famulus, fuit quoque decisum per eamdem Regiam Cameram, sub die 10. Iulij 1554. ad instãtiam capituli, & cleri terræ terlitij.

20 Sed dubitatur primò, an laici coloni Ecclesiæ, aut clericorum gaudeant hac immunitate.

In hac dubitatione, distinctione vtendum est, nam aut sunt coloni partiarij, aut perpetui, aut conductitij, & ad tempus.

21 Si sunt coloni partiarij, tũc proportione tãgente ipsis clericis gaudebunt hac immunitate, secus pro parte fructuũ eis contingentium, cum eorũ pars minimè sit priuilegiata: nam eo ipso, quod fructus sũt à solo separati, pars cõpetens colonis non est amplius Ecclesiæ, vel clericorum, nec in eorum dominio, sed transit in dominio colonorum, qui sunt laici. ita *Feder. de Senis consi. 111. P. Marcell. Megalius cõs. 75. Berth. tract. de gabellis p. 7. num. 13. fol. 64 Zerola in praxi ep. verbo clericus, §. 9. Bellec. p. 1. disquis. cler. fol. 365. Surd. cons. 301. num. 89. lib. 3. Car. de Graffis eff. 3. num. 56 Vrsill. ad Affl. decis. 129. Add. ad decis. de Franch decis. 79. nu. 11. & D. Regens Tapia lib. 1. de iure regni*

gni

gni sub tit. de epis. & cler. fol. 29. Qui addit, quod si ex hoc indirectè grauarentur clerici, scilicet, quia grauantur nimis rustici,& coloni eorum, ita quod non inuenirent, qui velint laborare possessiones eorũ non esset hoc tolerandum à Prælato; Idemque sentiunt *Vinc. de anna sing. 99. Berth. n. 15. Fed. de Senis cit. Car. de Grassis num. 71. Bellectus cit. fol. 365. num. 5. & P. Marcell. Megalius d. cons. 75. n. 6.*

22 Si verò sunt coloni perpetui,ac ascriptitij Ecclesiæ, & clericorum; dicendum est eos gaudere omni immunitate clericis,& ecclesiæ concessa. ita *Abb. in cap. non minus, de imm. Eccl. Ripa tract. de peste, in tit. de remed. ad conser. vber. num. 128. Fed. de senis cit. num. 10. Thesaur. decis. 116. n. 12. Dueñas, regul. 100. & alij.*

23 Si denique sunt coloni conductitij, nõ potiuntur hac immunitate ex persona dominorum, cum Priuilegium hoc sit personale. *Bertach. d. p. 7 num. 16. Ruin. cons. 157. lib. 3. num. 9. Abb. in cap. ex parte. 1. de decimis, & alij, apud Car. de Grassis num. 62. Qui tamen nu. 69. ex Anch. in cap quanquam, de censibus in 6. & Bursat. cons. 42. num. 17. lib. 1.* dicit, quod si

24 prælatus nomine proprio fũdos suos coleret per proprios operarios, non tenebitur aliquid soluere pro parte rustica vt etiam *Additio ad decis. 79. de Franchis num. 11.* ait, si Monachi, & Ecclesiastici vellent habere famulos, & boues, & ipsi suis bobus agros colere, quod sint immunes,& nõ possint collectari.

25 Vnde Regia Camera consueuit expedire prouisiones ad fauorem clericorum, pro solutione immunitatis frumenti,carnium, & similium, non solùm pro familia eorumdem, sed etiam pro omnibus, & quibuscumque prædia Ecclesiæ, & beneficiorum suorum cultiuantibus, vt testatur *Ricc. in praxi aurea resol. 329.*

26 Secundò dubitatur, an emptor bonorum Ecclesiæ, vel clericorum gaudeat hac immunitate, & sic, an possit imponi gabella prædicta emptoribus bonorum prædictorum.

27 De hoc dubio multa scripserunt Doctores, vt est videre apud *Lessium lib. 2. cap. 33. dub. 8. num. 68. Molinam to. 3. tract. 2. disp. 668. & 678. Bonac. de contract. disp. 2. q. 9. pun. 2. num. 4. Mols. s. in summa to. 2. tract. 12. cap. 22. nu 123 Surdum cons. 305. num. 80. Ricc. in praxi aur. var. resol. 283. & post nonnullos alios, Bellect. in disquis. cler. par. 1. tit. de exemptionibus clericorum §. 8. nu. 2.*

Qui ex distinctione *Baldi cõs.* 31.concordare nititur scribẽtium opiniones,nam aut onus
28 gabellæ est annexum cõtractui,v.g. sit statutum , vt pro quolibet curru frumenti , vel vini,ab emptore,vel venditore soluatur ducatus vnus , & in hoc casu, cum talis gabella immediatè respiciat cõtractũ, & lædat emptorem,& venditorem immunem : nam propter onus gabellæ, vel carius, vel vilius emet,seu vendet,dicendum est, non posse imponi . Aut onus gabellæ adijcitur actui separato ab ipso cõtractu,v.g.sit statutum,quod, qui vult exportare dolium vini in Ciuitaté soluat gabellã , tunc cum hæc gabellæ solutio minimè respiciat immediatè contractum ipsum, sed actum exportationis, qui nil cõmune habet cum clerico, inquit, *Bellectus*,posse admitti scribẽtium opinionem,talem gabellam, non esse contra immunitatem,vt per eum,& cum hac distinctione,nouissimè,pertrãsit *Antonius Diana par. 1. resol.moral.tract.2.resol. 48.fol. 49.*

29 Tertiò dubitatur, an conductores rei Ecclesiæ,vel clericorum,pro re cõducta, gaudeant,hac immunitate .

Affirmant *Port.cons.184.num.9. & Brun.qui alios citat in trac. super statuto, quod stant. ma- scul.femin.non succedant, art. 8.q.22.num.107.*

Alij verò, quos refert *Car. de Graffis eff. 3. num.147.*cõtrarium sentiunt , si conductor solueret pensionem in pecunia . Quod tamen limitant , nisi collecta solueretur respectu prædiorum, & bonorum , & non fructuum . Sic etiam , quando Ecclesia,& clerici, cũ magna difficultate inuenirent affictatores, & conductores , & ideò essent coacti affictare minus,quam alij seculares, vt etiam diximus supra num. 21. Et tandem,quando pro affictu solueretur pars fructuum illorum,qui in prędio colligũtur, quia tunc,vti fructus Ecclesię, & clericorum gauderent immunitatis priuilegio *Io.de amicis cons.18.num.18.Felin.cons. 46.num.17.& alij.*

30 Coram quo autem Iudice conueniri possit, talis conductor bonorum Ecclesiasticorũ Dictum est supra c. præc.ñ.57

31 Quarto dubitatur, si clericus conduceret , aliquod prædium,an gaudeat immunitate pro fructibus eiusdem prędij conducti.

Resp.affirmatiue , gaudere hac immunitate,si prædium cõduceret ad suam , & suorum sustentationem, casu, quo non posset aliter honestius viuere, *cap.*

cap.dilecti,de decimis. Nam minimè posset aliter agros conducere, & per operarios colere, vt inde vẽdat perceptos fructus, quia esset negotiatio clericis prohibita, *cap.fin.dist. 86.& tradunt Less.de iust. lib. 2.cap.21. dub.1.num.6. Car.de Grass.eff.6.num.24. Molina de contract.disp.342. num.14. Bonacin.de contract. disp.2.q. 9.pun.2.num.4. & alij.* Non tamen esset negotiatio si semel tantum emeret, aut venderet, *Salced.ad Diaz.in pract. cap.55.* Sic etiam negotiari nõ dicitur clericus, qui animalia emeret, vt illa pascat in proprijs prædijs, & cum pinguia facta fuerint, vel cum partus ediderint, illa, & eorũ partus vendat. *Molina cit. loco Barbosa p.2.all.13.num.11.& Car. de Graffis d.eff.6. num. 18. & per Bonacin.d.q.9.pun 2.nu.7.*

32 An autem clericus negotiator teneatur soluere gabellas pro rebus, de quibus negotiatur, si negotiatio fuerit mere lucratiua.

Affirmatiuè respondent cõmuniter Doct. quia clericis est prohibita negotiatio, cum distrahat à diuinis, *cap.fin.de vita,& hon.cler.ita Molin.dicta disp.342.num.5.Thesaur. decis.116.Surd.cons.313.num.80. lib.3.Barbos.p.2.all.13. num. 8.Paul.Layman.lib.4.tract. 9. cap.6.num.9. Duardus in Bulla Cænæ.lib.2.can.18.q.8.num. 9.& alij.* Quamuis non desint Doct. aliter sentientes, vt est videre, apud *Rodriq.in summa to.2.cap.73. Anton. Dian.p.1. resol.mor.tract.2.resol.46. Guttier.de gabellis lib.7. q. 94. & Molfes.in summa p.2.tr. 12.c. 22.num.175.*

33 Est tamen obseruandum; quod clerici in casibus illicitæ negotiationis sunt compellẽdi ad solutionem gabellæ pro rebus, de quibus negotiãtur, per iudicem ecclesiasticum, nõ autem per iudicem laicum, vt tradunt *Bertach.de gabell. p.3. nu.24.fol.64. Natta cons. 311. lib.2.num 4. Car.de Grass.eff.3 num.296. Surd.cons.301.lib.3. num.35. Diana,& Molfes. cit. locis.*

SECVNDA DVBITATIO.

34 PRo quibus bonis clerici, & Ecclesiastici, hac immunitate gaudeant, vel ne.

Pro solutione, dico primò, cum communi sententia, hac immunitate gaudere, tam pro bonis ecclesiasticis, quæ tanquam beneficiati possident, quam pro bonis patrimonialibus, cum clericorum bona potiantur eodem priuilegio, prout bona ecclesiastica, *cap. 1.de imm.eccles.in 6.cap.quamquam,*

quam, de cẽsibus in 6. clem. præsenti, eod. tit. & in extrauag. Benedicti 8. de immun. Eccles. verbo bonorum suorum, & tradunt Abb. & Felin. in cap. Ecclesiæ S. M. de constitut. D. Regens Tapia lib. 1. de iure regni fol. 39. Addit. ad Quarant. verbo vectigal. Ricc. in praxi aur. var. resol. 167. Megala in p. 2. l. 2. cap. 17. q. 6. num. 114. Antoninus Diana p. 1. resol. moral. tract. 2. resol. 39. fol. 43. Paul. Laym. lib. 4. moral. theol. tract. 9. cap. 6. num. 8. & alij communiter. Et ea est ratio. Quia clerici grauari non possunt onere gabellarum, & aliarum

35 impositionum à laicis, ex defectu iurisdictionis, & potestatis imponentis, ex quo Princeps secularis nihil facere, aut disponere potest circa bona patrimonialia clericorum. *Bart. in l. rescripto §. fin. de muner. & honor. Oldrad. cons. 83. Car. de Grassis eff. 2. num. 33. & eff. 3. num. 19 Surd. cons. 301. lib. 3. num. 69. & alij.*

36 Dico, secundò, hac immunitate gaudere, tàm pro bonis peruentis in posse ipsorum clericorum ante clericatũm, quam post clericatum. & ratio est, quia mutato statu, vel

37 conditione personæ, mutatur etiam status, & conditio rei: adeò vt si persona ob status mutationem desinat esse subiecta alicui iudici, etiam bona libera esse debeant, vt tradũt *Abb. in cap. qualiter, de iudic. n. 8. Bar. cons. 80, Car. de Grass. d. eff. 3. num. 27. Gutierez lib. 1. pract. quæst. 9. 3. num. 15. Paul. Layman. cit. loc. & alij.*

38 Dico tertiò, clericos, aliosque ecclesiasticos, hac potiri immunitate pro supradictis eorum bonis, siue vendantur ad grossum, siue ad minutum, vt esset vinum, oleum, aut frumentum peruentum ex bonis & ex beneficijs ipsorum clericorum. *Ita glo. in cap. negotiationem, dist. 88. Additio ad Quarant. verbo vectigal. Abb. in cap. fin. de vita, & honest. cler. Grammat. decis. 100. Car. de Grass. eff. 3. num. 130. Barbosa p. 2. all. 13. et alij apud Bellect. p. 1. disq. cler. fol. 139. n. 15.*

39 Tenentur tamen clerici vinum, oleum, & cætera victualia, cum iusta, & approbata mensura vendere, quia norma ponderum, & mensurarum non est excedenda. *l. modios, C. de suscep. præposit.* & si contrafecerint cõdignis pœnis ad arbitrium iudicis Ecclesiastici puniendi sunt. *ita Ignat. Lopez de Salced. ad Diaz cap. 5 . vers. si tamẽ clericus, Carol. de Grassis eff. 1. num. 945. quidquid dicat Cassaneus in consuet. burgund. rub. 1. §. 5. in glo. nu 99. quem etiam refert Bouadilla*

1. to.

1.to.lib 2.cap..18. num. 129. Nam iudex Ecclesiasticus non tenetur punire clericos pęnis à lege ciuili, siue à potestate laicali impositis, vt tradunt *Salas, de legibus disp. 14. sect. 10 Couar. pract. quæst. cap. 33. nu. 7. Bonacina de legib. disp. 10. q. 2. pun. 1. §. 1. num. 29. & alij, apud Anton. Dianā p. 2. resol. moral. tract. 2. resol. 76. fol. 65.*

40 Sic etiam iusto pretio prædictas res comestibiles védere tenentur, alioquin si pluris vendant, quam res extimētur, peccant, & tenentur restituere illud plus, vt per *Molin. de contract. disp. 364. num. 14. & to. 1. disp. 31. Erman. Rodriquez in summa cas. consc. p. 1. c. 196. num. 1. Nauar. in Man. ca 23. num. 88. & alij apud Carol. de Graffis effect. 2. num. 266.*

41 An autem clerici teneãtur vendere eorum frumentum, vel alia bona pretio taxato per legem ciuilem. Dictum est in cap. præced. num. 94.

42 Sed dubitatur primò, an hac immunitate gaudeant clerici pro bonis sibi obuenientibus ex titulo donationis, emptionis, vel alio simili titulo, si per prius antequam ad ipsos deuenirent, erant descripta in æstimo, siue appretio, & pro eis, à laicis possessoribus, soluebantur collectæ.

Aliqui negant moti, tum ex eo, quia bona transeunt cum onere suo, *l. alienatio ff. de contrah. empt. cap. pastoralis, & ca. cum non sit, de decimis*, tum etiam, quia nemo potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habet, *l. lex vectigali ff. de pignorib.*, *l. traditio ff. de acquir. rer. domin. & cap. nemo pluris Iuris, de regul. iuris in 6.* Tum denique, quia bona descripta in æstimo sunt tacitè hipothecata pro collectis. *ita Bursat. cons. 16. num. 11. lib. 1. & alij relati per Brun. à sole in cōpēd. resol. proposit. iur. in verbo, fundus habens.*

Alij verò communiter, hac immunitate gaudere docent, ex eo præcipuè, quia eo ipso, q̄ bona transeunt, aliquo iusto titulo, ad personam Ecclesiasticam, eximuntur ab omni onere laicali, nam mutata persona mutatur conditio rei, vt dictum est num. 36. *ita Bar. cons. 180. Ias. cons. 20. lib. 1 Abb. in cap. fin. de vita, & hon. cler. Iac. de Graffiis pract. cas. reser. lib. 2. cap. 42. nu. 44. Car. de Graffis eff. 2. num. 33. & eff. 3. nu. 26. Siluan. cons. 40. Megalius cons. 61. Thesaur. decis. 234. Carauita in Ritu 229. Guido Papa decis. 381. Molfes. summa par. 2. tr. 12. cap 22. nu. 168. Suarez lib. 4. de fens. ca. 24. Paul. Layman d. lib. 4. tr. 9. ca. 6. num. 9. & Anton. Diana d. tr. 2.*

tr.2.resol. 42. Quamuis si bona prædicta, quæ peruenirent in posse clericorum essent affecta aliquo certo, & inuariabili onere cẽsuali, aut emphyteutico, tunc cum eodẽ transirent in quascumque personas, iuxta *tex.in cap.pastoralis, & cap.cum non sit, de Decimis, & docent Bonacin.de contract. disp.2.q.9.pu.2.nu.4. Molfes. Layman.& Diana locis citatis, Duardus in Bulla Cœnæ lib. 2. can.18.q.6.num. 6. Megala in p.2.lib.2.cap.17.q.6.num. 98. Ricc.par.2 decis.298.& alij.*

44 Qua communi sententia retenta, non obstant contraria. Quia vt docet *Bar.d.cons.*180 hoc onus soluendarum collectarum, non inhæret rei, ratione ipsius, sed per accidens ratione personæ pro bonis *l.rescripto §.fin.ff.de muner. et honor.* ideò quando res non est talis personę, quę ad collectas teneatur, nec ipsa res tenebitur, *l.1.C.sine censu, vel reliq.* Quia quãdo aliquid statuitur ratione personę, separata persona, cessat statutum, *l.1.§.per mittitur ff. de aqua quotid. & æstiu.Carauita in d.Ritu* 229. *num 5.& per Megal.cons.* 84.

45 Nec est inconueniens, vt bona penes vnum possessorẽ, habeant vnam naturam, & diuersam penes aliam, ex quo mutatione personæ, priuilegia mutantur *l.paulus §. 1.ff. de acquir. hæredit. vbi Bar. & notat Anna 2.tom.cons. lib. 2. cons.123. Nam in cap.vnico, §. fin.de iurepatr.in 6.* habetur, ꝙ si laicus dat iuspatronat. alicui Ecclesiæ, licet laicus ha-

46 beat quadrimeste tempus ad præsentandum, tamen Ecclesia habebit semestre. Quia nõ censetur, vti iure laici, sed iure Ecclesiasticæ personæ, ita in proposito casu, licet clericus rem habuerit à laico, non cẽsetur amplius, vti iure laici, sed Ecclesiasticæ personæ.& ratio est, quia quando persona, in quam iura transferuntur, est priuilegiata, tunc ab ipso priuilegio augetur ius translatũ, & hoc ius auctum, non habetur à transferente, sed à proprio priuilegio, *l. cum quidam §.si debitores ff.de vsuris.*

47 Hanc tamen communem conclusionem, limitant doctores, quando donatio, vel cessio esset facta in fraudem, cum fraus nemini patrocinari debeat, *l.ita demum ff. de recept. arbitr.Ita Bar, dicto cons.*180. *Bald.cons.11.vol.2. Car. de Grassis eff.3.num. 288. Duennas regula 100.fall.5,& Molfes.in summa tract.6.cap.10.n. 66.*

48 Fraus, autem, & dolus præsumitur secundum *specul. tit. de cler.coniug.vers. quid si fratres,*

tres, attenta, & considerata conditione,& qualitate persona donantis,& donatarij,

49 Item præsumitur fraus, si frater laicus donauerit omnia eius bona,vel maiorem partẽ ipsorum,fratri clerico,*l.omnes §.Lutius ff.quæ in fraud. cred. ita specul.cit.loc. vers.ad huius autem,Car de Gras.eff.3.n.193 Mascar.tract.de prob.cõcl.558 num.2.* qui alios casus refert, quando donatio præsumitur facta in fraudem.

50 Item præsumitur fraus, si frater laicus, vel alius donans post donationẽ reperitur possidere,prout prius possidebat, *l.sicut §.superuacaneũ ff. quib. mod.pign.vel hip.soluat. Ita Mascar.cit.n.19. Car.de Gras. n.192.Capr.reg.96.n.8.& Ric. & alios refert,in prax.aur.reso. 431.* à quo tamen excipiuntur aliqui casus ab hac coniectura.

51 Excipitur primo, si instrumentum donationis contineret promissionem factam ex causa donationis;quia tunc ex retentione possessionis, non præsumitur fraus; Quia ex ea promissione agi potest, *Bal.in l.illud n.11. C. de sacros.eccles.* nam instrumẽtum promissionis,& retentionis sibi inuicem non aduersantur;sed simul possunt conuenire;at si instrumẽtum donationis continet traditionem realiter fuisse fact à tunc ex eius retẽtione oritur præsumptio simulationis;quia sibi inuicem repugnant, *Bald. cit.& Castr.cons.173. lib.2.*

52 Excipitur secundo, si probetur, quod res fuerit reuersa ad donatorem ex nouo titulo, *Bald.in d.l.sicut §.superuacaneum*, vel nisi fuerit ei mutata causa possessionis, *Ang.ibid.*

53 Excipitur tertio,si donator respondet donatario de fructibus,*Bar.in d.§.superuacaneũ, Dec.cons.463.n.20. Corn.cons. 203.lib.3.& Crauet. cons.156.* qui idem dicit si venditor,emptori de fructibus, respondet.

54 Item præsumitur donatio in fraudem,si is,qui plures habet filios, vni donauit maiorem partem bonorum.Quia non est verisimile, quod vni ex pluribus, talem voluerit facere donationem,quia æqualis præsumitur affectio, *l. rescripto ff. vnde lib.*

Quod multo magis locum habet si is,cui donauit sit clericus,&
55 habeat beneficia ecclesiastica, quia is de altari, cui seruit, viuere potest,*Cap.cum secundũ. de præb.ita Ric.d.res.431.nu.2. & Molf in sum.d.tract.6.c.10. n.66.qui etiam par.2 tract.12. c.22.n.163.*fatetur quod si parentes in fraudem vniuersitatum donarent bona clericis, donatio intelligeretur solum

pro rata ſpectante ad filium clericum, computatis omnib. bonis.

56 Secundo dubitatur, ſi res laici perueniret ad clericum titulo emptionis, donationis, vel legati cum conditione, & pacto expreſſo inito inter ipſos, vt ipſe clericus teneatur ad collectas, & onera in futurum, an teneatur.

Negant aliqui, quos refert *Firma.in tract. de gabell.in 7.par. princ. col.7.*

Alij vero exiſtimant hoc caſu teneri, quia vbi dominus paciſcens ſuper rebus ſuis imponit onus perpetuũ, licet clericus cum illo onere rem adipiſcatur, non poteſt dici læſa clericorum immunitas, neq. libertas Eccleſiæ coarctata; & quãdo venditur clerico cum tali onere, onus iſtud habetur loco pretij, *Abb.conſ.26.lib.1.Ioan. Andr.in cap.non minus, de immun.eccl.Paul.de Caſtr. in l.ſi negotium §.fi.ff.de neg.geſt.Ioa. Ant.de Nigr.in clem.de vit. & hon.cler.nu.253. & alij quibus accedit Car.de Graſſ.eff.2.num. 336.& eff.3.n.168. & 274.* qui hoc intelligendum eſſe, ait, niſi illud, quod imponitur eſſet perſo-

57 nale, quia tunc reijceretur, ex quo nullo caſu clerici compelli poſſunt ad onus, & munus perſonale, & ſic eſſet cõditio impoſſibilis, & contra bonos mores, & ideo non eſſet adimplenda, vt tradit *Molſ.in ſumma p.2.tr.12.c.22.n.170.* cenſeo tamen cum *Megal.conſ.18* nõ licere eccleſiaſticis tali cõtractui aſſentire, abſque conſenſu Summi Pontificis.

58 Tertio dubitatur, ſi bona clerici eſſent communia pro indiuiſo cum fratre, vel nepote, & alijs laicis, an omnia gaudeant immunitate.

Reſp. immunitate gaudere pro portione clerici tantũ, vt tradunt communiter DD. cum quibus pertranſeunt *de Nigr. loc.cit.n.108.Car.de Graſſ.eff.3 n.186.Molſ.cit.c.22.n.166. & Megal.conſ.84.*

59 Quarto dubitatur, an bona quæ clericus, vel eccleſia dedit in emphyteuſim, gaudeãt hac immunitate.

Affirmant *Bar. in l.priuatæ C. de excuſ.mun.lib.10. Siluan.conſ. 9.Ruin.conſ.111.Io.de Plat.& Iaſ.in l.1.C.de iur emph.Duen. regul.100.nu.3.& Tiraq.de retra.conſang.§.1 gl.13.nu.10.*

60 *Communiter verò DD.vt teſtatur de Nigr.cit. num. 125.* negatiuam partem tuentur, ex eo, quia dominiũ vtile emphiteutæ eſt quid ſeparatum à directo dominio ipſius clerici, & eccleſiæ; & ideo quãuis dominium directum dicatur eccleſiaſticũ, tamen collectæ ipſæ ſoluuntur ratione fructuũ,

&

& vtilis dominij, quod residet penes laicum subditum collectis, ita nominatim *Andr.de Iser.in cap.1.verb.plaustrorum nu.56. quæ sint regalia in vsib. feud. Alexan.cons.101.lib.1.& Luc.de Penn. in l.vnica C.de imponen.lucr.descrip.lib.10.*

61 Pleriq. tandem, conciliando prædictas opiniones, distinctione vtũtur, & dicunt; Quod si pensio, quæ præstatur pro prædio emphyteotico ecclesiæ, vel clerico domino directo, correspondet fructibus, & tunc procedit prima opinio, & emphytheota grauari non poterit; tum quia duplici onere tunc grauaretur, scilicet magnæ pensionis, & onere collectarum; tum etiam, quia tales emphyteutæ dicuntur potius coloni, quã emphyteutæ, *Bar.in l.1.C.de iur.emph. Aret. in cons.55.n.4. Alex.cons.112. Cagn.in l.2.n.207. C.de rescin. vend.* & nihilominus Coloni non possunt grauari pro fructibus competentibus ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, vt diximus nu.21. & vt fatetur etiam *D.Reg.Tap.in lib.1 de iur.regn.sub tit.de episc.& cler. fol.29.* Pensio, quam soluit emphyteota clerico, est immunis. Si vero pensio, quam præ-

62 stat emphyteota pro supradicto prædio, clerico domino directo, est minima, & non correspondet fructibus; sed tantũ pro recognitione præstatur, & tunc secundum eos procedit secunda opinio. Quod si aliter diceretur, sequeretur, vt ecclesia, & clerici lęderentur, vt obseruat *Car.de Graff.eff.3. nu.82.* ex eo, quia non inuenirẽt, qui eius prædia ad emphyteusim acciperent; aut si inuenirent, essent adstricti illam tanto minus emphyteuticare, quantum est ius collectæ.

Hæc distinctio tãto facilius procederet, si pensio solueretur in tot fructibus, qui ex eodem pdio ad emphyteusim concesso colliguntur, vt sentit *Car.de Graff.loc.cit. & per* Clar. *in §. emphyteosis q.46.*

63 Est tamen aduertendum, quod quando imponitur collecta per æs, & libram, tunc si non reperitur in extimo huiusmodi res, non dicetur comprehendi emphyteota ecclesiæ, sub huiusmodi impositione, licet rem possideat, quia isto casu attenditur æxtimum, & possessio. ita *Crau.cons.111.n.13. lib.1. Menoc.cons.75.lib.1. nu. 10.&* Car.*de Graff.eff.3. n.84.* Qui etiam addit, quod emphyteota ecclesiæ nunquam tenebitur subire onera sordida, sicut nec emphyteota fisci, ex *Menoch. de arb. centur.2. casu 562.n.31. qui alios refert.*

64 Coram quo autem iudice laicus

laicus emphyteota ecclesiæ debeat conueniri ad censum, seu annuum canonem soluendum, vel ad relaxationem rei prętextu caducitatis, vide *Thesaur. forens. quæst. lib. 2. q. 15.*

65 Sed num, in aliquibus casibus, in quibus imponitur gabella, & collecta pro communi vtilitate, seu necessitate, quę prodest tam clericis, quam laicis, clerici teneantur contribuere, & quæ requisita cōcurrere debeant. vide *Cened. in collect. iur. can. coll. 153. lib. 2. Car. de Graff. eff. 3. à nu. 200. & 228. Moli. tr. 2. à disp. 670. Addition. ad Quaran. verb. vectig. & alios apud Bonac. de cōtract. disp. 2. q. 9. pu. 2. n. 3.*

66 Tandē dubitatur. An cognitio si cōpetat, vel ne, hęc immunitas clericis pertineat ad iudicem ecclesiasticum, vel secularem.

Pro solutione breuiter dicēdum est, huiusmodi cognitionem ad ecclesiasticum iudicem spectare; nam hæc cognitio continet sub se quæstionem iuris, & non facti, & quādo quæstio est iuris, certum est, quod causa remittenda est ad ecclesiasticum iudicem, vt tradūt cōmuniter Doctores in *l. Titia ff. solu. matr. & in l. omni innouatione C. de sacros. eccles. Ias. in l. quoties C. de iudic. Rip. in l. 2. eod. tit. & alij quos refert, & sequitur D. Ric. Epi. Vici Equēs. in prax. aur. resol. 393. nu. 3. & in proposito facit tex. in cap. cū venissent, de iudic.* vbi habetur, quod semper quando emergit aliquod dubium circa priuile-

67 gium clericorum, sit recurrendum ad Papam, qui erit iudex competens in præfatis materijs; & licet hæc de iure sint verissima, tamen in Regno, vt refert *idem Ric. loc. cit.* solent etiam expediri prouisiones ex Tribunali R.C.Sum. super taxatione huius exēptionis gabellarum.

68 An autem clerici possint donare, aut vendere, siue totum, siue id quod eis superesset de immunitate taxata.

Et dicendum est, posse, sicuti cōmunis vsus comprobat, vt testatur *D. Prosp. de August. in addit. ad Quarant. verb. vectig. vers. tertio amplia.*

TRA-

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. IX.

De Priuilegio, vt non possint cogi ad hospitandum Milites.

SVMMARIVM.

2 *Qui gaudeant, vel ne hoc priuilegio.*

3 *An hac immunitas Clericis concessa, extendatur ad Fratres ipsorum si habitant pro communi, & indiuiso.*

Nonum clericorum Priuilegium est, quia cogi non possunt ad hospitandum Milites. *l. 1. C. de episco. & cler. & ibi glo. & DD. & adest in Regno Capit. Carol. II. in*
1 *tit. de priuil. & immunit. eccles. confirmatum per Papam Honorium, in anno 1285. ita nominatim Ioa. Ant. de Nigr. in extrauag. Clem. VII. de vit. & honest. cler. nu. 131. Paris de sind. ver. clericus §. an apparitor, D. Prosp. de Aug. ad Quaran. ver. vectigal, Io. Fran. de Pont. de pot. Pror. tit. 1. §. 6. n. 54. & D. Reg. Tapia lib. 1. de iure Regni pag. 28. Bonac. de contract. disp. 2. q. 9. p. 2. n. 5. & alij.*

2 Qui autem gaudeant, vel ne huiusmodi priuilegio. Colligi potest ex cap. præcedenti; cum hoc priuilegium sit simile priuilegio immunitatis, de quo ibi fuit sermo; Ideo ex dictis in eodem præced. cap. nonnulla hic applicari possunt.

3 Sed quid dicendum si clericus in domo habitet pro communi, & indiuiso cum Fratribus, & nepotibus laicis, an laici, tunc gaudeant hac immunitate.

4 Dico, quod hoc casu laici solum habent hanc immunitatem, vt in domo non cogantur hospitari Milites, & alios officiales; ne clericus inde sustineat incommoda; tamen tenentur contribuere in pecunia, & ita in praxi seruatur in hoc Regno, vt testatur *Mols in*

in summa p.2.tract.12.cap.22 n.166.

5 Et hoc quod dictum est de clerico habitante cum fratribus laicis; procedit etiam si clericus habitaret cum patre, vt fatetur *Car. de Graff. eff. 3. num.287.*

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. X.

De Priuilegio Cap. Odoardus, de solutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici pro debito ciuili non possunt conueniri, nisi in quantum facere possunt.*

2 *Quando dicatur clericum non esse soluendo.*

Beneficium d.cap. an sit simile beneficio cessionis bonorum.

3 *Citatio creditorum requiritur in concessione dicti beneficij.*

4 *Exceptio d.cap. quando impediat liquidationem instrumenti.*

5 *Qui hoc beneficio gaudeant, vel ne.*

6 *An eo gaudeat clericus excommunicatus.*

An clericus, qui non gaudet fori priuilegio.

7 *An clericus coniugatus.*

8 *An clericus Graecus.*

9 *Quae requirantur in eo, qui hoc beneficio vti voluerit.*

13 *In quibus casibus clericus hoc beneficio gaudeat, vel ne.*

14 *Et pcipue, an clericus, qui tēpore cōtractus sciebat se nō esse soluendo, & falso asseruit se habere idoneas facultates, gaudeat hoc priuilegio.*

14 *An clericus, qui in fraudem creditorum cōsumpsit bona, aut ea occultauit, vel debita contraxit sub spe gaudendi hoc beneficio.*

16 *An gaudeat clericus, qui sua bona consumpsit in ludo, vel luxuriose viuendo.*

17 *Si clericus tempore contractus finxit non esse clericum, altero contrahente id ignorante, an possit vti hoc beneficio.*

18 *Vtrū clericus effectus post contracta debita in fraudem creditorum, vel qui clericatum su-*

suscepit, postquam fuit condemnatus ad solutionem debiti, gaudeat.

20 *An gaudeat, hoc beneficio clericus condemnatus per tres sententias conformes.*

21 *An obligatus in forma Cameræ.*

22 *Vtrum clericus obligatus ad soluendam pensionem.*

23 *An in debito iurato, vti possit hoc beneficio.*

25 *An clericus conuentus actione reali.*

26 *An hoc beneficio gaudeat in debitis ex delicto prouenientibus.*

29 *Quomodo facienda commutatio pęnæ pecuniariæ in corporalem.*

31 *An clericus hoc beneficio gaudeat in mulctis debitis fisco.*

32 *Vtrum clericus pro debito possit carcerari, quando est periurus, vel suspectus de fuga.*

35 *Quando dicatur suspectus de fuga.*

36 *Num clericus possit carcerari pẽdente discussione super admissione ad beneficium d. cap. Odoardus.*

39 *Et an Clericus, qui fuit condẽnatus ad soluendum, & põt satisfacere, & recusat.*

40 *An Clericus debitor gaudeat hoc beneficio, si creditor est pauperior.*

42 *Vtrum Clericus debitor, ratione depositi penès se facti, possit vti eo beneficio.*

44 *An clericus hæres non confecto inuentario, vti possit hoc beneficio.*

44 *An clericus, qui bona aliena administrauit vti tutor, vel procurator, & malam reddidisset rationem de administratis, possit carcerari.*

45 *An clericus exercens illicitam negotiationem, vti possit hoc beneficio.*

47 *An hoc beneficium proficiat, etiam laico fideiussore clerici. Clericus fideiussor laici gaudet hoc beneficio.*

48 *An clericus semel admissus ad beneficium d. cap. Odoardus, possit iterum admitti.*

49 *Vtrum clericus gaudeat hoc beneficio, si cum iuramento ei renunciasset.*

DEcimum clericorum Priuilegiũ, est subsidiarium beneficium *cap. Odoardus, de solutionib.* Quod competit clericis non habentibus, vnde suis satisfaciant creditoribus, vt non possint conueniri pro debito ciuili nisi in quantum facere possunt, ne vexẽtur à creditoribus, & deserant seruitiũ
1 diuinum, & ne cogantur mendicare in opprobrium status clericalis; Quinimo vt absque cessio-

cessione bonorum, à creditoribus dimittantur; assignatis redditibus bonorum, etiam beneficialium ipsis creditoribus; ita tamen, vt deducatur ne ipsi clerici egeant, iuxta communem vsum Curiarum ecclesiasticarũ, vel cautionem præstent persoluendi debita, quoties ad pinguiorẽ eos peruenire fortunam contingeret, iuxta verba *d.cap. Odoardus*, & tunc dicitur, clericum non esse soluendo, secundum *Afflì. ad Constit.Regni lib.1. rub.66.*
2 *nu.6.* quando non habet tantũ quod sufficiat ad eius alimẽta. *Viui.dec.529.Couar.lib.2.var. resol.c.1.nu.9. Campanil.in diuers.rub.11.c.10.num.5.& alij communiter.*

Est tamen obseruandũ, quod beneficium *d.cap.Odoardus*, non est simile beneficio cessionis bonorum, cum diuersa militet ratio in vtroque; nam cedens bonis liberatur ab omnibus obligationibus; Quod non est sic in beneficio d. cap. quia si ad pinguiorem deuenerit fortunam, bene tenetur, prout ita quoq. fuit resolutum in Curia Arch.Neap. vt refert *Ric.p.4. dec.173.* Nec clerici compellũtur cedere bonis, prout laici; quia non essent melioris conditionis, quam ipsi laici, *Cap.peruenit, de fideiuss.Triuis. dec.8.n.6.lib.1.& Intrigl.sing. 79.n.2.& in tract.cas.conscien. cas.35.n.102.* vbi ait, quod clericus conuentus sufficit, vt excipiat non posse carcerari, nec conueniri, nisi deducto ne egeat, *Farin.tract.crim.q.27.n.66 & Ric.par.1.dec.160.* si tamen clerici velint cedere bonis, ad eorum libitum hoc facere possunt, *Menoch.de arb.iud. casu 183.num.16.Rom.sing.565.& Ric.p.4 dec.308.*

3 Nec est prætermittendum, quod in concessione beneficij *d.cap.Odoardus*, sunt citandi omnes creditores, vt tradunt *Thesaur.in decis.Pedem.15. & Valasc.decis. Lusitan.50.* ita vt non obstaret alicui creditori non citato, exceptio dicti beneficij, vt per *Brun.in tract.de cess.bon.q.13.p.2.* & fuit resolutum in Cur.Arch.Neap. vt testatur *Ric.dec 289.p.4.*

4 An autem exceptio *d.cap. Odoardus* impediat liquidationem instrumenti contra clericum faciendam per creditorem.

Resp.breuiter. Aut talis creditor fuit citatus tempore, quo dictus clericus fuit admissus ad beneficium d.Cap. & tunc talis exceptio impedit liquidationem; secus autem si nõ fuit citatus. & sic fuit resolutum in ead.Cur. Arch. vt per *Ric. dec.270.p.4.*

Vt

Vt autem huius priuilegij necessaria pateant, breuibus verbis inquiremus, de infrascriptis. s.

Qui clerici eo gaudeant, vel ne, à nu. 5.

Item, quæ requirantur in eo, qui hoc priuil. seu beneficio vti voluerit, à nu. 9.

Denique, in quibus casibus, eo beneficio gaudere debeant, vel ne, à nu. 13

PRIMA DVBITATIO.

5 QVI hoc priuilegio gaudeant, vel ne.

Pro solutione, Dico primo, eo gaudere omnes clericos, siue in sacris, siue in minoribus ordinibus, cum *tex. in d. c. Odoardus*, simpliciter loquatur, & in fauorabilibus appellatione clericorum veniunt omnes clerici, tam in minoribus, quam in maioribus ordinibus constituti, *Cap. cleros, dist. 21. Abb. rubr. de vit. & hon. cler. & post alios Ric. p. 2. dec. 20. & p. 4. dec. 173. & 308. & Car. de Graß. de eff. cler. in prælu. nu. 252.*

6 An autem clericus excommunicatus, huiusmodi priuilegio, gaudeat.

Et dicendum est gaudere; tũ quia canonis, & fori priuilegijs gaudet, vt diximus supra c. *6*. n. *13*. & c. 7. n. *26*. Tum etiam, quia hoc beneficium non continet sub se actionem, sed potius exceptionem, quia solet opponi contra petẽtem, quod sibi debetur; sed excommunicatus potest esse in iudicio vti reus, iux. *tex. in Cap. intelleximus, de iud. & ibi communiter DD. quibus accedunt Duen. regul. 99. & Ric. in prax. fori eccl. resol. 250. licet Car. de Graff. de eff. cler. eff. 7. n. 54. aliter sentire videatur.*

Sed an clericus in minoribus, seu primæ tonsuræ possit gaudere priuilegio d. *Cap. Odoardus*, in casu, quo fori priuilegio non gauderet.

Resoluit affirmatiue *Galettus in margar. cas. consc. verb. clericus pag. 40. vt etiã fatetur Barbosa de off. & pot. Episc. p. 2. alleg. 12. n. 32. Quamuis contrarium teneant* Car. de *Graß. eff. 7. nu. 4. & alij apud* Campan. *in diuers. rub. 11. c. 10. n. 50.*

7 Dico secundo, hoc priuilegio quoad bona non gaudere clericum coniugatum, secundũ *glo. communiter receptam in Cap. vnico, de cler. coniug. in 6. Couar. pract. quæst. c. 31. nu. 9.* Farin. *de inquis. q. 8. n. o. Car. de Graff. d. eff. 7. n. 52. Ric. in prax. for. eccl. res. 253. & Cãpanil. cit.*

Gaudebit tamen clericus coniugatus beneficio *d. Cap. Odoardus*, circa carcerationem, & personalem districtionem, vt nõ sit à iudice seculari cognoscendus. cum hoc tantum iudici ecclesiastico reseruetur,

vt diximus c.7.nu.28. & late per *Lap. alleg.118.quem etiam refert, & sequitur Ric.p.3.dec. 170.vbi n.4.* suadere conatur hoc beneficio in totum gaudere talem clericum coniugatum.

8 Sed de clericis Græcis, qui vtũtur legitimo matrimonio; cum sint vere clerici,& personæ ecclesiasticæ,quoad omnia, vt diximus supra c.8.n.11. dicendum esset,eos gaudere hoc beneficio, sicuti alijs priuilegijs gaudent.

SECVNDA DVBITATIO.

9 QVę requirantur in eo,qui hoc priuilegio vti voluerit.

Pro resolutione Dico, quod requiritur Primo,confessio debiti,alias eo nõ gaudebit, vt expresse habetur in *d.Cap.Odoardus*, & talis recognitio debiti potest fieri,etiam post sententiam, vt tradunt *Affl.dec.379. Brun.de cession.bon.q.2. & Genuen.in prax.Arch.c.3.num.5. Car.de Grass. eff.7.n.43. Moli. de contract.disp.571. nu.12.& alij.*

Secundo, requiritur Probatio paupertatis,&miserabilitatis. 10 nam cum paupertas sit causa, & fundamentum huius concessionis, propterea probari debet ab eo, qui in ea se fundat, *l.si vero §. qui pro rei qualitate ff.qui satisd.cog.& ibi gl. & Bar. Affl.dec.377. Menoch. de arbitr.cas.65.n.7.& Couar. li.2.var.resol.c.6.n.8.*

Et probatur paupertas, quoad præfatum effectum, per communem æstimationem, seu reputationem,*Seraph.dec.51. & 58.Ric.in prax.for.eccl.res.245* vel alio modo,arbitrio iudicis *glo.in auth. preterea C. vnde vir,& vx. Coua.d.c.6.Genuen. d.c.3.nu.18.*& sufficit, vt summarie constet de paupertate, vt notat *D.Ric.p.1.dec.81.* qui tradit, quod in hac materia, non est admodum scrupulose agendum, sed mitius,& vrbanius.

Probatur quoq; paupertas, ex eo, quod redditus, quos talis clericus haberet, non excederent scuta 25.*Seraphi. dec.173. & Ric.p.5. coll.dec.*1750.

11 Tertio requiritur,vt indicet bona,q̃ possidet ad instantiam creditorum,*Genuen.cit.loc.*qui ita seruari testatur in Curia Arch.Neap.

12 Quarto requiritur,secundũ Doct.statim citandos,vt clerici in minoribus, qui non sunt beneficiati, si hoc beneficio vti voluerint, inseruiant alicui Ecclesiæ, nõ enim gaudere debent,qui minoribus ordinibus insigniri solent,vt vitijs,& criminibus liberius vacent, &

Ec-

Ecclesiæ non inseruiunt. ita *Couar. li.2.var.res.c.1.Io.Gut. de contract.iura.p.1.c.17. Genuen.d.c.3.n.3.Ric.p.1.dec.160 & p.2.dec.20. & p.4.dec.173. & dec.308.Menoch.de arb.iud. cas.183.Ann.2.tom.cons. lib.2. cons.124.n.11. & alij.*

*Sanch.tamen,in sum.2.to.lib.7.c.13.nu.35.*aliter fateri videtur, ex traditis infra c.12.nu.*8*. & quod hæc Concilij requisita non sint necessaria, in terminis tutatur *Nouar.in lib.2.forens.quæst.*

TERTIA DVBITATIO.

13 IN quibus casibus clerici hoc priuilegio gaudeāt, vel ne.

Resp.in nōnullis casibus,de quibus aliquos in praxi frequentiores summatim ꝓponemus, & illorum resolutionem afferemus.

14 Primus casus est,an clericus, qui tempore contractus sciebat se non esse soluendo,& falso asseruit, se habere idoneas facultates, gaudeat hoc priuilegio.

Dicendum est, nequaquam gaudere, ratione doli, ex *tex.in l. penul.ff.de regul.iur.ita Veral. dec.278.lib.1.Put.dec.56.lib.1. Car.de Grass.eff.7.n.37. Caputaq.dec.130. Ias.quos alij communiter sequuntur in §.fi.inst. de act.& Ric. in prax.for. eccl. resol.247. & p.5.collect.decis.* 1750.secus tamen esset,si non asseruit habere idoneas facultates, vt notat *Genuen. in prax.d.c.3.n.6.ex reg.tex. in l.qui cum alio ff.de reg.iur.*

15 Secundus casus est,an clericus, qui in fraudem creditorū consumpsit bona,aut ea occultauit, vel debita contraxit sub spe gaudendi hoc beneficio, gaudeat.

Dico,non gaudere,eadem ratione doli, ex *l.si quis dolo ff.de re iud. ita Brun.de cess.bon.q.28. q.4.princip.Beat.de inope debit. c.17.n.12. Car.de Grass.nu.34. & 36.ferret cons.144. Ric.cit. loc.nu.3. Io.Ant.de Nigr.in extrauag.de vit.& hon.cler.nu. 143.Genuen.nu.6.& alij.*

16 Tertius,an clericus,qui sua bona consumpsit in ludo, vel luxuriose viuendo,gaudeat eo beneficio.

Resp.negatiue,secundum *Ferret. d.cons.144. Genuen.d.c.3.nu. 8. Ric.d.resol.247.& alios.*

17 Quartus casus est,si clericus tempore contractus se finxit non esse clericū,altero contrahente id ignorante,an possit vti hoc beneficio.

Dico,minime eo vti posse,propter dolum,quo creditorem induxit ad secum contrahendū. ita *Moli. de contract.disp.571. nu.14. Gutt.de contract.iurat.*

p.1.c.17. n.20.fol.65. Car.de Graſſ.d.eff.7.n.33.& alij.

18 Quintus eſt, an clericus effectus, poſt contracta debita, in fraudem creditorum; vel qui clericatum ſuſcepit, poſtquam fuit condemnatus ad ſolutionem debiti, gaudeat hoc priuilegio.

Et nequaquam gaudere fatẽdum eſt, ſecundum *Couar. pract.q. c.32.n.4.Put.de.364.p.1.Gaſp. Beat.de inop.deb.d.c.17.nu.22. Genuen.d.c.3.n.11.& Car.de Graſſ.n.60.* in dubio tamen nõ

19 præſumitur clericatus in fraudem, niſi ſaltẽ creditor fuiſſet iactatus velle debitorem efficaciter conuenire, vt probat *Farin.de inquiſ q.8.n.3.& notat Genuen.cit.loc.*

20 Sextus caſus eſt, an condemnatus per tres ſententias cõformes, vti poſſit hoc beneficio.

Reſp. affirmatiue, ſecundum *Couar.lib.1.var.c.1.nu.9.Beat.de inop.deb.d.c.17.nu.6.D.Ric.cit. loco reſo.254.Genuen.d.c.3.nu. 13.Car.de Graſſ. eff.7. & alij.* cum nulla congrua ratio aſſignari poſſit, cur clericus, hoc caſu, gaudere non debeat prędicto beneficio inducto in fauorem totius ordinis clericalis.

21 Septimus caſus eſt, an clericus obligatus in forma Cameræ, vti poſſit hoc beneficio.

Negant *Gomeſ.in Comp. vtriuſq; ſignaturæ, Ant.Maſſ.in tract. de oblig.in form.Cam.p.1.q.2. n.8.& per Farin.in tract.crim. q.27.n.70.*

Sed contrarium ſeruari in praxi refert *Galleſ.de oblig. in forma Cam.p.6.q.7. & tenent Couar. d.c.1.Gaſp.Beat.d.c.17.n.6.Ric. in prax.for.eccl. reſol.252. Genuen.d.c.3.n.13.& alij.* eadem ratione relata in præcedenti caſu, & hanc opinionem eſſe comuniorem, & magis veram teſtatur *Car.de Graſſ. eff.7.nu. 12.*

22 Octauus eſt, an clericus obligatus ad penſionem ſoluendam, vti poſſit hoc beneficio.

Dico, minime eo vti poſſe; nam æquum non eſt, quod dum beneficium obtinet, exceptione d.cap. Odoardus, iuuetur. ita *Couar.d.cap.1.Gig.de penſ.q.2. Menoc.de arb.caſ.183.Genueſ. n.10.Ric.cit.reſol.255. & p. 4. de.173.& Car.de Graſſ.effect.7. n.50.*

23 Nonus eſt, an clericus in debito iurato, vti poſſit hoc beneficio.

Et poſſe vti eo beneficio, exiſtimant *Couar.d.li.2.var.c.1.n.9. & Tho.Triuiſ.dec.8.n.4.lib.1.* & ita fuiſſe ſeruatum in Curia

24 Arch.Neap. teſtatur *Genuen. d.c.3.n.13.* eadem ratione relata in *6.* caſu nu.20.

25 Decimus eſt, an clericus con-

conuentus actione reali, vtì possit hoc beneficio.

Resp. negatiue, quia dũ tunc non prætenditur aliquid contra personam, non poterit obijcere de dicto priuilegio cap. Odo ardus. ita *Brun. q. 30. 3. p. principal. n. 14. Ric. post d. resol. 255. n. 2.* Car. *de Graff. nu. 62. & Genuen. d. c. 3. nu. 9.*

26 Vndecimus est, an clericus hoc beneficio gaudeat in debitis ex delicto prouenientibus.

Resp. non gaudere, sed habebit locum illud, quod sumitur ex *l. 1. ff. de pęn. Qui non habet in ære, luat in corpore*, Quod procedit, vt docet *Genuen. d. c. 3. nu. 7.* quando pęna pecuniaria est applicanda fisco ad vindictam publicam; secus si pecunia sit parti soluenda, ratione

27 interesse; quia respectu dicti interesse, habet locum beneficium dicti capituli, secundum *Io. And. & Abb. in d. cap. Odoardus, Menoch. de arb. casu* 447 *n. 4. &* 16. *Eman. Sà verb. clericus, nu. 15. Ric. in prax. for. eccl. resol. 251. & Couar. d. li. 2. var. resol. c. 1. quamuis aliqui, quibus accedit Paul. Layman. li. 3. tr. 2. c. 12.* aliter sentiant.

28 Sed si pecunia parti soluenda, licet ex parte recipientis detur ratione interesse, ex parte tamen soluentis sit pęna; nempe si clericus iniustè litigans esset condemnatus ad expensas, propter indebitam vexationem; tunc si nõ potest soluere, luet in corpore. ita *Abb. in d. cap. finem litibus n. 5. Put. dec. 56. lib. 1. Genuen. nu. 7. & Boer. dec. 349. n. 8. Clar. in pract. crim. q. 95. n. 6. & Ric. in rit. Cur. Arch. Neap. 18. in fi.*

29 Prædicta autem commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem, vt supra, iuxta regulam, *vt non habens in bonis, luat in corpore*, solet fieri per iudicem ecclesiasticum, in pęnam exilij, vel in aliam pro arbitrio, consideratis circumstãtijs debitis, vel in alijs spiritualibus operibus, vt in orationibus, ieiunijs, vel similibus, vt refert *Car. de Graff. eff. 7. n. 41. & Curia Arch. Neap. teste Genuen. d. c. 3. n. 15.* solet relegare in insulam. cum iudicis arbitrio remictatur, qualis debeat esse ista commutatio, *l. 1. §. fin. de pęn. glo. & DD. in d. cap. finem litibus*. Vel longiori tempore poterit detineri in vinculis. cũ & carcer in pęnam quandoq. detur, vt tradunt *Campanil. in diuers. rub.* 11. *c. 10. num. 23. & Genuen. cit. loc. qui cum Boer. d.*

30 *dec. 349.* dicit, quod non esset facienda commutatio in corporalem, quando pęna est minima.

31 Duodecimus casus est, an clericus hoc gaudeat priuilegio in mulctis debitis fisco, ratione

tione contumaciæ, vel liquidationis instrumentorum, vel obligationum penès acta incusatarum, vel alijs mulctis.

Resp. affirmatiue, nã non habens in bonis, nō debet luere in corpore pro mulctis; siquidem mulcta, propter paupertatem in totum remictitur, *l. illicitas ff. de off. Præs. ita Clar. §. fi. q. 95 qui testatur de cõmuni, Genuen. d. c. 3. nu. 7. Farin. d. delict. q.* 18. *nu. 57. & alij.*

32 Decimus tertius est, an clericus, pro debito possit carcerari, quando est periurus, quia debitum erat iuratum.

33 Et dicendum est hoc casu, posse carcerari propter peccatum periurij, quod est graue *Cap. hoc videtur, 22. q. 5. ita glo. solemnis in d. cap. Odoardus in fi. Matth. Brun. de cess. bon. q. 3. n. 17. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit. 7. §. 7. n. 46. Ric. p. 4. dec. 173. nu. 8. & Genuen. d. c. 3. n. 16. qui cum alijs, quibus accedit Paul.* Layma. *lib. 3. tr. 2. c.* 12

34 *nu.* 5. idem dicit de clerico suspecto de fuga.

35 Dicitur autem, suspectus de fuga, secundũ *Io. Ant. de Nigr. in extrauag. de vit. & hon. cler. n.* 142. Quando nihil possideret in loco, vel esset alienigena, vel alio modo suspectus, *argum. tex. in l. ait Prætor §. si debitorem ff. his, quæ in fraud. cred.*

36 Decimus quartus est, an clericus possit carcerari pendente discussione super admissione ad beneficium d. cap. Odoardus.

Et quod pendente tali discussione, non sit carcerandus, tradunt *Abb. in d. cap. Odoardus num. 8. Brun. de cess. bon. d. q. 3. Fab. de Ann. 2. to. cons. 124. n. 12 li. 2. qui allegat tex. in l. 1. C. de his qui bon. ced. poss. & Car. de Grass. d. eff. 7. n. 16. qui alios refert, & Matth. Brun. de cess. bo. q. 3. pri n. nu. 1.* nam si carceraretur, pendente iudicio, & postea reperiretur, quod deberet admitti ad tale beneficium, reperiretur grauatus ex priori carceratione, grauamine irreparabili, quia carceratio dicitur afferre damnum, & grauamen irreparabile, vt per *Farin. tract. crim. q. 27 nu. 135* ideo prius debet discuti, an possit carcerari, & postea deueniri ad capturam personæ, & sic fuisse resolutum, & seruatum in Cur. Arch. Neap. refert *Ric. p. 2 dec. 181.*

37 *Genuen. tamen d. c. 3 num. 17.* censet, quod possit carcerari, quãdo adest periurium; vel est suspicio fugæ, atq; refert, quod in d. Cur. Arch. clericus vigore instrumentorum habentium executionem paratam, & obligationum penès acta, carceratur; cum ritus M. C. V. 166. de

liqui-

liquid.instrum. sit receptus in dicta Curia, vt in *Constit.sinod.* 54. & si post carcerationem petit admitti ad beneficium prædictum, manet carceratus, donec discutiatur, an gaudere debeat dicto priuilegio. Quan
38 do vero clerici petunt admitti ad dictum beneficiũ antequã carcerentur, Curiã prædictam diuersimode seruasse testatur.

39 Decimus quintus casus est, an clericus, qui fuit condemnatus ad soluendum, & põt satisfacere, & recusat, possit carcerari.

Et posse carcerari dicendum est, cum *Abb.in c.1.de depos.& alijs apud Paul.Layman. lib.3.tr.2. c.12.n.5.* Quorum opinio est in praxi recepta, vt refert *Genuens.d.c.3.n.20.* nam contra clericos valẽtes soluere, & recusantes expediuntur literæ exequutoriales in rem, & in personam. extantibus tamen bonis, in quibus possit fieri executio, non carcerãtur clerici pro debito, vt fatetur *Ric. p.1.dec.59.* quod in Cur.Arch. Neap. obseruatur.

40 Decimus sextus est, an clericus debitor gaudere debeat hoc beneficio *Cap. Odoardus,* si creditor est pauperior.

Resp.negatiue. Quia in pari causa præferendus est ille, qui tractat de dãno vitãdo, & æquius est præferri creditorem, qui suum repetit, quam clericum lucrari. ita *Genuen.d.c.3.n.14.*
5 *Car.de Graff.d.eff.7.nu.57. & Matth.Brun.d.tract.de cession. bon.q.13.4.quæst.princ.* vbi hoc
41 limitat, quando esset creditor ex causa lucratiua, & non onerosa.

42 Decimus septimus casus est, an clericus debitor ratione depositi penès se facti, possit aduersus exactionem talis debiti, opponere de priuilegio dicti capituli.

Resp.negatiue, secundum *Foller. super const. Regni in tit. de epis. & cler.cap.si quis clericus n.13 Car.de Graf.eff.7.n.58.& Math.sing.60.n.1.*

43 Decimus octauus est, an clericus hæres, non confecto inuentario, vti possit hoc beneficio.

Negat *Triuis.dec.8.p.1. quem refert & sequitur Ric. for.eccles. post resol.255.n.3.*

44 Decimus nonus est, an clericus, qui administrauit bona aliena, vt quia fuit Tutor, vel Procurator, & malam reddidisset rationem de administratis, possit carcerari, pro eo ꝙ remanet debitor.

Affirmant *Anch.in c.1. n.6.depos. Ferret. cons.144.lib.1. & Car. de Graf. d.eff.7.n.53.* quãuis cõtrarium sentiat *Caual.in tract. de tut.& cur.n.322.*

45 Vigesimus casus est, an clericus

ricus exercens illicitam negotiationem vti possit hoc beneficio.

Dico, nequaquam eo posse vti, in pęnam sui delicti: cum hoc casu delinquat faciendo cõtra id, quod est ei prohibitum, *Cap.fin.de vit.& hon. cler. ita Brun.de cess.bon. q.3. n.15.Ric. loc.cit.n.4.Genuen.in prax.d.c. 3.n.12.& Car. de Grass.d.eff.7. n.63.* qui hoc intelligendum
46 putat in debitis contractis ratione illicitæ negotiationis, secus in debitis, alia occasione contractis.

47 Vigesimus primus est, an hoc beneficium proficiat, etiã laico fideiussore clerici.

Dico, minime proficere, cum tale priuilegium sit personale, & propterea personã clerici non excedit, *arg. tex. in cap. priuilegium, de reg. iur. in 6. ita Gutt. de iuram. confir. p.3 c.15.n.15. Manci. de absol. iuram. q.7. Ric. in prax. for. eccl. res. 248. et coll. dec. 771. et p.4 decis. Cur. Arch. dec. 173. nu. 8. et de Thoro in Comp. decis. Cur. Arch. Neapol. ver. fideiussor pag. 17.*

Quod si clericus esset fideiussor laici, gauderet tali beneficio ex generali dispositione *d. cap. Odoardus*, vt per *Nouar. de elect. fori q.5. nu.4. sect.2. Paul. Layman. li.3. tr.4. c.29. n.7.* & in facti contingentia fuit obseruatum in Cur. Arch. Neap. vt refert *D. Ric. p.3. dec.20.*

48 Vigesimus secundus est, an clericus semel admissus ad beneficium *d. cap. Odoardus*, possit iterum admicti.

Resp. affirmatiue, sicuti bonorũ cessio põt reiterari, *Paul. de Castr. in l. ex contractu C. de bon. aut. iudic. possid. vbi Salyc. quos sequitur Genuen. d. cap.3. n.19.*

49 Vigesimus tertius casus est, vtrum beneficium dicti cap. sit denegandum clerico, quando ei cum iuramento renunciasset.

Contendunt aliqui DD. & diuersas distinctiones proferũt alij, quas memorat *Thessau. dec. 36* Ipse vero libenter consentio opinioni illorum DD. asserentium, non esse denegandũ hoc beneficium per quamcumque renunciationem, si antequam cederet dies solutioni destinata, petierit absolutionem à iuramento, vt tradunt *Gutt. tr. de iuram. confir. p.1. c.18. Cõsta de remed. subsid. remed.29. n.8. Marius Ant. var. resol. lib.1. res. 41. Campanil. in diuer. rubr. 11. c.10. n.15. Genuen. in prax. d.c. 3. Ric. p.4. dec. 173. et alij.*

TRA-

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. XI.

De Priuilegio participandi in Diuinis tempore interdicti, & posse sepeliri in ecclesiastica sepultura.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in quibus ecclesijs, & quomodo possint interesse diuinis, tempore interdicti.*

2 *Qui clerici gaudeant hoc priuilegio.*

3 *An eo gaudeant religiosi, nouitij, & aliæ personæ ecclesiasticæ.*

4 *An possint sepeliri in ecclesiastica sepultura cum officio, et missa.*

5 *Quid, si sepeliendi sint in cæmeterio extra ecclesiam.*

7 *Quomodo deferendum sit cadauer clerici, eo tempore, ad ecclesiasticam sepulturam.*

9 *An clerici possint sepeliri in ecclesia specialiter interdicta*

11 *An clerici coniugati gaudeant hoc priuilegio.*

12 *Quæ sint prohibita clericis, vel permissa tempore localis, vel personalis interdicti.*

13 *An Parochi sint priuati iuribus parochialibus dum eo tẽpore mortui interdicti sepelientur extra.*

VNDECIMVM Clericorum Priuilegium est facultas participãdi in diuinis tempore generalis interdicti localis in ecclesijs, tamen, non interdictis, vnde ibi celebrare, & interesse diuinis officijs, sacrificium missæ offer-
1 re, eiq; inseruire possunt; secreto tamen submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis cãpanis, excommunicatis, & interdictis exclusis, iuxta Const. *Bonif. VIII. in cap. alma mater de sent. excom. in 6. & tradita per Doct. communiter.*

2 Hoc autem Priuilegio gaudent omnes clerici, etiam primæ tonsuræ, qui interdictum seruauerunt, ac ei causam non dederunt, nec sunt excommunicati, vel specialiter interdicti, seruatis circumstantijs prædictis. ita *Suar. de cens. disp. 34. sect. 1. n. 31. Sayr. eod. tract. li. 5. c. 5. n. 34. Auila item de censur.*

p.5.disp.4.sect.2.dub.4.concl.4 Tolet.lib.1.c.20. & Paul.Layman.lib.1.theol.mor.tr.5.p.4.

Clericos quoq. cõiugatos, si adscripti fuerint alicui ecclesiæ, posse admitti ad diuina audienda, & celebranda censent, *Bonaci.de cens.disp.5.pu.4.nu.18. ConinckK dub.2.n.30.& Paul. Layma.cit.loc.* ea ratione, quia licitum est clericis tempore generalis interdicti interesse diuinis officijs, eo quod illis competat ex officio, ipsiq; sint ministri altaris, & ecclesiæ. ideo licitum esset clericis coniugatis adscriptis alicui ecclesiæ interesse diuinis officijs.

3 An autem religiosi, & personæ ecclesiasticæ, ac etiam nouitij, eodem priuilegio gaudeant.

Et gaudere fatendum est, cum veniant appellatione clericorum, in fauorabilibus. ita *Silu. ver.clericus, 1.num.1. Auil.cit. loc.Suar.disp.35.sect.1.num.6. Sayr.d.l.5.c.8.n.15. Paul.Layman.cit.loc. & alij.*

Vnde dicendum est, clericos, & religiosos teneri eo tempore missam audire diebus festis, nã per illam concessionem non eximuntur ab audienda missa. ita *Bonac.loc.cit.n.20.* qui alios refert.

4 Possunt quoque clerici, & personæ ecclesiasticæ, quæ interdictum seruauerunt, eiq; causam non dederunt, nec sũt excommunicati, vel specialiter interdicti, non obstante generali interdicto loci, sepeliri in ecclesijs, & cæmeterijs, de iure antiquo, cum silẽtio, idest sine pulsu campanarum, & sine vllo officio, *cap. quod in te, de de pœnit.& remiss.* sed de consuetudine, & nouo iure *d.cap. alma mater,* possunt sepeliri in

5 ecclesia, etiam cũ officio, dum modo fiat cum moderamine, *d.cap.alma mater,* absq; pulsatione campanarum, & cessantibus omnibus solẽnitatibus; nam cũ ista moderatione cõceduntur omnia, prorsus officia; ergo recitari possunt, & alia officia sacra cũ missa pro defuncto clerico sepeliendo.

6 Quod si sepeliendi fuerint in cęmeterio, ꝙ est extra ecclesiã, in loco aperto, cadauer defuncti ꝓdicti officiandũ erit intra ecclesiam, & postea in cæmeterio cum silentio sepeliendum, & orationes, quæ in ipsomet actu sepeliendi dici solẽt, vel prius in ecclesia, vel postea dici possunt. ita *Sayr.d.l.5. c.8.n.6.& Suar.disp.35.sect.1. nu.8.* Qui ait, quod illa conditio, cessantibus omnibus solẽnitatibus, intelligi debet de solẽnitatib. ecclesiasticis, quibus officia diuina peragi, & corpo

7 ra mortuorum deferri solent, quia alia, quæ pertinẽt ad huma-

manum honorem, non pertinent ad prohibitionem interdicti. sic etiam cẽset, quod per illam conditionem; vt cum silentio tumulentur, iuxta concessionem *d.c. alma*, non licet hoc diuinum officium, vel psal
8 mos alternis choris, ecclesiastico more, dicere per vias, deferendo corpus defuncti.

9 Sed quæritur, an clerici possint etiam sepeliri in ecclesia specialiter interdicta.

In hac quæstione Doctores diuersimode scripserũt. Quidam enim simpliciter negant, vt *Io. And. in d. cap. quod in te, & Innocent. in cap. final. de excess. præl.*

Alij vero dicunt, quod existente speciali interdicto alicuius ecclesiæ, ibi sepeliri possent clerici eiusdem ecclesiæ, vt etiam tradunt communiter Doctores; non autem clerici alieni. ita *Abb. in d.c. quod in te, Siluer. interdictum 5.n.10. & Couar. in d.c. alma p.2.§.2.n.7.*

Plerique alij denique existimant, posse sepeliri in ecclesia interdicta, clericos, tam illius, quã alterius ecclesiæ. & mouentur ex eo, quia nullo iure reperitur prohibitũ, aut concessum magis propriæ ecclesiæ clericis, quam alienæ. ita *Hostiens. in d.c. fin. & Sayr. in d.l.5. c.8. nu.* 13. qui fatetur, quod honestius esset, vt clericus alienus, in ecclesia non interdicta, sepeliatur.

10 Quando tamen clerici sepelirentur in ecclesia specialiter interdicta, essent sepeliendi, absque officio, missa, & sine cantu, & absque pulsatione campanarum; quia *d. cap. alma mater*, nihil concedit pro eo tempore, sed solum pro interdicto generali; vnde quoad interdictum speciale loci, manet dispositio iuris antiqui, *d. cap. quod in te, de pœnit. & remiss. ita Couar. cit. loc. Sayr. n.14. & Palud. 4. dist 18. q.8. in art.2. princip. concl.10. & Paul. Layman. d. li.1. tr.5. p.4. c.2.*

11 Sed vtrum clerici coniugati cum vnica, & virgine, hoc priuilegio gaudeant.

Negant *Nauar. c.27. n.174. Coua. d.c. alma §.4. nu.5. Tolet. lib.1. c.20. n.3. Sayr. d.c.8. n 8. Sanch. de matrim. lib.7. disp.46. n.15. & alij.* cum solis duobus priuilegijs canonis, & fori fruantur, quãuis aliter dicat *Bonaci.* vt dictum est num.2. & idem censet *Suar. disp.35. sect.1. n.5.* qui cum *Nauar.* hoc limitat, nisi contrarium habeat consuetudo præscripta in clericis coniugatis. & indicat generalem regulam, nempe, quoties clerici coniugati licite admittuntur ad diuina tempore interdicti ad modum aliorũ clericorum, licite etiam sepeliri

in loco sacro. Quia est eadem ratio vtriusq; effectus; & quia illi, quoad hoc negotiũ interdicti, adhuc manent, & computantur in numero clericorum.

12 Quæ autem sint prohibita, vel permissa tempore interdicti localis, vel personalis. dixi in *tract. de oblig. cler. p. 5.*

13 Sed dubitatur, an tempore interdicti, in quo sepelientur extra ecclesiam mortui interdicti, Parochi sint priuati iuribus parochialibus, & funeralibus, & oblationibus defunctorum.

Resp. minime priuari, secundum *Silu. verb interdictum, quem et refert, & sequitur Ant. Raguc. in vas. eccles. discipl. sub tit. de interdi. quæst. 77. n. 10.*

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. XII.

De Priuilegio libere disponendi de bonis aduentitijs.

SVMMARIVM.

1 *Clerici possunt disponere de aduentitijs acquisitis sub potestate patris.*

2 *Nec in eis pater habet vsumfructum.*

3 *Quotuplex sit peculium filijfamil.*

5 *Qui clerici gaudeant, vel ne hoc priuilegio.*

7 *An clerici in minoribus debeant habere requisita à S.C.T. ad gaudendum fori priuilegio, vt hoc etiam gaudeant.*

11 *Vtrum gaudeant hoc priuilegio clerici coniugati.*

12 *An clerici gaudeant hoc priuilegio in aduentitijs acquisitis post clericatum.*

14 *Vota realia emissa à filiofamil. clerico de bonis post clericatum acquisitis, an possit pater irritare.*

15 *An gaudeant in bonis acquisitis ante clericatum.*

19 *An in bonis profectitijs acquisitis post clericatum.*

21 *An bona donata à patre filio clerico intuitu clericatus, vel vt esset patrimonium, ad cuius titulum promoueretur*

ad

ad sacros ordines, sint quasi castrensia.

24 *An clericus ordinatus ad titulum patrimonij teneatur bona sibi ea de causa donata à patre, in legitimam imputare.*

26 *An donatio facta filio ob causam clericatus, possit reuocari propter ingratitudinem.*

DVodecimum Clericorum Priuilegium est facultas libere disponendi tam inter viuos, quam in vltima voluntate, ad similitudinem castren-
1 sium peculiorum, de bonis aduentitijs p ipsos acquisitis sub potestate patris. *autb. presbyteros C. de epis. & cler. l. sacrosanctæ C. eod. cap. quia nos, de test. & ibi Doct.* Nec in eis pater
2 habebit vsumfructum, vt habet in bonis aduentitijs filij laici, *l. cum oportet C. de bon. quæ liber. §. 2. instit. per quas person. nob. acquir. c. 1. & 2. 12. q. 3. vbi glo. & Doct. & per D. Car. Tap. in tract. de relig. reb. cap. 1. verb. ideoq. nec de his fol. 533.*
3 Pro intelligentia autem huius priuilegij Præmittendũ est, quod peculium filijfamil. quatruplex esse potest, castrense, quasi castrense, aduentitium, & profectitium, vt est communis resolutio in *§. igitur liberi, inst. per quas personas nobis acquiritur, & in l. frater à fratre ff. de cond. indeb. vbi Crotus nu. 20. & per Silu. verb. peculium, & alios.*

In castrensi peculio numerantur ea omnia, quæ à filiofamil. acquiruntur occasione militiæ, *l. castrense ff. de castr. pecul.* eiusmodi sunt militum stipendia, hostiũ spolia, legata occasione militiæ, & similia, vt per *Moli. to. 1. tr. 2. disp. 130.*

In peculio quasi castrensi numerantur, quæ ex publico munere, seu officio, puta Doctoris, Iudicis, Aduocati, & Medici, &c. acquiruntur, *l. cum antiquis, C. de inoff. testam. vt per Petr. Nauar. lib. 3. c. 1. num. 68.* Item quæ à Principe alicui donantur. sic etiam bona clericorum ex titulo clericali, vel beneficio acquisita, iuxta *l. sacrosanctę C. de epis. & cler. auth. presb. eod. tit. & cap. quia nos, de testam.* & in hoc peculio, sicuti, nec in castrensi, pater nihil iuris habet, sed ipse filiusfamil. dominium, & administrationem habet.

Aduentitia bona sunt, quæ præter castrensia, & quasi castrensia, filiofamil. obueniunt non à patre, neq. intuitu patris, sed vel ex propria industria, vel liberali alicuius donatione, legato

gato matris, vel aui materni hæreditate, &c. & huiusmodi aduentitiorum bonorum, sola proprietas ad filium spectat, vsusfructus ad patrem §. sancitum, *instit. per quas pers. nobis acquir. l. cum oportet C. de bon. quæ lib.*

Profectitia deniq; bona sunt, quæ ex pecunijs, & rebus patris, vel occasione patris à filio acquiruntur, & dicuntur profectitia, quasi ex paterna substātia profecta, & hæc bona ad patrem pertinent, tam quo ad proprietatem, quam quoad vsumfructum *d. § sancitum, vt notant, & tradunt DD. apud Ioa. Gars. à Saabedra in tract. de coniug. acquæst. nu. 126. in commen. Gars. de expens. & meliorat.*

His suppositis, vt huius Priuile-
4 gij necessaria pateant, breuib. verbis discutiemus de infra scriptis, scilicet.

Qui clerici hoc priuilegio gaudeant, vel ne, nu. 5

Item, an eo gaudeant in omnibus bonis aduentitijs acquisitis post clericatum. num. 12

Vtrum in bonis aduentitijs acquisitis ante clericatum, nu. 15.

Denique, an in bonis profectitijs post clericatum, nu. 19.

PRIMA DVBITATIO.

5 QVi clerici gaudeant, vel ne hoc Priuilegio.

Pro solutione. Dico primo, eo gaudere omnes clericos tam in sacris, quam in minoribus, etiam primæ tonsuræ, *d. auth. presb. C. de episc. & cler. & cap. quia nos, de testam.* quæ iura indistinctè loquuntur de cleri-
6 cis, & nomine clericorum veniunt omnes, etiam prima tonsura initiati, vt diximus supra c. 10. nu. 5.

7 An autem. vt clerici minorum ordinum, aut primæ tonsuræ gaudeant hoc priuilegio, debeant habere omnia requisita à S.C.T. *sess. 23. c. 6. de reso.* vt gaudeant priuilegio fori, q̄ retulimus supra c. 8. de priuil. fori.

Affirmant *Moli. to. 1. disp. 138. & 231 Bened. Aegid. l. 1. par. 1. §. 7. n. 10. C. de sacros. eccl. Spino specul. testam. rub. glo. 4. num. vlt. & Bellect. p. 1. disq. cler. fol. 515 n. 26.* & ducuntur ex eo, quia quamuis S.C.T loquatur de Priuilegio fori, non minus extēditur ad alia priuilegia, quia longe maior ratio est, vt alia priuilegia amittantur; quippe faciliùs amittuntur, vt constat in clerico coniugato, quia nūquam hoc, vt dicemus, neque cęteris priuilegiis gaudet, cum tamen gaudeat canonis, & fori priuilegio, seruatis aliquibus

bus

bus conditionibus, vt diximus supra c.6.& c.7.

Cum *Sanch.tamen 2.to.sum.lib.7. c.13.nu.33.* censeo tales clericos, etiam primæ tonsuræ nullam prædictarum cōditionum seruantes, hoc frui priuilegio, ex eo, quod Priuilegijs clericalibus priuari, sit odiosum, & ideo restringendum; cum ergo S.C.T. eas conditiones, ad solum fori priuilegium retinendum, petierit, id non extendendum est, vt necessarium sit ad retinenda cętera priuilegia, atque ita *Nauarr.lib.5. consil. tit.de priuil.cons.24.& Gonsal. in reg.8.Cancell.glo.5.§.5.nu.6 & 7.* vbi affert declarationem Sacr.Congr.de hoc, probant in eo decreto, non auferri priuilegium canonis, quod est diuersum à priuilegio fori.& idē *Moli.de iust.lib.3.disp.671.* asserit, reliqua priuilegia, præter fori, relicta illęsa à S.C.T. in clerico nō seruāte eas conditiones. Idq.probatur quia vbi textus, alia priuilegia auferri volunt, id explicāt, *vt cap.vnico, de cler.coniug.in 6.* quod cōfirmat *eod.cap.6.*S.C.T. vbi explicuit, clericos coniugatos, nullis alijs clericorum priuilegijs, gaudere, præter canonis, & fori, & his tantum, seruatis quibusdam conditionibus, vt diximus supra cap.6.& 7. Cum ergo S.C.T. eas conditiones ad solum fori priuilegium, petierit, non sunt petēdæ ad alia retinēda, cum nullus alius textus eas petat; eo vel maxime

8 (margin, beside "cos,etiam primæ tonsuræ")

9 (margin, beside "in eo decreto")

10 quod longe diuersa sit ratio; Priuilegium enim fori restrictū est ob maximam Regum instantiam ne fraudaretur eorū iurisdictio, quod in reliquis priuilegijs locum non habet, & supradicta confirmātur, etiam ex traditis per *Anto.Dian.p.1. resol.moral.tr.2.resol.36.fo.41* quamuis aliter *sentiant Suar. l.4.def.fid.c.27.nu.24.& Paul. Layman.l.1.tr.5.p.2.c.5. nu.4.* vt dictum est supra c.7.nu.25.

11 Dico secundo, clericos cōiugatos, etsi cum vnica, & virgine, habitumq; deferentes, hoc priuilegio non gaudere, iux. dispositionem *tex. in d.c. vnico, de cler.coniug.in 6. & in d.c.6.sess.23.S.C.T. ita Sanch. & Doct.per ipsum relati in d.l. 7.c.13.n.36.*

SECVNDA DVBITATIO.

12 An clerici gaudeant hoc priuilegio in omnib. bonis aduentitiis acquisitis post clericatum.

In hac dubitatione, pleriq; censēt sola acquisita à clericis intuitu, & ratione ordinis clericalis censeri quasi castrensia, in cęteris vero aduentitiis, nihil distare inter clericum, & lai-

laicum, quia licet *d. auth. presbyteros* generaliter loquatur, debet restringi ad bona acquisita à clerico tanquam à clerico, quia reliqua bona instar laicorum acquirit, & proinde nō proprie acquisita à clerico dicuntur. & confirm. quia hæc bona dicuntur quasi castrēsia, ad similitudinem castrēsium, quæ à militibus in castris acquiruntur. at castrensia non sunt quęcumque à militibus acquisita; sed ea sola, quæ occasione militiæ comparantur, vt habetur *in l. castrensi, de castrēsi peculio*, ergo similiter, &c. *ita Oldr. cons. 17. n. 2. Butrig. in l. sacrosanctæ C. de epis. & cler. Saly in d. auth. presbyteros, Rip. in l. in quartam, num. 161. ff. ad leg. falc. & alij, cum quibus pertransit D. Reg. Constant. Marchio Corleti in suo commen. sub tit. de filijs officialium num. 53. f. 284.*

Alij vero probabilius docēt, omnia bona, quæ in laico filiofamil. essent aduentitia, si post clericatum acquirūtur, esse quasi castrensia, ac proinde patri nō acquiri illorum vsumfructum, sed pleno iure, quoad omnia acquiri filio. Quorum sentētia prob. ex *d. c. quia nos, de test.* vbi expresse loquitur de omnibus aduentitijs. item ex *d. auth. presbyteros*, ibi: *res quomodolibet ad eorum dominium venientes. & in d. l. sacrosanctæ, ibi, ea quæcumq. in eodem clericatus gradu, locoq; viuētes acquirere, & habere potuerunt, etiam si patris, auiq; potestate constituti.* Præterea, quia id priuilegium est clericis concessum ratione dignitatis, & meritorum, vt patet ex *d. l. sacrosanctæ*, ibi: *qui semel probatis moribus, &c.* Quæ ratio militat in omnibus bonis, & ideo non est simile de acquisitis per milites. Quippe id priuilegium,

13 vt eorum bona essent castrensia, solis bonis acquisitis in castris concessum est, & ideo cessat fundamentum contrariæ opinionis. ita *Abb. & Couarr. in d. cap. quia nos, Nauar. c. 27. n. 142. Moli. de iust. tom. 1. disp. 138. & disp. 231. Less. de iust. li. 2. c. 4. dub. 3. n. 7. Sanch. in sum. 2. tom. lib. 7. c. 13. nu. 31. Azo. inst mor. tom. 1. lib. 12. c. 8. q. 9. Car. de Grass. eff. 19. nu. 66. Eman. Sà, verb. clericus, nu. 24. & alij, quos referunt, & sequitur Surd. cons. 259. n. 21. vol. 2. Paul. Layma. lib. 3. tract. 4. c. 8. nu. 1. & Bellect. d. p. 1. disquis. cler. tit. de bon. cler. §. 7. fol. 512. nu. 5. ac notat Molf. ad consuet. Neap. to. 2. cons. 23.*

14 Huius dubij occasione, est notandum, quod vota realia emissa per clericū filiumfamil. de bonis post clericatum acquisitis, pater non poterit irri-

irritare; cum sint quasi castrẽsia,& sine consensu patris possit de illis vouere, & ratione huius generis bonorum, filius est sui iuris,vt notant *Bar.à S. Faustο in thesaur.relig.de trib. vot.lib.2.q.111.& Ant.Raguc. in vas.eccl. discipl.sub tit.de voto,quęsito 39.n.4.*

TERTIA DVBITATIO.

15 AN hoc priuilegio gaudeant clerici in bonis aduẽtitijs,ante clericatum acquisitis; ita vt clericatu assumpto efficiantur quasi castrensia,& proinde pater amittat illorum vsumfructum antea comparatum.

Quidam affirmant, moti ex eo, quia *tex.in d.cap.quia nos, & auth.presbyteros* generaliter loquuntur, vt possint disponere de bonis aduentitijs,ergo tam de acquisitis ante, quam post clericatum.

Contrarium tamen dicendum est,ea bona manere adhuc aduentitia,ac retinere patrem vsumfructum illorum. Nam 16 & si iura prædicta generaliter loquantur, tamen sunt intelligenda, quo vitetur præiudiciũ paternum, quod vitandum ibi cauetur, dum disponitur; eius legitimam non minuendam, *iux.tex.in d.l.sacrosanctæ*, vbi expresse loquitur de acquisitis post clericatum. Præterea, quia cum per clericatum non 17 cesset patria potestas *d.auth. presbyteros*;& iuxta cõmunem doctrinam; non est cur cesset vsusfructus antea acquisitus. eo,vel maxime,quod esto cessaret, non cessaret subinde vsusfructus ille. Nam episco-18 patu assumpto, cessat patria potestas, *cap.peruenerabilem,qui fil.sint legit. & notat Bar.à S.Fausto in thes.religios. d.l.2.q.112.*Nec tamen extinguitur vsusfructus in bonis illius filijfamil.antea à patre acquisitus, vt per *Pinell.*statim alleg.&hanc sententiã docent *Couar.in d.cap. quia nos,nu.2. Molin.de iust tom.1.disp.238. Car.de Graß.eff.19.n.67.Sãch. d.l.7.c.13.nu.26. Pinell.in l.1. p.1.n.43.C.de bon.mat.Bellett. d.p.1.disq.cler.§.512.n.7.Paul. Laym.d.l.3.tr.4.c.8.n.2.&alij.*

QVARTA DVBITATIO.

19 AN hoc priuilegio gaudeant in bonis profectitijs acquisitis post clericatum; ita vt ea censeantur quasi castrẽsia.

Quidam affirmare videntur, ex eo,quia *d.auth.presbyteros* generaliter loquitur,ibi:*res quomodolibet*. ita *Iaſ.in l.filia si-tet,n.7.C.de collat. Rolan.cons. 16.num.5. vol.4. & per Surd.*

Sſ conſ.

cons.259.nu.21.vol.2.& Molf. 2.to.ad Consuet.*Neap. cons.23.*

Contrarium tamen cẽset Sanch. ea omnia, quæ acquisita à filio famil. laico essent profectitia, talia quoq. esse si ab ipso effecto clerico acquirãtur, ac proinde ea omnia fore patris, quo ad proprietatẽ, & vsumfructũ: nam prædicta auth. non loqui-

20 tur de omnibus bonis clerici, sed de solis illis, quorum clericus dominium acquirit; at peculij profectitij nõ acquiritur dominiũ per filiũfamil. ita *Abb. in rubr. de peculio clericorum, Butrig. in d. l. sacrosancta, Ripa in l. in quartam ff. ad leg. falcid. n.171. Silu. ver. peculium* 1.*q.*2 *Sanch d.c.13.nu.28. & Couar. d.c. quia nos.*

21 Essent autem quasi castrensia bona donata à patre filiofamil. clerico, quando donaret intuitu clericatus, secundum *Couar. loc. cit.* Atq. idem dicendum esse, ait *Sanch. num.29.* ex aliorum sententia, quos ipse refert, de ijs bonis, quæ illi pater donauit, vt esset patrimonium ad cuius titulum promo-

22 ueretur ad sacros ordines, quando causa subsequuta est, nam si receptio ordinum non subsequeretur, secundum eos, bona prædicta non essent peculium quasi castrense, sed redirent ad patrem, tanquam causa non subsequuta.

23 Sed *Bellect. p.1. disq. cler. fol.* 513.*n.*17. simpliciter fatetur; quidquid clericus filiusfamil. consequitur à patre, vel aliunde censetur quasi castrẽse peculium, & de eo poterit disponere ad sui libitum, quamuis sit in potestate patris.

24 Sed vtrum talis clericus ordinatus ad titulum patrimonij, teneatur in legitimam imputare bona sibi à patre, ea de causa, assignata.

Et non posse imputari in legitimam, iudicauit *Polid. Rip. in dec.234.* iusta cuius opinionem consuluit *D. Ric. in prax. fori eccl. resol.522.* nam talia bona non sunt assignata, vt de illis possit disponere, quod requiritur in legitima, *Crauett. cons. 136. lib.1. Faber §. fin. inst. de inoff. testa. & Carol. de Graff. in prælud. de eff. cler. n.421.*

25 Nec huiusmodi donatio dicitur ob causam, quæ in legitimam imputatur, *l. quoniam nouella, de inoff. test. l. si quando §. generaliter C. eod. tit. & late per Socc. cons.18. lib.4.* nam vt donatio dicatur ob causam in hac materia, requiritur, vt illa causa habeat in se necessitatẽ, prout est donatio ex causa dotis, quia pater tenetur dotare filiam, & prout est donatio ꝓpter nuptias, quam pater tenetur pro filio facere; secus si fiat donatio ob causã, ob quã

pa-

pater non tenebatur, *Dec.in l.vt liberis, & in auth.ex testamento C.de collat.* qui etiam subdit, quod in alia materia donatio ob causam dicitur, quando causa respicit commodum donantis, sed talis donatio facta filio, vt ad sacros ordines promoueri possit; non habet causam necessariam; cum non reperiatur in iure cautum, vt pater cogatur donare filio, ad hoc vt efficiatur clericus, vt notat *Ric.loc.cit.nu.6.* nec ista causa respicit commodum ipsius patris, sed filij, ideo donatio ob causam dici non poterit.

26 An autem donatio facta filio ob causam clericatus, ad cuius titulum fuit postea promotus, reuocari possit propter ingratitudinem: cum de iure certum sit, reuocari posse donationem propter ingratitudinem, *l.1. l.quod mater, & l.fi.C.de reuoc.don.* immo secũdum *Clar.§.donatio q.21.n.7.* non valeret pactum appositum in donatione, quod non possit reuocari propter ingratitudinem.

Resp. donationem prædictam per patrem minime reuocari posse, prout in facti contingẽtia fuit resolutum in Cur. Archiep. Neap. vt testatur *D.Ric. par.1.dec.19.* pluribus rationibus, præcipue quia, qui promouetur ad sacros ordines, censetur contrahere coniugiũ spirituale, argum. *tex. in cap. vnico, de vot. in 6.* & argumentãdo à dicto matrimonio spirituali, ad carnale, quod validum est de iure, *cap. inter corporalia de translat. episcop.* sicut donatio facta causa matrimonij carnalis non reuocatur propter ingratitudinem, secundum *Guid.Pap dec.145.& Clar.d.§. donatio q.21.n.4.* ita quoque reuocari non potest donatio facta cõtemplatione spiritualis coniugij, quod est clericatus.

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. XIII.

De Priuilegio teſtandi ad inſtar militis armatæ militiæ ſine ſolemnitatibus iuris ciuilis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pōt teſtari ſine ſolemnitatibus iuris ciuilis, ſed ſecundum ius canonicum.*

3 *An teſtamentum clerici prætereuntis, aut ſine cauſa exhæredantis filios, vel parentes, annulletur, & ſubiaceat querelæ inofficioſi teſtam.*

DEcimumtertium Clericorū Priuilegium, eſt facultas teſtandi etiam ſine ſolēnitatibus iuris ciuilis, ad inſtar militis armatæ militiæ,
1 cum & ipſe, militis cęleſtis militiæ nomine decoretur, *c.2.de pęnis in 6. ita Abb.in cap.quia nos, de teſtam. Car.de Graſſ.eff. 19.nu.14.& eff.63. Vaſq.in tract.de ſucceſſ.creat. li.3.§.22. nu.39.&* 84. qui alios refert, ac de communi teſtatur, & alij apud *Sanch.in ſum. 2.to.lib.7. c.3.nu.19.* licet ipſe aliter ſentiat. & ratio eſſe poteſt, quia clericorum teſtamenta regulari debent ſecundum ius ca-
2 nonicum, cui ipſi ſubijciuntur; ſed de iure canonico nulla ſolemnitas iuris ciuilis in teſtando requiritur, cum in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, *cap.relatum, de teſtamen.* ideo prætermiſſis regulis iuris ciuilis, poſſunt clerici condere teſtamentum, ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, vt in *cap.cum eſſes, & quod ibi notat Card.de teſta. & per DD. apud D.Carol.Tap.in tract.de relig. reb.c.1.ver.ideoq; nec de his nu. 20.f.524.*
3 An autem, ſicuti teſtamētum militis prætereuntis, aut ſine cauſa exhæredantis filios, vel parentes, non annullatur, nec ſubiacet querelæ inofficioſi teſtamenti, vt notant *Couarr.in d.c.quia nos, n.7.Rom.& Iaſ.in l.ſicut, de teſta.mil. & Io.Garſ. à Saabedra de coniugali acquæſtu, nu.126.in commen. Garſiæ de expenſ.& melior.* Ita nec teſtamen-

ſtamentum clerici annullari poſſit, ꝓpter præteritionem, vel exhæredationem ſine cauſa.

Negat *Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.3. §.22.n.37.* & quod teneatur relinquere legitimam tam aſcendentibus, quam deſcendentibus, tenet *Coua. in d.cap. quia nos.*

Contrarium tamen, quod annullari non poſſit ex cauſis prædictis, ſicuti teſtamentum militis, tradunt *Abb.in d.c. quia nos, glo.in auth. presbyteros C. de epiſ.& cler.Bal.in l.ſacroſanctæ C.eod.Corn.conſ.33.nu.46. qui de communi teſtatur, Iaſ.in l.ſi filiam nu.8.C.de inoff. teſt. Car.de Graſſ.eff.19.nu.16.Ioa. Ant.de Nigr.in clem. vnica, de vit.& hon.cler.& Bellect.d.p.1. diſq.cler.fol.512.nu.6.*

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. XIV.

De Priuilegio, vt non poſſint cogi eſſe tutores.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an poſſit dari tutor in teſtamento, vel per curiam, et quid, eo volente, an poſſit admitti ad vnã, vel plures tutelas, & quid ſi pupilli eſſent pauperes, & miſerabiles perſonæ.*

5 *Clericus agens vti tutor alicuius, quando poſſit reijci à limine iudicij.*

Clerici an poſſint curam fatuorum, & ſimilium, ſi ſunt cõiuncti, agnoſcere.

7 *Epiſcopi, vel regulares, an poſſint eſſe tutores.*

9 *Clericus, an poſſit ſe excuſare à tutela ſi illam inceperit antequam eſſet clericus.*

11 *Tutor excuſatur à tutela ex militia ſuperuenienti.*

12 *An quis poſſit admitti ad clericatum, quando reperitur tutor, antequam reddat rationem adminiſtrationis tutelæ.*

13 *An clericus poſſit conſequi legatum ſibi factum cum conditione, vt ſuſcipiat tutelam filio-*

filiorum, si à tutela vult se excusare, & quid in eo, qui vult fieri clericus.
15 *Clericus, qui noluit acceptare tutelam, an priuetur successione pupilli.*
16 *Clericus non petens tutorem pupillo, cui erat successurus, an priuetur eius successione.*
18 *A quo iudice sit dandus tutor, vel curator clerico minori.*
19 *Quid si clericus minor litigaret coram iudice laico.*

Decimumquart. clericorum Priuilegiũ est, vt non possit regulariter dari tutor in testamento, neq. per Curiam, nec
1 cogi ad suscipiendam tutelam legitimam. *Cap. peruenit, & ibi glo. dist. 86. l generaliter, iuncta auth. sed hodie, C de sacros. eccl. auth. presbyteros C. de epis. & cler.* & hoc cautum est, ne clerici occupentur negotijs prosanis, dum sunt ascripti ministerijs ecclesiasticis, vt notat *Paul. Montan. in tract. de tutel. c. 35. reg. 1. n.* 195. Quãuis
2 clericus volens admittatur ad suscipiendam tutelam legitimam proximorum consanguineorum, cum sit officium piũ, *cap. generaliter 16. q. 1. & d. l. generaliter, & auth. presbyteros, & tradunt Silue. Aldobrand. in §. idem, & in milite, inst. de excus. tut. Caualc. in tract. de tut. & cur. n. 288. Ioa. de Deo, in doctr. Aduoc. lib. 3. c. 10. nu. 11. Anto. Piagg. in tract. de tut. & cur. q. 3. n. 2. Bellect. p. 1. disquis. cler. tit. de disciplin. cler. §. 32. & nouissime Anto. de Virgil. in tr. de legitimat. personę in iudicio comparen. c. 9. nu. 20. & Paul. Laym. lib. 3. theol. mor. tr. 4. c. 9. nu. 4.* & vnicam tantum tutelã
3 legitimam, & non plures posset suscipere, vt dicit idẽ *Paul. Montan. d c. 35. nu.* 1.
4 Sed dubitatur primo, an clerici volentes possint admitti ad tutelam testamentariam, vel datiuam; sicuti admittuntur ad tutelam legitimam.

Resp. negatiue, *Cap. Ciprianus 21. q. 3. & d. cap. fin. dist. 86. & tradunt glo & DD. in d. l. generaliter, Bar. cons. 143. Piagg. & Caual. cit. loc. & alij apud Ant. de Virg. d. c. 9. n. 19.* In tantum
5 quod si clericus ageret vti tutor testamentarius, vel datiuus posset ei opponi de nullitate tutelæ, & propterea reijci à limine iudicij, vt notat *Ioa. de Deo d. l. 3. c. 10. nu. 11.* Ita tamen verum est, quod clerici tutelam testamentariam agnoscere nequeunt; nisi in testamento dati fuerint tutores

res illis, quorum tutela legitima, testamento non facto, ad ipsos delata fuisset, quia tunc volentes illam suscipere possunt, vt notat *Anto. de Virgil. in d.c.9. num.23.* & ideo clerici volentes curam fatuorum, prodigorum, & similium perpetuo laborãtium, illorum scilicet, qui rebus suis propter morbum superesse nequeunt, possunt agnoscere, si sunt eorum coniuncti, & strictiores; namq. & illorum cura legitima illis, qui ad successionem ab intestato vocantur, defertur, *§. furiosi quoq. inst. de curator. & ibi Silu. Aldobr. n.17. & notat post alios Ant. de Virgil. d.c.9. nu.22.*

6 Secundo dubitatur, an saltim possint clerici admitti ad suscipiendã tutelam testamentariam, vel datiuam, quando pupilli essent pauperes, vel miserabiles personæ.

Dico, hoc casu posse non solum admitti, accedente superioris auctoritate, sed ẽt cogi quãdo alius tutor non posset inueniri ita aptus, vt bona pupilli gubernare posset, & sic in subsidium, *d cap. peruenit, dist.86. cap.1. dist.88. & l. Orfanotropos C. de epis. & cler. Paul. Monta. d.35. reg.1. nu.197. Graff. in decis. aur. p.2. li.3. c.2. nu.12. & alij.*

7 Tertio dubitatur, an Monachi, & ceteri Regulares, ac ẽt Episcopi admittantur, volentes ad tutelam, saltim legitimam, sicuti clerici seculares.

Et minime admitti fatendum est, vt tradunt *Molin. de iust. tr.2. disp.221. vers. religiosus tutor, Paul. Layman. cit. loc. post Spec. in tit. de tuto. §. generaliter n.x.* Si tamen essent personæ mise-

8 rabiles, quarum bona perirẽt, nisi essent ab Episcopo subleuatæ, possẽt Episcopi, & alij in dignitate constituti esse tutores, vt dicit idem *Moli. cit. loc. vers. episcopus etiam tutor.*

9 Quarto dubitatur, an clericus possit à tutela se excusare, etiam si illã iam inceperit administrare antequam esset clericus.

Resp. affirmatiue, ex *c.1 iuncta glo. de obligat. ad ratioc. & tradunt Spec. loc. cit. num.11. Paul. Mont. de tutel. d.c 35. nu. 199.* & ea potest esse ratio, quia

10 dignitas superueniens soluit vinculum præcedentis obligationis etiam voluntarie contractæ, *l. interdum ff. de operib. liber.* & quod clericatus sit dignitas, dicunt *glo. in cap. deniq; verb. dignitas, dist.4. & in c.1. vers. dignitati, de vit. & honest. cler. & alij apud Car. de Graff. de eff. cler. in prælud. nu.381.* sicuti etiam dicitur de eo, cui su-

11 peruenit militia, quia à tutela excusatur propter militiam super-

superueniente, *l. milites, & ibi Scriben. C. qui dari. tutor. poss.* & nõ solum excusaretur à tutela, quam de præsenti regit, sed si reperiretur esse de præsenti, vel fuisset tutor de præ-
12 terito, non posset admitti ad clericatum, nisi deposita tutela, & reddita ratione administrationis præteritæ, *c. 1. dist. 53. & cap. vnico, de oblig. ad ratioc. & ibi DD.*

13 Quinto dubitatur, an tutor qui vult fieri clericus, & per consequens à tutela se excusare, amittat legatum, sibi à testatore factum cum ista conditione, vt suscipiat tutelam filiorum ipsius testatoris.

Et minime ob id amittere tale legatum, ne retrahatur à vita contemplatiua, tradit *Alber. in d. auth. presbyteros, & sequitur Car. de Grass. in eod. prælu. nu. 409. qui in eod. tract. eff. 16. nu. 4.* idem concludit, si legatũ
14 sit factum clerico cum eadem conditione; quia ea non obstante, posset legatum consequi, & tutelam recusare.

15 Sexto dubitatur, an clericus qui noluit acceptare tutelam legitimam, priuetur successione pupilli, iux. *tex. in l. sicut hæreditas C. de legitim. tutor.*

Resp. nequaquam priuari tali successione, quia potest succedere pupillo, etiam quod noluerit subire tale onus, *d. cap. peruenit, dist. 86. & tradit Graff. in decis. aur. par. 2. lib. 3. cap. 2. n. 13.*

16 Sed vtrum clericus, qui esset successurus pupillo, priuetur eius hæreditate, ob non petitum tutorem ipsi pupillo, *iux. tex. in l. sciant* C. *de legitim. hæred.*

Affirmant *Felin. in cap. ecclesia S. Mariæ num. 67 de Const. Paul. Monta. d. tr. de tutel. n. 6. & alij apud* Car. *de Grass. eff. 2. n. 242. qui tamen eff. 16. nu. 26. contrarium dicit.*

17 Coram quo autem iudice debeat reddere computum suæ administrationis, clericus, qui onus tutelæ legitimæ voluntarie suscepit, vide notata supra *c. 7. n. 87. & per Car. de Graff. eff.* 1. *n. 984.*

18 Demum quæritur, à quo iudice dandus sit tutor, vel curator clerico minori.

Resp. cum *Bar. in l. 1. ff. de tut. & curat. datis ab his, & alijs, quos refert Car. de Graff. eff. 1. n. 958 & sequitur Ant. Dian. p. 1. res. mor. tr. 2. resol. 94.* quod per iudicem ecclesiasticum est dandus, quidquid aliqui, aliter dixerint.

19 Quod si clericus minor litigaret coram iudice seculari, tunc censent *Oldr. cons. 59. Ripa in cap. decernimus, nu. 9. de iudi. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. nu. 14. & 64. Dec. cons. 150. n. 7.*

n.7.Diana cit.loc.& alij, quod curator possit dari ab illo iudice, coram quo lis esset ventilanda, etiam si alias esset incompetens; quia curator datur rebus, & non personæ.

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. XV.

De Priuilegio, vt non possint puniri propter crimen læsæ Maiestatis humanæ à patre commissum.

SVMMARIVM.

2 *Filiusfamil. clericus non punitur pœnis pro crimine læsæ Maiestatis humanæ à patre commisso.*

3 *Si clericus tale crimen committeret, à quo veniat puniendus.*

7 *An clericus possit committere tale crimen læsæ Maiestatis.*

Decimumquintum Clericorum Priuilegium est, quod & si filij, ex crimine læsæ Maiestatis per patrem commisso puniantur, & patiãtur pœnam
1 priuationis omnium bonorũ paternorum, & afficiãtur alijs pœnis, de quibus in *l.quisquis C.ad leg.Iul.Maiest.* istæ tñ non
2 imponũtur filio clerico, nec pro tali patris delicto puniri põt; *glo.in cap.satis peruersum, dist. 56. Baiar.ad Clar.§.læsæ Maiestatis, n.19. Car.de Graff.eff.55. & alij apud Bellect.par.1.disq. cler.tit.de bon.cler.§.7.fol.512. nu.10.*
3 Sed quid, si clericus committeret tale crimen læsæ Maiestatis, à quo esset puniendus. Resp. quod in casu, quo illud cõmitteret, nõ posset cognosci, nec puniri per iudicem laicum, sed per ecclesiasticum, *Boss.tract.crim. in tit. de crim. læs.maiest.num.88. Affl.super const.lib.1.rub.43.const.de personis, nu.6. Lel.de Zanch.de priuil.eccl.priuil.85.nu.10.& alij*

apud Car. de Graff. eff. 1. n. 568. vbi multa congerit.

4 Et quamuis priſcis tempo-
ribus, tempore Principis Sa-
lerni, iux. *conſt. de perſonis*, fue-
rit à iudice laico proceſſum
contra clericos pro tali cri-
mine; contrarium tamen fuit
poſtea deciſum, vt referunt *de
Franch. dec. 691. Genuen. in
prax. c. 90. & de Thoro ver. cle-
ricus f. 97.* Vnde annis elapſis
in quadam rebellione fuit pro-
5 ceſſum contra clericos, & mo
nachos ex delegatione Sũmi
Pontificis Clem. VIII. fel. rec.
per iudicem laicum clericali
charactere inſignitum, inſimul
cum iudice eccleſiaſtico, vt te-
ſtatur D. *Regens Tapia in d.
Conſt. de perſonis num. 10. Ge-
nuenſ. loc. cit. & D. Ric. par. 5.
collect. deciſ. 2062. & in prax.
for. eccleſ. rer. quotid. reſol. 311.
de Ponte deciſ. 9. de Franch. loco
cit. & Ant. Dian. p. 1. reſol. mor.
tr. 2. reſ. 19.*

6 Et quod dictum eſt de cle-
rico pro crimine læſæ Maie-
ſtatis; dicendum eſt pro deli-
cto falſæ monetæ, vel ipſius
tonſionis, quia ab eccleſiaſti-
co venit cognoſcendus, vt di-
ximus ſupra cap. 7. num. 115.
& ibi etiam retulimus verba
Bullæ Sanctiſſ. D. N. D. Vr-
bani VIII.

7 Vtrum vero tale crimen
committi poſſit à clerico.
*Gloſ. magiſtralis in clemen. corpo-
rali, verb. ſubditus, de ſenten. &
re iud. quam ſequuntur* Clar.
*§. læſæ maieſtatis, & in §. fin. q.
36. num. 23. Ric. loc. cit. & alij.*
docent clericum, vti non ſub-
ditum, minime incidere in tale
crimen læſæ Maieſtatis, & ſic
tenuit *Rota*, vt refert *Farin.
dec. 241. vol. 2. & per Præſ. de
Franch. dec. 440.* qui dicit, quod
à non ſubdito, non committi-
tur crimen læſæ Maieſtatis, li-
cet aliter dicat *Car. de Graff.
eff. 1. n. 571.*

TRA-

TRACTATVS DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

CAP. XVI.

De nonnullis alijs Clericorum Priuilegijs.

SVMMARIVM.

2 *Filiusfamil. qui postquam cõmisit aliquã ex causis ingratitudinum, fuit effectus clericus, vel religiosus, non poterit exhæredari à patre.*
Donatio facta clerico, an possit reuocari ex causa ingratitudinis.
3 *Clerici iurant in conscientia, & tacto pectore.*
5 *Clericus filiusfam. potest esse in iudicio sine auctoritate & consensu patris, vbi agit, vel conuenitur in causa beneficiali, vel spirituali.*
7 *Clericus si habet ius patron. eccles. siue tanquam beneficiatus, infra sex mẽses potest præsentare in eo Capellanum.*
10 *Quando dicatur ius patron. ecclesiasticum.*
11 *An dicatur ecclesiasticum beneficium fundatum, seu dotatatum ex redditibus beneficij.*
12 *An iuspatronatus spectans ad laicos religiose viuentes, vel ad Magistros ordinum Militiarum Diui Iacobi, &c.*
13 *An iuspatron. Confraternitatum laicorum.*
14 *Si clericus nõ esset solus patronus, sed compatronus cum alijs laicis, an consequantur etiam laici hoc priuilegium præsentandi infra sex menses.*
15 *Si iuspatronatus sit ecclesiastici, & laici, & facta est conuentio, seu cõcordia de alterni vicibus præsentando, an in turno ecclesiastici censeatur mere ecclesiasticum, & in turno laici mere laicale.*
16 *Filius studẽs tenetur post mortem patris, conferre libros cũ alijs fratribus, si non est doctoratus ante mortem patris, secus in clerico.*
18 *Clerici elapso biennio possunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
20 *Laicus cum litigat tenetur iurare de calumnia, & quid in clerico.*
21 *in iuramento calumniæ, quid contineatur.*

22 *An clericus teneatur cauere, aut satisdare de expensis in casu succũbentiæ, si est actor in foro laicali.*
24 *Et quid in foro ecclesiastico.*
25 *Laicus in causa pecuniaria tenetur præstare fideiussionem de iudicio sisti, aliter tamen est in clerico.*
26 *Fideiussor de iudicio sisti liberatur, si is pro quo fideiussit suscepit clericatum.*
27 *Clerici non possunt capi pro represalijs.*
29 *Pater tempore necessitatis non potest vendere seruitium filij clerici.*
30 *Clericus non tenetur canere palinodiam.*
31 *Clericus propter offensam factam laico, non tenetur illi genuflectere, sed debet aliter satisfacere.*
32 *Clerici pro delicto non puniuntur pęna sanguinis.*
33 *Clericis non imponitur pęnitẽtia solẽnis, quæ fit cum ignominia.*
35 *Constituto in dignitate ecclesiastica quandoq. parcendum ad euitandum scandalum.*
36 *Qui clerici gaudeant, vel non prædictis priuilegijs.*

Decimum Sext. Clericorum Priuilegiũ est, quod etsi filius, qui commisit vnã ex causis ingratitudinum, de quibus in *§. aliud quoque capitulum*, *in*
1 *authen. vt cum de appell. cogn. & per glo. in cap. quintauallis, de iureiur.* possit per patrem exhæredari, *Clar. in §. testamentum q. 4. n. 1. Barbo. par. 3. alleg. 102. nu. 17. & alij*; tamen hoc non procedit in filio, qui post-
2 quam cõmisit aliquam ex prędictis causis ingratitudinis fuit factus clericus, vel aliter religiosus, quia tunc non poterit exhæredari, *Cap. non licet, 19. quæst. vlt. & ibi Doctor. glo. in l. fi. ver. quasi ingratum C. de epi. & cler. Io. Ant. de Nigr. de vit. & hon. cler. n. 147. Car. de Graf. eff. 47. & alij apud Sanch. in sum. 2. tom. lib. 5. c. 5. n. 33.*
An autem donatio facta filio ob causam clericatus, ad cuius titulum fuit postea promotus, possit reuocari propter ingratitudinem. Diximus supra c. 12 num. 26.

De-

DEcimumſeptimum Priuilegium eſt, quia licet laici cum iurant, debeant iurare tactis ſcripturis, alias iuramentum non eſſet legitimum, neq. obligatorium in foro fori, *cap. ſi quis presbyter, 2.q.4.glo.in §.itẽ ſacramẽta, in tit. de pac. iuram. Villaut dec. 20. nu. 46.* qui alios
3 refert; tamen ſecus eſt in clericis, qui iurare debent in conſcientia, & tacto pectore, *d.c. ſi quis presbyter. ita Veſtr. in pract. ciuil. lib. 6. c. 3. nu. 7. Ioa. And. in cap. vt* Curia, *de elect. Car. de Graſſ. eff. 36. & ita obſeruari teſtatur Bellect. p. 1. diſq. cler. ſ. 483. n. 12. rationem affert tex. in d.c. ſi quis presbyter*; quia
4 manus, quibus corpus, & ſanguis Ieſu Chriſti Domini Noſtri tractatur, non debent pollui iuramento.

DEcimum octauum clericorum Priuilegium eſt, quia licet filius familias eſſe non poſſit
5 in iudicio, ſine auctoritate, & conſenſu ſui patris, *l. cum non ſolum, §. neceſſitatem* C. *de bon. quæ lib. Bal. conſ. 309. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 165. & Vant. qui de communi teſtatur, in tract. de nullit. ex defect. perſon. agen. nu. 39.* Hoc tamen non procedit,
6 vbi filiusfamil. eſſet clericus, & ageret, vel conueniretur in cauſa beneficiali, vel ſpirituali, aut alio modo, eccleſiaſtica *Cap. fin. de iudic. in 6. Specul. in tit. de actore, verſ. ſed cum clericorum bona, Arch. in d.c. ſi. Car. de Graſſ. eff. 60. & de Nigr. cit. num. 36.*

DEcimum nonum Priuilegium eſt, vt quamuis laici patroni alicuius beneficij teneantur pꝛſentare Capellanum à die vacationis cognitæ infr. quatuor menſes, iux. *cap. quoniam, & cap. cum propter, de iurepatron.*
7 tamen vbi patronus eſſet clericus, eiq; competeret ius patronatus ratione dignitatis, aut beneficij, quod poſſideret habebit ſex menſes ad præſentandum, *Cap. vnico de iurepatr. in 6. & tradunt Vgol. de off. epi. c. 51. n. 5. & paſſim Doct.*
8 Nam duplex eſt iuſpatronatus, eccleſiaſticum, & laicum iuſpatronatus laici eſt, quod competit alicui, ſiue laicæ, ſiue eccleſiaſticæ perſonæ, aut cõmunitati ratione fundationis, conſtructionis, vel dotationis ex patrimonialibus bonis acquiſitis; iuſpatronatus eccleſiaſtici dicitur quod eccleſiaſticæ perſonæ competit, vt dictũ eſt, ratione dignitatis, aut beneficij, vt per *Couar. pract. quæſt. c. 36. Molf. in ſum. tr. 6. c. 5. n. 55. Ric. in prax. for. eccleſ.*

resol.

*resol.*152.*Paul.Laym.li.4.tr.2.c.*13.*n.*4.*Genuen.c.*100.*Barbos.p.*3.*all.*72.*n.*130.*& alios.*

9 Et licet iuspatr.originem habuerit ex patrimonio laici, si tamen postea testaméto, donatione, aut alio quouis titulo in ecclesiam transferatur, aut in Capitulum, seu Collegium ecclesiasticum Canonicorum regularium, aut seculariũ, vel in aliquam personam ecclesiasticam, ratione ecclesiæ, dignitatis, aut beneficij, efficitur iuspatronatus ecclesiasticum, *Cap.vnico §.fi.de iurepatr.in 6.Roch.de iurepatron.verb. ius q.*17.*n.*14. *Valasc.consult.*163.*n.*15.*Ric.d.resol.*152.*Garc p.*5.*c.*1.*num.*553.*Seraph.dec.*1420. *Gonsal.glo.*18.*nu.*5. *Genuen.in prax.c.*100.*n.*6.*Barbos.p.*3.*all.*72.*n.*130.*& Paul.Laym. d.l.*4.*tr.*2.*c.*13.*n.*4.

11 Si autem, clericus beneficiatus ex bonis acquisitis, ex ecclesiasticis redditibus, fundaret patronatum, posset ad hæredes transmittere vti laicũ dum poterit de redditib.beneficij superfluis disponere, vt p *Garc.n.*593. *Paul.Laym. d.l.*4.*tr.*2.*c.*13.*n.*4.*& alios.*

12 Sed an iuspatronatus spectans ad laicos religiose viuentes, & habitum religiosum gestantes, ac fori, & canonis priuilegio gaudentes, aut spectãs ad Magistros ordinũ Militiarum Diui Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, &c. sit ecclesiasticum. vide per *Roch.de iurepat. d.verb.ius, n.*17.*Garc.d.p.*5.*c.*1.*n.*556.*& Mascar.de prob.cõcl.*960.*n.*3.

Sic quoq. an iuspatron. Confraternitatum laicorum, & similium locorum sit ecclesiasticum, vel ne. Per *Rochum cit.loco, Garc.à n.*604. *& Rot.diuer. in dec.*574. vbi dicitur, quod
13 iuspatr. istis Confraternitatibus relictum dicitur laicale, etiam quod sit nomine alicuius Sancti, ex quo fuit fundatum de bonis patrimonialibus laici, & quamuis in ea Confraternitate essent aliquæ personæ ecclesiasticæ, etiam censebitur laicale, quia non est cõtemplata persona istorũ, sed locus, & sic confraternitas.

14 Sed quid si clericus nõ esset solus patronus, sed compatronus cum alijs laicis; Vtrum consequantur etiam laici, ex persona clerici, hoc priuilegiũ præsentandi infra sex menses.

Resp. affirmatiue, cum *gl.& Abb. in d.c.vnico §.fi.de iurepatr.in 6.Paul.Layma.d.l.*4.*tr.*2.*c.*13.*n.*4.*Car.de Grass.eff.*40.*n.*3.*ratione cõmunionis, vt etiam tradunt Lamber.de iurepat.par.*2.*li.*1.*q.*6. *Molf.in sum.tr.*6.*c.*5.*nu.*55.*Ric.p.*2. *dec.*227. *& Viuian.in prax.iurispatr.p.*2.*l.*7.*c.*1.

c.1.n.5. vbi afferit procedere etiam fi laicus maiorem partẽ habeat. Quia magis dignus trahit ad fe minus dignũ, *Cap. quod in dubijs, vbi glo. ver. confecratum, de confecr. eccl. vel altaris, & fequitur Barbo. par. 3. alleg. 72. n. 130. & poft eum Nouar. concl. 1. tit. de prefent.*

15 An autem fi iufpatronatus fit ecclefiaftici, & laici, & facta eft conuentio, feu concordia de alternis vicibus præfentando, iux. *clem. plures, §. & vt facilius, de iurepatr.* in turno ecclefiaftici cenfeatur ecclefiafticum mere, & in turno laici, laicale mere. vide tradita per *Garc p.5.c.1. n.614.*

Vigefimum Priuilegium eft, quia licet filius ftudens, qui non peruenit ad Doctoratus apicem ante mortem patris, teneatur

16 de iure communi, libros conferre cum fratribus in diuifione bonorum paternorum, iux. tradita per *Bar. in l.1. §. nec caftrenfe ff. de collat. Iac. Benium. de priuil. iurifconf. priuil. 88. et per Moli. 1. tom. difp. 238.* Hoc tamen non procedit in filio clerico, etiam primæ tonfuræ, fecundum *Alber. de Rofa in l. fi donatione, C de collat. Iaf. in l. filię licet C eod. tit. Car. de Graf. eff. 49. Surd. conf. 259. n. 11. li. 2. Nigr. de vit. & hon. cler. n. 147. & alios apud Bellect. p. 1. difq. cler. f. 513. n. 17.*

Vigefimum primum Priuilegium eft, quia licet à laicis de iure ciuili exceptio non numeratæ pecuniæ, fit intra biennium

18 continuum proponenda, quo elapfo introduci non poteft, nifi ætatis, vel abfentiæ beneficio *l. in cõtractibus, & ibi DD. C. de non numer. pecun. & glof. in cap. fi cautio, de fid. inftr. ver. confeffioni.* Clerici tamen poffunt elapfo biennio hanc op-

19 ponere exceptionem, fufcipiendo præfertim in fe onus probandi, pecuniam non fuiffe numeratam, *Iaf. in l qui pecuniã n.7. ff. fi cert. pet. Marfil. fingul. 463. & 622. Menoch. conf. 47. vol. 1. Capel. Thol. q. 318. Car. de Graff. eff. 62. Bellect. d. p. 1. difq. cler. f. 393. n. 17. & alij.*

Vigefimum fecundum Priuilegiũ eft, quod

20 etfi laicus, cũ litigat teneatur iurare de calumnia, *vt in tit. ff. & C. de iura. calum.* Nihilominus hoc non habet locũ in clerico, qui tale iuramentum per fe ipfum præftare non tenetur, fed per procuratorem, *Cap. 1. de iura. calum. & quod ibi notatur per glo. & DD. Spec. in tit. de iuram. calum. §. reftat, n.7. Lel. Zanch.*

in

in tract.de priuil.eccles. priuil. 92.nu.2.& Io.Ant.de Nigr.in clem.de vit.& hon.cler. nu.45. quod etiam notat *Bellect.d.p.1. disq.cler.tit.de clerico teste §.4. n.2.per tex.in cap.fi. de iuram. calum.* Quod iuramentum calumniæ,parte petente,præstatur in Cur.Arch.Neap. vt testatur *Ric.p.2.dec.56.*

21 Est autem obseruandum, quod in iuramento calumniæ, vt notat *gl.in d.c.1. verb.calumniæ,* quinque capitula continētur; .s.quod credat se bonam causam habere;interrogatus non negabit,quod verum esse credit; nec vtetur scienter falsa probatione;& quod dilationē non petat in fraudem;nec dedit, nec dabit, nec promisit, nec promittet aliquid pro hac causa, nisi illis personis,quibus leges dare permittunt,*l.1.C.eod.tit.*vnde versus:

Illud iuretur,quod lis tibi iusta videtur,
Et si quæretur, verum non inficietur,
Nil promittetur, nec falsa probatio detur,
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Et hoc iuramentum calūniæ statim post litis contestationem debet præstari, vt tradunt DD.in d.c.1.tamen si non fuerit præstitum in litis exordio, nō ideo annullatur processus, sed poterit in qualibet parte litis præstari, *c.1.de iuram.calumn. in 6.* & tacite poterit remitti,sed non expresse *d.c.1. §.propter*. vnde quando pars aduersa petit præstari tale iuramentum, & postea amplius non insistit, si non p̄stabitur, erit nullus processus, ex eo, quia expresse fuit petitum, & non potest dici tacite remissum,vt notat *Campanil.in rit. 36.Cur.Arch.Neap.nu.15.* Et hoc iuramentū,etiam in causa appellationis præstari debet, quamuis in prima instantia fuerit de calumnia iuratum, *Cap.appellationis, de iuramen. calum.in 6.& habetur in d.rit. 36.& per Campanil.loc.cit. & Ric.d.p.2.dec.56.*

Vigesimum tertium Priuilegium est, vt nō teneantur cauere, nec satisdare de reficiendis expensis in casu succumbētiæ, iuxta formam *Reg. Pragm. incip. temeritatem litigantium,* si sunt actores in foro laicali,vt notat *Car.de Grass. eff. 2.n.297.* nam cauere non te-
22 nentur,cū non possint se obligare ad pęnam coram iudice seculari, qui in eos nullam habet iurisdictionem,neque eius iudicio,

iudicio,& foro possunt se submittere,etiam volentes, & cũ iuramẽto,*cap.si diligẽti,de for. comp.*& diximus c.7.n.2.

Nec satisdare tenentur de soluẽdis expensis in casu succũbentiæ, vt refert de *Thoro in Cõp. decis.ver.Clericus pag.96.*Quia cum ipsi non possint se ad hoc obligare coram eodem iudice laico,& si contrauenirẽt obligatio esset nulla, *Cap.at si Clerici,de iudi.& ibi per DD.*obligatio quoque fideiussorum nõ valeret,quia accederet obligationi nullæ, & sic nec naturalem , neque ciuilem pareret, *l.iubemus C.de agric. & censit. lib.11. per Bar.in l.cum lex. ff. de fideiuss. & faciunt tradita per Io.Fran.de Ponte cons.152 n.22.to.2.&per Præs.deFrãch. dec.400.*

Quamuis *Minad.dec.4.incip.quidam cler.* teneat,quod cautio
23 expensarũ pręstanda sit à clericis in casu prædicto, cum sit de concernentibus ordinem iudicij , prout refert etiã *Ric. p.1.collect.dec.171.& sequitur Campanil.in annot.super ritu 4.Cur.Arch.Neap.n.19.*& in ijs,quæ respiciũnt ordinẽ processus, obligatur clericus,secus in respicientibus decisionem,*Capy.dec.66. quem refert Ric.p.3.coll.dec.710.&per Car. de Grass.eff.3.n.314.& 443.*

Et in Ritu *M.C.V.incip.item seruat ipsa Curia,sub rubr. de accusation.*sic habetur. *Nec obligat se clericus, quia non potest corã iudice seculari,sed alij pro eo obligantur, non in modum fideiussorum,sed obligant se voluntarie.*

24 Quid autem dicẽdum sit de clerico actore in Curia Episcopali,an teneatur satisdare de expensis.

Resp.secundum ius commune teneri,vt per *glo.in auth.generaliter,C.de epis.& cler.& Abb.in cap.quoniam frequenter §.in alijs,vt lite non contest.*

Et quamuis in Cur.Arch. Neap. per rit.15.dicatur,quod ciuis, seu habitator Neap.non satisdat de expensis; tamen,vt testatur *Campanil.ibi n.8.* aliter seruatur in eadem Curia, dum contrario vsu,non tantum ab incolis,sed etiam à natis in eadẽ Vrbe, indistinctè præstatur cautio expensarum.

Vigesimum quartum Priuilegium est,quia licet laicus in causa pecuniaria teneatur pręsta-
25 re fideiussionem de iudicio sisti,*auth.offeratur C.de lit.cont. iũcto §.sed hodie, inst.de satisd.* hoc tamen nõ procedit in clerico, *Azo.in sum.n.13. tit.de epis.& cler.Spec.in tit.de satisd. §.1.Car.de Grass. effect.50.post Abb.in cap.fin.§.in alijs,vt lite*

non contest.num.2.

Vtrum aût hodie in Regno hæc cautio de iudicio sisti, sit necessaria?

Resp.negatiue, vt notat *D.Nouar.foren.quæst.12.li.1.& tradit Mysing.in d.§.sed hodie,inst. de satisd n.1. quem refert, & sequitur* Campanil.*in annot. in d.rit.15.d.Cur.Arch.nu.8.*

In Curia tamen prædicta Arch. vt testatur idem *Campanil.ib. nu.9.* reus conuentus præsertim,si non sit diœcesanus,satisdationem sistendi in iudicio præstare compellitur,ne in casu succumbentiæ sententia foret elusoria. Nam plerũq. accidit, vt aliquis tanquam reus conueniatur coram aliquo iudice,licet alibi natus sit,& extra territorium illius, & iurisdictionem, cum pluribus modis quis possit sortiri forum, vt notat *Socc.in cap.fin n.1. de for.comp.*scilicet,ratione delicti,contractus, domicilij, rei sitæ,& communis patriæ;præcipue tamen quando quis ratione contractus sortitur forum,intelligunt Doctores, si eo loco reperiatur, ex quo illuc inuitus trahi non permittitur,ex *c.1.§.contrahentes,de for.comp.in 6.* præter quam si certo loco se soluturum promisit cum iuramento.*§.si vero & quidem iurent, in authen.de exhib.reis*: Nisi autem in casibus,in quibus forẽsis tenetur comparere in ipsa Curia, compelleretur ad dictam satisdationem,de iudicio sisti,sententia redderetur elusoria in casu succumbentiæ,vt per *Campanil.loc. cit.*

VIgesimum quintum Priuilegium est, quia fideiussor de iudicio sisti liberatur, si is pro quo
26 fideiussit fecit se clericum,vel monachum,*Card.in clem.1. de censib.q.9.Bar.in l.si filius ff.de tutel.& ration. distrab.Car.de Grass.eff.51.& Boss.in tr. crim. titul.de carcer.fideiuss.commit. num. 42. & faciunt quæ tradit Muscatell.in pract.fideiuss.p.2. q.9.nu.41.*vbi dicit, ꝙ si reus principalis,& fideiussor se obligauerunt ad factum præsentationis,vt ad aliquem representandum infra terminum, &c. tunc si reus mutauit statum, ex quo se effecit clericum, fideiussor est liberatus. & mouetur ea ratione,quia reo effecto clerico,fideiussor non põt, immo impossibile est adimplere illud factum representandi, & sistendi, cum clericus in iudicio laicali,etiam si voluerit, esse non possit, iux.*Cap.si diligenti,de for.comp.*&dictum est supra c.7.n.2. & ideo propter hanc impossibilitatem excusatur fideiussor,argu.*l.continuus*

§.illud

§.illud ff.de verb. obl. & conferunt etiam, quæ notat de Ponte conf.152.n.22.to.2.

VIgesimum sextum Priuilegium est, vt clerici nõ possint capi pro repręsalijs, *Cap.& si pignorationes, de iniur.& damn.dat.*
27 *in 6.auth.statuimus* C. *de epis. & cler.c.2.de for.comp.Bar. tr. de repręsal.in 7.q. n.6. Caetan. verb.excom.c.32. Bertach.in repert.verb.clerici, pro repræsalijs*. Imo contra illos, qui cle-
28 ricos capiunt pro repræsalijs iudex ecclesiasticus procedere potest, *Aufrer.tr.de potest. iud.eccl.super laic.n.43.vers.86 fol.129.& Car.de Grass.eff.23.*

VIgesimum septimũ Priuilegium est, quia & si propter nimiam paupertatem, & famis necessitatem, possit pater vendere filium, hoc est, seruitiũ filij, cũ seruus nõ efficiatur, iux. *tex. in l.2.C.de patrib.qui fil. distr. & glo.ibi, & in l.fi.C.de patria potest.* Nihilominus non pote-
29 rit vendere filium, seu seruitiũ filij, si esset clericus, *Ioan. de Anan.in c.3.de furt.& alij quos refert, & sequitur Car. de Gras. eff.43.*

VIgesimum octauum Priuilegium est, quia non tenetur canere palinodiam, nec publice se disdicere, *glo.& Card. Alex. in*
30 *cap.clerico dist.50.Iac.de Graf. decis.aur.p.1.lib.2.c.137.Boer. cons.4.n.4.Car.de Grass.eff.48. & ante eum Siluest.verb.contumelia,n.3.vnde inquit Genuen. in prax.c.36.nu.6.* quod clericus propter offensam factam laico non tenetur illi genuflectere, cum istud fieri non possit sine iniuria clericali, sed de-
31 bet satisfacere rationabiliter, data pecunia, vel petendo veniam, vt inquit *Host.in cap.cõtingit, il 1.de sent.exco.& refert Ric.p.2.dec.103.*

32 VIgesimum nonum Priuilegium est, quia nõ puniuntur pœna sanguinis, sed pro quibusdam delictis poni, & detrudi debent in monasterijs, iux. *tex.in c.tuæ, de pęn. vt per Abb. in cap. cum non ab homine, de iud.& alios apud Car.de Grass. eff.46.*

TRigesimum Clericorum Priuilegium est, quia eis non debet imponi pœnitentia solemnis, *gl.in c.1.de pęnit.& remiss., arg. cap.in capite, dist.50.et cap.confirmandum, ead.dist.* rationem

 affert

affert D.Tho.in 4.dist.14.q.1. a.5.q.9. vbi dicit, solemnis pœnitētia non poteſt imponi cle
34 ricis, propter ſcandalum, *et in reſponſ.ad ſecũdum, idem S.Th.* ſic inquit, clericus plus peccat, quam laicus, tamen non iniungitur ei pœnitentia ſolēnis, ne ordo veniat in contēptum; vnde non deſertur perſonæ, ſed ordini. & alias rationes refert *Genuen.in prax.cap.91. n.5.et per D.Ric.d.p.2.dec.103. quinimò idem S.Tho.2.2.q.70. a.2.* dicit, conſtituto in digni-
35 tate eccleſiaſtica, quandoq. eſſe omnino parcendũ, ad euitandum ſcandalum, quod eſt maius, quam non punire tali ignominioſa pœna.
36 Qui autem clerici gaudeāt, vel ne huiuſmodi priuilegijs, patet ex dictis in præcedentibus capitibus.

Et cum iſtis tantum ſcriptis pertranſeo, calamo finem imponendo in cumulandis alijs Priuilegijs clericorum. Omnia tamen, & ſingula, quæ in hoc opuſculo continentur, humiliter ſubmitto correctioni Sanctæ Sedis Apoſtolicæ.

Laus Deo, Beatæ Mariæ Virgini, Diuo Ianuario Patrono, et omnibus Sanctis.



INDEX
OMNIVM RERVM
Quæ in hoc tractatu ex ordine continentur.

A

Ca-

B

Be-

C

Cle-

Yy non

Cler.

Dele-

De-

E

Epi

 cler.

Per-

Re-

FINIS.

Imprimatur.

Iacobus Terragnolus Vicarius Generalis.

Riccius Vidit.

D.Franciscus de Claro Canonic.Dep. vidit.

102M76